IOANNIS ANDREAE
I. C. BONONIENSIS
OMNIVM CANONICI IVRIS, INTERPRETVM FACILE PRINCIPIS,

In titulum de Regulis iuris Nouella Commentaria.

Monasterij Schyrensis.

AB EXEMPLARIBVS ANTIQVIS, mendis, quibus referta erant, diligenter expurgatis, nunc impreſſa.

Summis, ac rerum omnium memorabilium Indice locupletiſſimo.



VENETIIS,
Apud Hæredem Hieronymi Scoti.
MDCXII.

Digitized by Google

INDEX REGVLARVM HVIVS TITVLI.

ACceſſorium naturam ſequi congruit principalis. Reg.42 car.3
Actus legitimi conditionem nō recipiunt neque diē.reg.50. 3

BEneficium eccleſiaſticum non poteſt licite ſine inſtitutione canonica obtineri.reg.1 4
Bona fides non patitur, vt bis idem exigatur.reg.83 5

CErtum eſt, ꝙ is committit in legem, qui legis verba complectens certam legis mutat voluntatem.reg.88 5
Contra eum, qui legem dicere apertius.eſt interpretatio facienda. reg.57 5
Contractus ex conuentione legem accipere dinoſcuntur.reg.75 7
Cui licet, quod eſt plus, licet vtique, quod eſt minus.reg.52 8
Cum quis in ius ſuccedit alterius, iuſtam ignorantiæ cauſam cenſetur habere.reg.14 9
Cum quid prohibetur, prohibentur omnia, quæ ſequuntur ex illo. reg.39 9
Cum quid vna via prohibetur alicui, ad id alia non debet admitti reg.84 12
Cum non ſtat per eum, ad quē pertinet, quominus conditio impleatur, haberi debet perinde, ac ſi impleta fuiſſet.reg.66 13
Cum ſunt partium iura obſcura, reo fauendum eſt potius, quam actori.reg.11 14

DAmnum, quod quis ſua culpa ſentit, ſibi debet, non aliis imputare.reg.86 16
Decet conceſſum a principe, beneficium eſſe.reg.18 17
Delictum perſonæ non debet in detrimentum eccleſiæ redundare. reg.76 17
Dolo facit, qui petit quod reſtituere oportet eundem.reg.59 18

EA, quæ fiunt a iudice, ſi ad eius non ſpectant officium, viribus non ſubſiſtunt.reg.26 19
Eum, qui certus eſt, certiorari vlterius non oportet.reg.31 20
Exceptionem obijciens, non videtur de intentione aduerſarij confiteri.reg.63 21
Ex eo non debet quis fructum conſequi, quod nixus extitit impugnare.reg.38 22

FActum legitime, retractari nō debet licet caſus poſtea eueniat, a quo non potuit inchoari.reg.83 22
Fruſtra ſibi fidem quis poſtulat ab eo ſeruari, cui fidem a ſe præſtitam ſeruare recuſat.reg.85 24

Generi per ſpeciem derogatur.reg 34 24

IGgnorantia facti non iuris excuſat.reg.13 46
Imputari non debet ei, per quem non ſtat, ſi nō faciat, quod per eum fuerat faciendum. reg.41 26
In alternatiuis debitoris eſt electio: & ſufficit alterum adimpleri. reg.70 27
In argumentum trahi nequeunt, quæ propter neceſſitatem aliquādo ſunt conceſſa.reg.78 28
Indultum a iure beneficium non eſt alicui auferendum.reg.17 28
Infamibus portæ non pateant dignitatum.reg.77 29
In generali conceſſione non veniunt ea, quæ quis non eſſet veriſimiliter in ſpecie conceſſurus.reg.81 30
In iudicijs non eſt acceptatio perſonarum habenda.reg.12 33
In malis promiſſis fidem non expedit obſeruari.reg.69 34
In obſcuris minimum eſt ſequendum.reg.30 35
In pari delicto vel cauſa, potior eſt conditio poſſidentis.reg.65 36
In penis benignior eſt interpretatio facienda.reg 49 36
In re communi potior eſt conditio prohibentis.reg.57 37
Inſpicimus in obſcuris, quod eſt veriſimilius, vel quod plerunque fieri conſueuit.reg.45 38
In toto partem non eſt dubium contineri.reg.80 38
Is, qui in ius ſuccedit alterius, eo iure, quo ille vti debebit.re.46. 39
Is qui tacet, non fatetur, ſed nec vtique negare videtur.reg.44 40

LOcupletari non debet aliquis cum alterius iniuria, vel iactura. reg.48 42

MOra ſua cuilibet eſt nociua.reg.25 43
Mutare conſilium quis non poteſt in alterius detrimētum. reg.30 43

NEmo poteſt ad impoſſibile obligari.reg.6 45
Nemo poteſt plus iuris transferre in alium, quam ſibi competere gnoſcatur.reg.79 46
Non debet aliquis alterius odio prægrauari.reg.22 47
Non eſt in mora, qui poteſt exceptione legitima ſe tueri.reg.60. 48
Non eſt obligatorium contra bonos mores præſtitum iuramentum.reg.58 49
Non eſt ſine culpa, qui rei quæ ad eum non pertinet, ſe immiſcet. reg.19 50
Non firmatur tractu temporis, quod de iure ab initio non ſubſiſtit. reg.58 51
Non licet actori, quod reo licitum non exiſtit.reg.32 52
Non præſtat impedimentum, ꝙ iure nō ſortitur effectū.reg.52 53
Nullus ex conſilio (dummodo fraudulētum non fuerit) obligatur. reg.62 54
Nullus pluribus vti defenſoribus prohibetur.reg.20 55

Odia reſtringi, & fauores conuenit ampliari.reg.15 56

PEccatum non dimittitur niſi reſtituatur ablatum reg.4 57
Peccati venia non datur niſi correcto.reg.5 66
Pluralis locutio. reg.40 66
Plus ſemper in ſe continet, quod eſt minus.reg.35 66
Poſſeſſor malæfidei vllo tempore non præſcribit.reg.2 57
Poteſt quis per alium, ꝙ poteſt facere per ſeipſum.reg.68 67
Præſumitur ignorantia, vbi ſcientia non probatur.reg.47 68
Priuilegium perſonale perſonam ſequitur, & extinguitur cum perſona.reg.7 68
Pro poſſeſſore habetur, qui dolo deſijt poſſidere.reg.36 69

QVæ a iure cōmuni exorbitant, nequaquam ad cōſequentiam ſunt trahenda.reg.28 70
Quæ contra ius ſunt, debent vtique pro infectis haberi.reg.64 71
Qui ad agendum admittitur, eſt ad excipiendum multo magis admittendus.reg.71 73
Qui contra iura mercatur, bonam fidem præſumitur non habere. reg.82 74
Qui facit per alium, eſt perinde ac ſi faciat per ſeipſum.reg.72 73
Qui prior eſt tempore, potior eſt iure.reg.34 74
Qui ſentit onus, ſentire debet & commodum, & ecōtra.reg.55 76
Qui tacet conſentire videtur.reg.43 76
Quod alicui gratioſe conceditur, trahi non debet ab alijs in exemplum.reg.74 77
Quod alicui non ſuo licet nomine, nec alieno licebit.reg.67 78
Quod ob gratiam alicuius conceditur, non eſt in eius diſpendium retorquendum.reg.61 80
Quod omnes tangit, debet ab omnibus approbari.reg.29. 81
Quod quis mandato facit iudicis, dolo facere non videtur, cum habeat parere neceſſe.reg.24 eod.
Quod ſemel placuit, amplius diſplicere non poteſt.reg.21 82

RAtioni congruit, vt ſuccedat in onere, qui ſubſtituitur in honore.Reg.77 83
Ratihabitionem retrotrahi, & mandato non eſt dubium comparari.reg.10 84
Ratum quis habere non poteſt, quod ipſius nomine non eſt geſtū. reg.9 85

SCienti & conſentienti non fit iniuria, neque dolus.reg.27 86
Semel Deo dicatum, non eſt ad vſus humanos vlterius transferendum.reg.51 87
Semel malus, ſemel præſumitur eſſe malus.reg.8 88
Sine culpa, niſi ſubſit cauſa, non eſt aliquis puniendus.reg.23 89
Sine poſſeſſione præſcriptio non procedit.reg.3 93

Vtile non debet per inutile vitiari.reg.37 94

FINIS.

Digitized by Google

IOANNIS ANDREAE IVRISCONSVLTI CLARISSIMI.

In titulum de Regulis iuris Commentarij vulgo Mercuriales nuncupati.

SVMMARIVM.

1 *Ioan. Audr. inſtitutum & ordo in hoc tractatu.*
2 *Diaconiſſa, Deo dedicata, & ſanctimonialis, ſunt fœminæ ſanctiſſimi nominis & dignitatis.*
3 *Regula iuris, quid. Et qui ſubſunt regulæ.*
Et quando apparatus dicatur, ubi & de arte, nu. 5.
4 *Iuris cuius ſint, quæ ſunt occupantis primo.*
6 *Ius, quid. & numero 8. Et quam uarie accipiatur ibid. per diſcurſum.*
7 *Ius, idem quod poteſtas.*

RVBRICA.

NOn eſt nouum.

Sic incipit gloſſ. ſuper Rubrica. Cuius gloſſæ principio & fini in-
1 ſiſtens, faciam plura noua. Erit primum, quia per † alphabetum ad minus dupliciter pō deratum regulas proſequar, & non eo ordine, quo ſunt ſcriptæ, & ſic fini gloſ. inſiſtam. Me mouet, quia hæc lectura nouellæ non in ſcholis legenda eſt, ſed ſtudenda. Illum autem ordinem ſtudio magiſtri hic expedire putaui, per quem quod quæritur, facilius inuenitur. Ipſarum tamen regularum ordinem textualem ſemper numerus deſcriptus, & duplicatus oſtendet, propter quod illum etiam in textu ſignari ſuadeo. Talem autem modum tradendi fuiſſe ab olim & nouiter adinuentum videri poteſt in Iere. cap. hebraicorum nominum. & c. ſequen. Erit ſecundum, quia extra Rubricam ad ſuffragiũ in totius huius Rubricæ ſuffragio non remittam, cuius contrarium in tota nouella ſeruaui breuitatis cauſa. & propter materias catenandas, ad ordinarias tamen gloſ. quandoque remittam. Tertiò, quia trepidus ſum etiam & fui in opere mercurialium quæſtionum, quod iam lapſis multorum annorum curriculis inchoaui. & hoc ideo, quia illius expedientiæ non eſt, quam a principio æſtimaui. Sexti enim Clementinarum, & extrauagantium ſuperuenientia noua iura ex antiquis quæſtionibus, quas per volumina ſcedulasque colligam, omnes ferè notabiliter dubias terminarunt, quod etiam de infra ſcribendis futurum fore præſumo. nec hoc me retrahit a labore. licet enim per illud ſciam operis vſum, & ſic eius laudem, tamen ſi talis fructus terminationis extabit, ex nunc ſummè contentor. Nam valde delectat, quòd per Dei opus animum, vt & puto ſimpliciter permiſſiuum, ipſius vicarius ſic totius eccleſiæ monarchiã gubernat & regit, ſic ſibi paretur a ſubditis, quod pacifice ſuarum Conſtitutionum ſuaſiones & monita, deciſiones & frena ſuſcipiunt. propter quod ad illas condendas vtiliter & prudenter inuigilat. Sed quia monarchia imperij iamdudum non multum viguit, nec laborauit ad ſui iuris dubia decidenda, legiſtas exuigilo, quibus optime cõgrueret opus iſtud. hoc ideo dixi, quia meas omnes quæſtiones non proditas per me alibi non locatas hic inſeram, & deperditas aliquas reficere laborabo. Aliorum etiam, qui non ſunt plus actu legentes, nec habiles ad legendum, hic multas ſub regulis, quibus conuenient, collocabo, illas præcipue quas Clementinarum apparatus allegat. In quarum proſecutione monitus per Hiere. ad Cypri. 5. cap. ſtudentis intelligentiam quæram, & non doctrinæ gloriam ex multiplicatione ſermonum. Item ad Dama. vero eſt contra frondentia, ſpumantia, & trutinata alia verba dicebat. Mihi ſufficit loqui, quod intelligar, difformes autem diſputandi formæ in illarum diuerſitate patebunt, ipſarum etiam vtilitatem ponit lex vltima. §. miſta. ff. de mu. & ho. dicens, quòd Modeſtinus notando & diſputando bene & optima ratione decreuit, etiam ſecundum Augu. ratio vincit per diſputationis pugnam. 23. quæſtione 6. vides. Quarto, poſt ſingulas literas alphabeti iur. ciuil. regulas hic omiſſas, per eaſdem literas inchoantes hic ordinate deſcribam, quæ allegatæ videri facile potuerunt ſic locatæ. Et licet ſciam hic agere non ſubtile, non tamen ignoro longe plus vtile Canoniſtis membranas ex illis, quam ex gloſſ. totidem occupari. Quintò, ſciendum eſt, quòd ſcripta Dyni ſuper his regulis decidere non intendo, ea tamen tangam ex illis, quæ in ſcholis recitare ſolebam, & quæ canoniſtis expedire putabo. & quãdoque ſuper regula totum, quod ſcripſit, includam. Archi. autem ſuper his regulis nihil ſcripſit. Sextò & vltimò, non omittam, quòd compoſitores harum regularum multum iuuari poterũt ex generalibus, quæ in fine ſui repertorij poſuit Guli. Iuxta igitur gloſſarum ordinem ad iſtius gl. epilogum veniamus. ¶ Glo. illa continuat rubricam. Secundò ad ſituationem opponit, & dupliciter ſoluit. Tertiò per modum ſummæ de regula quærit quinque, & tria de iure. In eadẽ
2 gl. ibi [vt lex] in fine ibi ſunt ad † literam verba prædicta & ibi [generali] nominatis vidua, diaconiſſa Deo dedicata, & ſanctimoniali, ſubdit omnem aliam fœminam religioſi nominis vel dignitatis. & ibi [omnis diffinitio] hãc & tres ſequentes vide infra ſub litera. o. & ibi [nemo] 14. diſt. ibi q̃ ſic incipiunt, & prima ſic dicit, nemo qui condemnare non poteſt, abſoluere poteſt. & ibi [nulla enim] ſequitur, crimina patitur is, qui non prohibetur, cum prohibere non poſſit, & ibi [lex vltima] actionis non in omnes, comprehendit in rem vel in perſonam. & ibi, nõ poſſunt omnes iuris articuli ſigillatim lege comprehendi. &
3 ideo de ſimilibus. & c. ¶ In † glo. 1. ibi [enarrat] quandoque dicitur regula ius ſcriptum. 56. diſt. Cenomanenſe. Io. mo. dicit, ꝙ regula iuris idem eſt, ꝙ regula iuridica ſicut cappa Socratis, eſt ſocratica cappa. Dicit autem, ꝙ in diffinitione regulæ iuris ſunt coniungenda ius & regula, q ſm eũ corrigere dr̃, quia regula iuris eſt diſtortũ prauumque

nunque corrigens, bonum & æquum breuiter comprehē dens, & ibi [Regulares] non ſolum religioſi, ſed et ſeculares clerici dicuntur eſſe ſub regula. Vnde dicit can. ꝙ eccleſiaſticis ordinibus mancipati canonicis regulis tenentur adſtricti. 23. di. quamquam. & clare patet hic. 12. diſt. c. vlt. ibi, nec monaſteriorum conſuetudines cum eccleſiaſticis regulis ſunt permiſtæ. Ad idē facit ea. di. de his. poſt prin. & in fi. 11. diſt. nolite. 25. q. 1. a factis. & qu. 2. priuilegia. & c. igitur. in Auth. de ſan. epi. poſt prin. §. damus. omnes ēt Chriſtiani ſunt ſub regula fidei. 35. q. 1. prima ſalus & ibi [per regulam] .i. virgam. 1. q. 4. §. item pacto. in prin. ibi, regulam auream. & Ioſue. 6. & ibi [tollatur] imò etiā per exceptionem dicitur regula in alijs confirmari. ff. de ſun. inſtru. l. quæſitum. §. denique Neratius. de teſta. mi. l. tribunus. §. vlt. & ibi [æquipollet] de hoc ſatis hic per Dynum. vide ſup. ea. l. de elect. vt circa. & ibi [ſimul iungere]
4 datur exemplum, quia ſtatutum † eſt de piſcibus, auibus & beſtijs feris, lapillis in litore maris inuentis, quod conceduntur occupāti, quia in nullius bonis ſunt. ff. de re. di. l. quædam. de ac. poſ. l. 1. in prin. inſtit. de re. di. §. 1. & §. feræ. hi caſus & ſimiles coniunguntur per regulam, quod in nullius bonis eſt, id naturali ratione occupanti cōceditur. ff. de acqu. re. do. l. 4. in prin. vt dixit Accur. ff. eo. l. 1. & hic Dynus. quod tamen fallit in libero homine, & re ſacra. & all. quæ no. ff. de re. di. l. 1. & ibi [legantis tantum] vt quia non poterat teſtari, etiam ſic nec legare. & quod ſequitur de legante & legatario, puta quia legat teſtator ſeruo ſuo, vel legat hęredi a ſeipſo. De tertio eſt exemplum, qn̄ legat
5 ſeruo heredis. De † quarto, quando legantur colūnę ædibus infixæ, quintum patet per prædicta, & ibi [apparatus dici poſſet] ſed placet hic Dyno. & ibi [mēte ſedebat] & hoc reſpectu illius dicitur ars boni &c. Nam ſi ponimus ſcientiā iuris in homine, dicemus, ꝙ ars ſiue conceptus, qui eſt in tali homine, eſt ars in mente hominis iuſti & æqui habentis notitiam diuinarum & humanarum rerum, ſcientiſque diſcernere æquū ab iniquo, iuſtum ab iniuſto licitum ab illicito. Habet ergo talis homo artem, & ius in mente, ſicut quiſque artifex, qui vult opus in eſſe producere, habet in mente conceptum, & mentis ratio, vel conceptus dicitur ars, etiam ante operis productionem in actum, a tali ergo iure & arte licet non deſcripta produci poſſit regula. & ibi. Ad ſecundū, quo quęritur. Circa iſtud ſciendum, quod Io. mo. in decr. in c. cupientes. in fine pri-
6 mæ partis prolixe tractauit † quomodo ius habet varias ſignificationes, vt ibi ſcripſi ſuper gl. ſignata ſuper verbo, iuribus, exquiſite & inexpedienter id poſuit, cum ſatis illa decr. gl. proprijs abundaret, hic ergo vbi remiſi abbreuiādo ponamus. Eſt enim ius aqua pinguis. Inde Horatii.

Offas in iure natantes.

Et dicunt medici, quod vinum, oua ſorbilia, & ius bonarum carnium cito cōuertuntur in naturam. Et vide, quod dixi de obſeruatio. ieiu. conſilium. ſuper ver. ab alijs. Secūdo, ius rectum vel iuſtum. vnde iſte habet ius. i. habet pro ſe iuſtitiam a qua ius dicitur, vt hic in gl. Et hoc modo illi clerici debent comparere cum iuribus ſuis, quæ iuſtificabant eius cauſam, vel in tantum ſic dicitur poſſeſſio habere plus facti, quam iuris, ideſt, eius, quod cenſeatur iuſtum, cum in poſſeſſione notetur factum. habetur idem, de conceſ. præben. cum noſtris. ſic dicitur ferri ſententia contra ius litigatoris, ſup. eo. l. de ſen. excom. venerabilibus. §. 1. cum concordan. Tertio, idem eſt, quod poteſtas,
7 21. quæſtio. 1. §. ſi ergo. verſicu. his ita. ff. de pace fir. iur. §. ſed filius. ff. de tutelis. l. 1. in princ. Inſt. de iur. natu. in prin. ſecundum literam, quæ habet, vis, & poteſtas exponitur, ideſt, virtus poteſtatiua vel virtuoſa poteſtas, & reprobatur glo. quæ exponit, ideſt, violenta. Nam, vt dicit. Omne violentum, reprobum. 6. di. in fi. Et tamen, vt dicit, poteſt dici, quod violentia eſt a iure permiſſa. 40. diſt. ante omnia. C. vnde vi. l. 1. de ſen. excom. ſi vero. ff. de verb. ſign. ſi
8 pupillus. §. territorium. Quarto † dicitur ius, ars. ff. de iuſtit. & iur. l. 1. Quinto, ponitur pro verborum cōceptione, vel forma. ff. de pac. ſi vnus. §. pactus. in princi. ff. de hac conceptione habetur ff. de verb. obli. l. 1. §. ſi quis ita, & C. de contra. & com. l. omnes. Sexto, ponitur pro rigore iuris. ff. de leg. l. cum vna. C. eodem. l. 1. Septimo, pro vinculo. inſtit. de obliga. in princi. ff. de act. & obli. l. obligationum ſubſtantia. in princip. inſti. de rebus eorum. in fine. Octauo, pro naturali proprietate. ff. de pac. ſi vnus. §. pactus. verſ. quòd in ſpecie. Nono, dicitur locus, vbi ius redditur. ff. de iuſtit. & iur. l. penul. §. alia. Decimo, dicitur ius, ideſt, iur. impoſitio. Nam lex ponit differentiam inter conditionē iuris & facti. Nam facti conditio non ineſt rei, ſed ab extrinſeco imponitur. Sed conditio iuris ineſt ab intrinſeco & a iure imponitur. ff. de conditio. & demonſt. l. multum. cuius legis ratio habetur ff. de cond. cauſa data. ſi pecuniam. §. item ſi quis. Vndecimo, dr̄ dominium. ff. de cura. fur. conſi. §. eum. Duodecimo, dicitur idem, quòd totale uel totaliter, ut pręd. §. pactus. 2. reſpon. & l. ſi tibi. 10. §. quædam. unde hic habetur ipſo iur. ideſt, totaliter, nullo extrinſecus apparente. ſupra, de ele. quamquam. 2. reſpon. & de uſur. c. quamquam. in fin. Item, ſi dicatur eo ipſo, uel eo facto. ſup. ea. l. de elect. quam ſit. in fin. de pœn. c. ultimo. §. 1. de ſen. excommu. eos. Decimotertio, ponitur pro iuris capacitate. ff. de capi. dimi. l. legatum. in fine. & ratio redditur. C. eo. tit. l. eas. Decimoquarto, ponitur pro iur. neceſſitudine, ut ius ſanguinis, uel agnationis. ff. eo. tit. l. una. ff. de iuſti. & iur. l. fin. Decimoquinto, pro iuris efficacia. ff. eodem titulo, quod attinet. prædi. l. eas. de ca. dimi. Decimoſexto, pro iuris deciſione uel determinatione. ff. ad l. Aquil. ſi ex plagis. §. in cliuo. ibi, ius eſt in cauſa poſitum, ideſt, iuris reſponſio poſita eſt in exemplificatione facti. ſic dicitur quæſtio iur. ff. de ſta. ho. l. Arethuſa. Decimoſeptimo, ius ſumitur pro toto corpore iuris, unde is habet totum corpus iuris. i. omnia uolumina iuris ſcripti. ſupra eod. tit. de priuil. c. 1. Decimooctauo, dicitur, quod ius ſcriptum, uel iure ſcripto eſt approbatum, ut laudabilis conſuetudo. ff. de aqua pluu. ar. l. 2. §. Labeo. in fin. ff. de iuſti. & iur. l. pen. 1. & 2. & 3. reſpon. inſti. de iur. na. gen. & ciuili. §. conſtat. & §. ex non ſcripto. ſup. eo. l. de elec. cap. quamquam. in prin. de ſup. neg. præla. Rom. & diſtin. quo iur. 9. qu. 3. c. conqueſtus. Decimonono, dicitur ius, quod iuſtum eſt habendo reſpectum ad quod fieri conſueuit, licet de ſe ſit iniuſtum. ff. de iuſt. & iu. l. pen. §. prætor. Viceſimo, ponitur pro ſeruitute, ut ius aquæ ducendæ. ff. de ſeruitu. ur. præ. l. 2. Viceſimoprimo, ponitur pro titulo. unde iſte debet docere de iure, ideſt, de tit. ff. ſi ſeru. uen. l. ſi qs diuturno. in prin. ſup. de conceſ. præ. cum noſtris. Viceſimoſecundo, dicitur qualitas indiuidua. ſup. de præ. c. dilecto. ubi procurator. cum uer. ſe. & ponebat ibi uer. Ius, aqua, ius rectum, ius dicitur eſſe poteſtas. ius, ars, forma, rigor, uinculum, natura, locuſque. Imponens, dominans, totum capienſque neceſſe. Effice, decide, corpus ſcriptum, dic inique Ius, titulus, ſeruitus, qualique notat hic ius.

SVMMARIVM.

1 *Acceſſorium naturam ſui principalis ſequi, conſentaneum eſt. & nu. 5. Et quid de parte ad totum.*
2 *Acceſſorium quando recedat a natura principalis.*
3 *Venditio facta per minorem, & iurata non reſcinditur propter minorem ætatem.*
4 *Dos accedit matrimonio, licet matrimonium poſſit eſſe ſine dote.*
6 *Statutum diſtringens ductos ex officio, an liget etiā non ductos ex neceſſitate, ſed voluntate.*
7 *Canonici vacantis eccleſiæ ad electionem vocantes non vocandum ſi quem eligant eo non expectato, tenet electio. Et quid de compromiſſario voluntarie ſcrutante vota compromittentium.*
8 *Negotium alterius gerens voluntarie, non tenetur ad plenam geſtionem, ſicut tutor, vel curator.*
9 *Hypothecaria remanet, ſublata principali.*

10 Primi-

10 *Priuilegium an tollatur unico actu.*
11 *Obligatus ad opus, an teneatur ad ei annexum. Et an principium obliget ad finem.*
12 *Voluntaria multa ſunt a principio, quæ poſtmodum inchoata ſunt neceſſaria.*
13 *Agere aut appellare licet quis non teneatur in cauſa propria, ſi tamen agit perſonali, uel appellat ante ſententiam, debet cauſam exprimere, ut tollatur incertitudo.*
14 *Priuilegiatus in duobus, an teneatur utrũque ſubire & adiplere.*

REGVLA XLII.

Acceſſorium. [Naturam]. Regulæ iuris ciuil. vt videbis ſuper gl. & anti
1 quæ concordantiæ † non po-
ſuerunt hanc dictionem, quam tamen poſuit noua dec. ſi
ſuper. quam alleg. gl. inter diuerſos ẽt modos, quibus dr̃,
ſumitur pro quadã vi rebus naturaliter inſita, q̃ de ſimili-
bus ſimilia procreat, vel ꝓducit. Acceſſoriũ ergo ex prin-
cipali productum, vel deriuatũ, illius efficaciæ, virtutis &
naturæ eſſe debet, cuius eſt producens, vel deriuãs, ſequi
congruit, ornatus cauſa poſitum: quia ſufficiebat dicere,
ſequitur & importat neceſſitatem. ſic ſupra de vi. & ho.
cle. clerici. 2. poſt prin. ff. de off. præſi. l. cõgruit. ſic & pars
debet congruere ſuo toti. 8. diſt. quę contra mores. de ſpõ.
du. c. ſi. Sed contra. ff. de eo quod cer. lo. l. centum Capuæ.
& l. fin. ff. de fun. inſtruc. l. ſi cui fundum, in quibus acceſſo
2 rium non ſequitur naturam principalis. Contraria † locũ
habent, quando in acceſſorio reperitur prouiſio vel diſpo
ſitio ſpecialis derogans. alias locus eſt regulæ illi, quæ vir-
tute iuris vel ſignificatione verborum intelligebatur in-
cluſa. C. de pact. conuen. l. ſi. ff. de vul. & pup. ſub. l. cohære
di. §. qui patrem. Dyn. & eſt ſi. de or. cog. ca. tuã. qui ſi. ſint
le. c. lator. ſup. eo. lib. de ſenten. excom. ſi iudex, dicebat &
Ioan. mona. regulam locum habere. quando principale &
acceſſorium ſunt diuerſa ſeſe non extinguentia, nec acceſ
ſorium certam determinationem habet, tunc enim indu-
cit naturam principalis. Prima gl. dicit, vnde ſumpta fuit,
& ponit exempla.. Secundo, ſucceſſiue ſignat & ſoluit 6.
contraria. Tertio, ponit quandam diſtinctionem Accur.
& ſubdit duas concor. ¶ In gl. 1. [cum principalis] ſequi-
3 tur, † cauſa non ſubſiſtit plerunque, & nec ea, quæ ſequun
tur, locum habent. & idem §. ſe. & ibi. l. 1. & auth. ſacramẽ
ta. venditio facta per minorem etiam iurata non reſcindi-
tur propter ætatem. & ibi [quod tamen] legato vſufructu
fundi, qui accedit villæ, licet extincta ſit villa, durat vſuſ-
fructus. & ibi [generaliter] fideiuſſor debitoris hæres libe
ratus eſt a fideiuſſione, & eſt quaſi reus. & ibi [ſ. 2.] lega-
to ſeruo cum peculio, extinguitur legatum peculij illo a-
lienato, mortuo, vel manumiſſo. Idem in penu cum vaſis
legata & conſumpta. & hoc vult l. ſeq. ¶ In gl. 1. ibi [ſcili-
4 cet † dotis] vt dixit Io. mo. quia dos non põt eſſe ſine ma-
trimonio, licet matrimonium poſſit eſſe ſine dote. patet,
quod dos accedit matrimonio. ff. de iur. do. l. 3. poſſet etiã
exemplum poni in dote & additamento dotis. ff. de pact.
do. inter ſocerum. §. cum inter. in obligatione principali
& acceſſoria. ff. de inſtit. cuicunque. §. ſi ei quem: & in lega
tis. ff. de legatis 3. prædijs. §. qui domum. Item per l. C. de
vſur. eos. 1. reſpon. ſecundum eum. & ibi, [de reſcrip. c. 1.]
& de præben. ſuper eo. & ibi [debita] per quæ iura patet,
5 vt etiam dicit Dyn. regulam locum habere, ſi † non loqua
tur de principali inducendo, ſiue tollendo, ſiue confirmã
do. & ibi. [40. annorum] hic, quando intentatur contra
debitores, vel eius hæredes, alias interdum quadriennio,
q̃nque 10. vel 20. vel 30. annis tollitur, qđ dic, vt not. in
Spe. de præſcri. ad ſi. & vide, quod no. ff. de pact. ſi tibi. §.
de pignore. & ibi [pacta quæ contra] alias. ff. ad l. falc. qđ
de bonis. §. 1. Habeo cordi, vt dixi ſuper rubrica certas
quæſtiones per alios vel me ſolẽniter diſputatas ſub hoc
titulo collocare, quare conuenienter ſub iſta regula huius
ordinis prima illa quæſtio deſcribitur, quæ actui diſputa
tionis conuenit, & per regulam terminatur, quæ talis eſt,
per me Paduæ diſputatata.

QVAESTIO.

6 Arctat ſtatutum † doctores legentes, vel diſputantes, vt
quæſtiones diſputatas infra certã diem in ſcriptis ſtatio-
nario tradant, doctor priuilegiatus, qui diſputauit, non tã
tum diſputauit, ſed quæſtionem diſputatam ſtationario
non tradidit, quæritur, an inciderit in ſtatutũ. ¶ Pro do-
ctore primo, & contra eum ſecundo quinarius inducetur
numerus, tñ prægnans aperietur. Tertio, dubium quæſtio
nis, & per id dabitur ſolutio, & contrarijs ſatisfiet. ¶ Pri-
mo, quod non inciderit, inducuntur tria procedentia ex
decr. cupientes. ſup. eod. lib. de ele. Primum colligitur ex
notatis circa prin. in gl. in hoc caſu ibi. patet poſt Guli. &
Gar. quod electus cathedralis vel regularis eccleſiæ, qui
non adſtrictus ſed ſola voluntate pro confirmatione va-
dit ad curiam, non arctatur ad tempora & formam decr.
illius. ¶ Secundum ex decr. cum non deceat. eo. tit. & l. vt
ibi etiam not. in gl. 2. ibi patet, quod eligentes, qui non ar-
ctati, ſed ex nuda voluntate uadunt ad curiam electionis
negocium inſtructuri, non habent circa percipiendos be
neficiorum fructus priuilegium illius decr. ¶ Tertium pa
tet eo. tit. ſi poſtquãm. 2. reſponſo. & ex eo, quod ibi not.
in glo. 2. ubi talis clericus, qui uoluntate non neceſſitate
uadit ad curiam, ſi recedat illicentiatus, non incurrit pœ-
nam decr. ipſius cupientes. Ex his tribus concluditur, do
ctorem, qui non neceſſitate diſputauit, ad illa non teneri,
ad quæ tenetur neceſſario diſputans, & ſic nec in terminis
quæſtionis ſtatuti pęnam incurrit. ¶ Secundo inducitur
7 decr. † cum inter uniuerſas, de ele. per quam patet ſecun-
dum ueram lecturam moderno. licet ibi gl. contra, quod
ſi canonici uacantis eccleſiæ uocant ad ele. non uocandũ,
& illo non expectato eligant, tenet electio cum contra cõ
ſtitutionem aliquam non ſit facta, licet illi uenienti teneri
poſſint ad expenſas & intereſſe, ut ibi ſatis ſcripſi. ¶ Ter
tio, inducitur decr. cum dilecti. eodem titu. ubi compro-
miſſarius, qui non ex forma mandati, ſed nuda uoluntate
ſcrutatus eſt uota compromittentium, illa non habet ſe-
qui neceſſe. ¶ Quarto inducitur lex, tutori. C. de neg. geſt.
8 per † quam patet, quod in uoluntarie gerente alterius ne
gotia ſufficit, quod aliquid fecerit ad amici commodum,
non ſic in illo, qui gerit neceſſario, ut tutor uel curator, in
quibus requiritur plena geſtio. ſuper quo uide, quod ſcri-
pſi de procura. non iniuſte. in fin. Dicet ergo doctor ſatis
eſſe ſtudentibus, ꝙ in paucis ſuo labore conſuluit, qui cõ
tentari debet de gratia ſibi facta. ut eccl. bene. cap. uno. po
tiſſime quia & ſine adſignatione prædicta ipſum diſputa
re, eſt quid perfectum & utile, & licet quãdoque gratioſe
facientem pœnitere. de inſti. cum ueniſſent. ¶ Quinto in-
ducuntur leges. C. de excu. tu. uoluntariæ tutelæ munera
priuilegijs non derogant. C. de his qui ſpon. mu. ſub. 1. 2.
& 3. C. de epi. & cler. authen. presbyteri. ¶ Item, ſublata
9 † perſonali remanet hipotecaria. ut hic no. per quæ cõclu
ditur, licet diſputauerit, remanere priuilegium non tra-
dendi. facit quod ſcripſi poſt Compo. de conſtit. cũ acceſ
ſiſſent. qui tenet hanc eſſe regulam, quod unico actu priui
legium non tollatur. contraria ſunt caſualia propter con-
10 ſiderationem odij uel fauoris. ¶ In contrariũ † induci-
tur, quia diſputare & tradere, aut dices eſſe connexa, aut
ſecundum acceſſoriũ primi, uel duo ſeparata, primis duò
bus caſibus ex quo alterum apprehendendo, renuntiauit
priuilegio, ſcilicet de non diſputando, tenetur ad reliquũ
ſ. ad traditionem, ſiue illud dicas connexum ſiue acceſ-
ſorium. Primũ patet. ſup. de conſt. c. translato. 3. q. 6. licet
quippe. 81. di. c. ſatis, de præſcri. c. cum ex officij. ſecundũ
patet hic cũ concor. & ſup. de no. ope. nun. cũ ex iniũcto.
& qđ no. e. l. de reſcriptis. tit. 1. gl. 2. unico ergo actu ſit per

Digitized by Google

dictum priuilegium, vt prædic.dec.c.cum acceſſiſſent. de
præb.c.cum illorum.C.de iur.do.impe.l.2.quod de facili
perditur.C.de iur.au.an.l.1.& 2.C.ad leg.Cor.de fal.ſi qs
decurio.& facto meo ius meum perdo.ff.de diuor.l.ſi.vn-
de & ſemel agnoſcendo iudicium,quis renuntiat excuſa-
tioni.ff.de vaca.& excu.mu.l.prætor.§.ſi poteſt.Tertio ca
ſu,cum dicis illa duo ſeparata,ergo tenetur tradere, cum
ſuper traditione priuilegiatus non fuerit, & ipſorum cau
ſa ſit diuerſa,nam primum,præſentibus tantum diſputan
tibus & audientibus proficit,ſecundum etiam abſentibus
& poſteris priuilegiatis. ergo ſuper diſputationis labore
contra vtilitatem præſentium non propter id priuilegia-
tus eſt contra actus memoriam & vtilitatem poſterorum,
11 vt inf.dicetur.¶ Secundo inducitur † contra doctorem,
quia ex quo poſuit principium, & finem ponere debuit.
de con.di.1.nullus epiſcopus.& debet aut totū agere, aut
nihil.de con.diſt.3.comperimus.ſicut de pupillo dicitur,
circa nomina per tutores data.ff.de admi.tuto.cumque.
quare ergo non imitetur doctor creatorem ſuum, qui nō
nouit opus imperfectum.de bap.maiores.verſ.ſed adhuc.
¶ Tertio contra doctorem inducitur.C.de his qui ſpon.
mu.ſub.l.1.lib.10.& quod ibi in rub.no.veterani enim qui
cum poſſunt vti immunitate,paſſi ſunt ſe in ordine decu-
rionum eligi,ad excuſationem non redeūt,& muneribus
fungi coguntur,vt ibi.& ff.de priuil.veteran.l.vlt.fortius
ergo iſte,qui ſe ipſum poſuit in ordine diſputantium, ex-
cuſatione non vtitur,& ad perficiēdum munus arctatur.
12 ¶ † Quarto conſtat,quod multa ſunt a principio volun-
taria,quæ ſi inchoentur,eorum proſecutio eſt neceſſaria.
Hinc eſt,quod hæres qui accuſauit occiſorem defuncti,il
lo abſoluto non curat appellare.ff.ad Sil. propter veneni.
in fin.ſi tamen appellauit,cogitur proſequi.C.eo.ti.l. mi-
noribus.& ſic ſoluitur dictarum legum contrariū in prin.
l. propter.¶ Quinto, quod quis ad incerta non tenetur,
13 quæ † tamen ſi aggreditur, omnem incertitudinem tol-
lere debet ad certa. vnde non tenetur quis agere nec in
cauſa propria appellare,ſi tamen agit perſonali,vel appel
lat ante ſententiam,debet exprimere cauſam, vt tollatur
incertitudo.de cle.vt circa.ſup.eo.Cum ergo ſtatutum de
tradendo contra incertitudinem ſolutionis ſit factum, vt
eius certitudo per poſteros haberetur,tradere tenebatur.
ex quibus &c. Pro ſolutionis veritate videnda aduerten-
dum eſt,quod quæſtio non proponitur de doctore non in
cluſo ſtatuto,puta non legente vel viatore,qui cum ſtatu-
to ligatus non fuerit,dici non poteſt,quod diſputando re
nuntiet priuilegio,& ſe ſubmittat ſtatuto.& in tali proce-
dunt,quæ pro doctore ſuperius ſunt inducta.Item, nec ꝓ
14 ponitur † quæſtio de priuilegiato in duobus,vt non tenea
tur diſputare,& ſi diſputauerit,nō teneatur quæſtioni tra
dere,quia tūc nullum dubium,ſed proponitur in illo, qui
tenebatur diſputare & tradere.ſed per priuilegium exime
batur ab onere diſputandi,& ſic per conſequens vel taci-
te & ab onere tradēdi,propter impoſſibilitatem, quæ im
poſſibilitas ceſſat eo diſputante.& id conſequens vel taci
tum ſicut oritur ſic & tollitur,per l.3.C.ſi pend.app.mors
interuenerit.& C.ſi reus vel.l.vlt.per quas patet,ꝙ ſi dam
natus de crimine,qui appellauerat,mortuus eſt app.pen-
dente,ſi bona non expreſſerit,ſed tacite damnata erāt ex
qualitate criminis, extincta cauſa criminis per mortem,
extincta erit etiam cauſa bonorum, ſed ſi non tacite, vel
per conſequentiam,ſed expreſſe fuiſſent bona damnata,li
cet extincta eſſet cauſa criminis. remanet quæſtio ſuper
bonis,per quas leges & ea,quæ not.de cle. coniug. quod
a te.& per l.neque.§.quibus.ff.de ſerui.ruſt.prę.& per hāc
regulam dico doctorem,de quo ſup.in ſtatutum incidiſ-
ſe.¶ Lex,voluntarie.vt ibi not. in prima & ſecunda gloſ.
non obſtat,quæ facit,quod munus.2.tutelę voluntarie ſu
ſceptum licet non præiudicet quo ad aliqua munera,quo
ad illud præiudicat,& ad reliqua tutorum onera,& obli-
gata erunt ipſius bona.ſic etiam reſpondetur ad l.1.& 3.
C.de his qui ſpon.& authen.presbyteri.C.de epiſcopis &
cler.Ad id,quod dicitur,iſtum feciſſe gratiam,reſponde-
tur,quod non proprie fecit gratiam,ſed renunciauit gra-
tię ſibi factæ quo ad iſtum actū,proprie enim faceret gra-
tiam,alias non incluſus,de quo ſupra dixi.

SVMMARIVM.

1 *Actus legitimi non recipiunt diem,neque conditionem.*
2 *Teſtatus pro parte & pro parte inteſtatus non poteſt quis decede re,quia cauſa teſtati trahit ad ſe cauſam inteſtati.*
3 *Tutoris datio, & optio an vitientur per temporis uel conditionis adiectionem.*
4 *Locatio,ſocietas,mandatum, & ſimiles actus, an diem & conditionem admittant.*
5 *Papa an poſſit diſpenſatiue concedere, quod matrimonium contrahatur duraturum ſolum,quouſque filius maſculus ex matrimonio habeatur. & nu.8.*
6 *Papa num decimarum immunitatem poſſit concedere?*
7 *Papa an poſſit diſpenſare contra præceptum,de ſoluendis decimis.*
8 *Papa matrimonium conſumatum inter Iudæos an poſſit diſſoluere. Et quid de ſpirituali matrimonio.*
9 *Papa diſpenſare an poteſt contra Euangelium ex cauſa.*

REGVLA I.

1 Actus legitimi. vt dicit Io.mon.actus † de
potentia egreditur,& ideo
dicitur effectus potentię,le
gitimum aūt dr̄, quod obuenit vel armatur a l.ff.de verb.
ſig.l.lege obuenire. Ex quibus concluditur, quod actus,
ideſt,effectus in potētiā lege delati vel approbati,nō reci
piunt diem,vel conditionem contra ſubſtantiā, vel natu-
rā ipſorum actuum,dūmodo adiectiones,quæ tales ſunt,
quod inficiunt ipſos actus. Hic patet in matrimonio.de
cond.appo.c.vlt.& ſic oportet intelligi hāc regulā, aut eā
reſtringi ad certos actus,vt ſic regula in cōtrariū maneat,
vt dicam ſuper gl.[neque diem] hæredis inſtitutio nō re
cipit diem certam.ff.de hære.inſti.l. hæreditas.inſtit. de
hære.inſti.§.hæres in diem. recipit tamen conditionem.
Item diem incertam.ff.de hære.inſti.l.ſi quis inſtituatur.
& l.ſi ſub conditione.& l.qui filio.& C.de hære.inſti.l.ex-
traneū.diuerſitatis ratio,vt dicit Dynus, quia quod in ſe
2 non recipit † diuiſionē in partes,nec recipit diuiſionem in
partes tēporum,& econtra.ff.de teſta.mil.l.miles cum hæ
redem.§.quod diximus.& de vſuf.l.vſumfructū & ab ini
tio.ſed inſtitutio hæredis non recipit diuiſionē in ſe,quia
non poteſt quis pro parte decedere teſtatus,imo cauſa te
ſtati trahit ad ſe cauſam inteſtati.ff.e.l.ius noſtrum. vnde
limitatio temporis habetur pro non adiecta,& valet inſti
tutio pro toto tempore,vt præ.l.hæreditas.§.in diem.niſi
vero ſit inſtitutio ſub conditione, vel in diem incertam,
quæ ſimilatur conditioni,horum euentus trahitur in tem
pore retro.ff.de teſta.mi.l.quod dicitur. & ideo non vide-
tur pro parte inteſtatus,ſed in totum teſtatus, cū euenit
dies vel conditio.Primò gl.dicit vnde ſumpta fuit & po-
nit exempla.Secundò,ſignat ſucceſſiue.6.contraria,& ſol
uit. Tertiò,oſtendit regulam iuris ciuil.cautius formatā.
3 ¶ In gl.1.ibi [actus legitimi.] † ſequitur,qui non recipiūt
diem vel conditionem,veluti emancipatio,acceptilatio,
hæreditatis aditio,optio,tutoris datio,in totum vitiatur
per tēporis vel conditionis adiectionem.& ibi [hæc ven-
ditio] vendit dominus ſeruum ſub conditione,ſi rationes
ipſius arbitrio computauerit.¶ In glo.1.ibi [exemplifica
re] ponit etiam Dy.exemplum in authoritate tutoris,quę
4 ſi interponatur † ſub conditione,interpoſitio nulla eſt.de
auth.tut.ſi conditionalis.& ibi ſtrictius dixit. & ad illos
caſus eſt regula reſtringenda.ſecundū Dy.vt ſic generalis
regula remaneat in cōtrarium,vel intelligatur de die, uel
conditione contra ſubſtantiā,ut in prin.dicit. & ibi [hęc
uenditio] Dy.allegat inſt.de contra.empt.ff.de in di. adi.
l.2.de peri.& com.rei uen.l.neceſſario.pro empto.l.2.§.ſi
ſub cōditione.unde locatio,ſocietas,mādatū & ſimilia, q̄
ſunt

Digitized by Google

ſunt legitimi actus, certum eſt, quod conditionem, & diẽ recipiunt.

QVAESTIO.

Hæſitationis cuiuſdam, quam paulo poſt doctoratus mei primordia diſputaui, art, 7. ponetur ſuper regula, qđ ſemel. alius autem erat, an ex cauſa poſſet Papa diſpenſatiue concedere, quod matrimonium contraheretur duraturum ſolum vſque quo filius maſculus ex matrimonio haberetur. Ne mirãda ſit quæſtio, ſcias, ꝙ rex Antiochus habens vnicum filium monachum petebat a Papa, vt cũ illo, quod matrimonium poſſet contrahere, diſpenſaret ſimpliciter, aut ad tempus, vt ſupra, quia de ſecundo dicebatur plus filium contentar. ihic primo ad negatiuam faciam quatuor demonſtrationes, quarum primam ꝑ quatuor ſimilia roborabo, tres opiniones adducam, tertio ſolutionem Papæ reſeruans tria ſubmittam. Primo allegatur, quod non, propter duo inconuenientia. Primũ, quod contraheretur ad tempus. ſecundum, quod diſſolueretur iã conſumatũ per copulam. Contra vtrũque eſt diffinitio matrimonij, qua dicimus, quod eſt maris & fœminæ coniunctio, indiuiduam vitæ conſuetudinem retinens. 27. q. 2. §. 1. ff. de ritu nupt. l. 1. facit ff. de iure dot. l. 1. hic autem eſt diuidua etiam propoſitio. ergo non eſt matrimonium. nec mirum, quia etiam hæreditas non datur ad tempus, vt ſup. dixi, nec lex recipit filios temporales. ff. de adopt. ſi tibi. alias incipit, quantum. nec libertas datur ad tempus. ff. de ma. teſt. l. libertas. 2. nec ſpirituale matrimonium contrahitur ad tempus. 55. diſt. præcepta. de tranſla. quanto. idem ergo in carnali, quod eſt expreſſum. 32. q. 2. ſolet, & c. aliquando. intantum, quod conditio, quæ facit matrimonium temporale, vitiat contractum, quia contra eius naturam. de condi. app. ca. fi. Secundo, Euangelium Matthe. 19. prohibet ſeparari per hominem coniunctos a Deo. 26. diſtin. deinde. cum concordan. ſed Papa contra Euangelium non diſpenſat. 25. q. 1. ſunt quidem. quia nec Angelus audietur cõtra Euangelium. ad Gal. 1. & 11. q. 3. ſi is qui præeſt. ergo non Papa. ¶ Tertio conſtat, quod ſi propter ſolum adulterium ſeparantur coniuges, durat tamẽ coniugium. 32. q. 1. dixit do. & q. 7. omnes cauſationes. Cũ ergo in ſeparatis coniugibus authoritate legis diuinæ & canonicę duret tamen coniugium inſeparabiliter, fortius eis non ſic ſeparatis. ¶ Quarto, expreſſum videtur, de cõuer. coniu. ex publico. in fin. quod Papa diſſoluere non poteſt matrimonium conſumatum, & quod ibi not. in vlti. gl. ¶ Quinto, ad hanc partem etiam inducitur, quod no. Hu. & Io. 15. q. 6. auth. in fi. magnæ gl. quod no. Be. de tranſla. c. fi. in 5. gl. quod ſcripſi poſt Gof. de ſpon. ca. vlt. ¶ In contrariũ allegatur in Euangelio caueri, quod in ore duorum vel trium &c. Matt. 18. ſed hic immutat Papa addendo & minuendo. patet. 2. q. 4. præſul. ſupra de teſti. in omni. de conſe. diſt. 4. paruulos. & vide quod not. e. tit. præal.
6 Secundo, diſpenſat † contra diuinum præceptum de ſoluendis decimis. ſup. de deci. ex parte. & ca. a nobis. vbi de hoc. Quarto, contra diuinum præceptum permittit aliqđ
7 recipi qđ eſt † vſura. 14. q. 3. plerique. illud patet de vſur. c. 1. & c. ſalubriter. Quinto, diſſoluit matrimoniũ, vt præ. decr. ex publico & c. ver. 3. etiam iam conſumatum inter Iudæos, ad quos tamen dicta fuerunt illa verba, quos dominus coniunxit & c. de conſan. & affi. de infidelibus. Nec in his facit contra Euangelium vt homo, ſed vice Dei. 31. q. 2. quos dominus. ſupra de tranſla. per totum. Sexto, ipſius authoritate ſpirituale matrimonium contrahitur ad
8 tempus. 7. q. 1. paſtoralis. Septimo, ponderatis † terminis quæſtionis matrimonium poterat eſſe perpetuum, puta ſi ex illo filius maſculus non haberetur, & hoc videtur ſufficere, arg. ff. de leg. 1. cum res, §. fin. de condict. inde. le. ſufficit. Octauo facit ad prædicta, quia etiam in matrimonijs immutat generalem obſeruantiam eccleſiæ. de conſang. & affi. non debet, & naturas rerum. de con. diſt. 2. re vera. & diſpenſat ſup. ius. de conceſ. præ. propoſuit. ¶ Solut. ne
9 lingua tranſiens † ſuper terram, os ponat in cęlum, contra id 21. diſtinct. in tantum. ipſe Papa, de cuius potentia queritur, quæſtionem ſoluat. conſulendum tamen ſibi eſt quod abſtineat, ſed ſi diſpenſat, multis videtur, quod diſpenſatio teneat, ſecundum quos. c. ſunt quidem. non vetat Papam contra Euangelium ex cauſa diſpenſare, ſed Euangelia deſtruere, vt ibi not. Laur. & de ipſius potentia vide in Spec. de leg. §. nunc oſtendendum, ver. 89. contra ipſam. ibi vide in §. nunc breuiter.

REGVLAE IVRIS CIVILIS literæ A, ſunt hæ,

Paulus. *Lex L.*

Alterius circumuentio alteri non præbet actionem.

Vlpianus. *Lex LXXVIII.*

Actus legitimi, vt ſupra.

Idem, *Lex CXXI.*

Aliud eſt vendere, aliud vendenti conſentire. Refertur ad vniuerſos quod publice fit per maiorem partem.

Abſurdum eſt plus iuris habere eum, cui legatus ſit fundus, quam hæredem, vel ipſum teſtatorem, ſi viueret.

Abſentia eius, qui reipublicæ cauſa abeſt, neque ei, neque alij damnoſa eſſe debet.

Idem, *Lex CXCIX.*

Ad ea, quæ non habent atrocitatem facinoris, vel ſceleris, in his ignoſcitur ſeruis, ſi dominis, vel his qui vice dominorum ſunt, veluti tutoribus & curatoribus obtemperauerint.

Semper qui dolo fecit. quo minus haberet, pro eo habendus eſt, ac ſi haberet.

In contractibus ſucceſſores ex dolo eorum, quibus ſucceſſerunt non tantum in id, quod ad eos peruenit, verum etiam inſolidum tenentur, hoc eſt, vt vnuſquiſque pro ea parte, qua hæres eſt, conueniatur.

SVMMARIVM.

1 *Dynus non fuit canoniſta. Et eius lapſus.*
Et an quid differant beneficij conceſſio, conceſſionis confirmatio, & in poſſeſſionem miſſio.
2 *Inſtitutio ut ſit canonica, quæ debeant interuenire. Et quando tutoris datio ſit legitima.*
3 *Inſtitutus uerbo, & etiã inueſtitus anulo ſi inducatur in poſſeſſionem unius rei beneficij nomine illius & aliarum, an intelligatur acquiſita poſſeſſio illius tantum, ut illius, an etiam aliarum.*
4 *Donatio inter uiuos non uitiatur propter ſuperueniens donantis delictum. Secus in donatione cauſa mortis.*
5 *Heres debet eſſe capax tpe collationis inueſtiturę & poſſeſſionis.*
6 *Collatio illius non ualet, qui credebat ſe habere ius conferendi.*
7 *Reſeruationes legatorum perire legatione finita.*
8 *Quæſtio de executore dato per papam &c.*
9 *Mandantis uoluntas ſequenda eſt.*
10 *Mandati forma exacta diligentia eſt ſeruanda.*
11 *Reſcripta ſecundum ius intelligenda ſunt.*

REGVLA PRIMA.

Beneficium. [Canonica] hoc reſpectu omne eccleſiaſticum perpetuũ beneficium dicitur canonica. de quo videndum, quod dixi ſupra eod. lib. de offic. leg. c. 1. ſuper ver. canonijs. ¶ Gloſſæ primo ponunt exempla, & ius nouum ſuper huius regulæ ratione fundatum. Secundo notant caſum impræſcriptibilem, & de ſimilibus remittunt. Tertio, ponunt quadruplicem ſignificationem beneficij. Quarto, quid ſit inſtituere, & ad quem ſpectat & circa illud duas obiectiones ſoluendo. Quinto, de dictione, poteſt, ponunt differentiam inter negatiuam & affirmatiuam loquutionem. Sexto

ſign.int, & ſoluunt tria contraria loquentia in proprietate
eccleſiæ, vel in prouentibus tantum, vel in iure eligendi. Se
ptimo, ad quæſtionem de clerico, a quo titulus petitur, ar
guunt pro & contra, ponunt duas opiniones contrarias,
quas diſtinguendo concordant. ¶ In gl. j. ibi. [Herenius.]
ſola ſalarij pceptio non facit decurionem eum, qui nō le
gitime creatus eſt. & ibi [ſeruus] ibi dicitur, cum benefi
cio affici hominem, interſit hoīs. In glo. 2. ibi [quoniam]
& filiusf. poteſt eſſe arbiter, & iudex in cauſa patris. In gl.
ibi [de acquir. poſ. l. 1.] poſſeſſio dicitur pedum quaſi po
ſitio, & naturaliter tenetur ab illo, q. ei inſiſtit. & ibi actor
can. vbi. ſup. prox. Io. An. in 1. gl. ibi [tribuere.] ſciendum
1 eſt, ꝙ Dynus non fuit † canoniſta, vnde & hanc gl. ibi ſta
tim allegatam dicebat eſſe in dec. ex frequentibus. de inſt.
& de can. decr. quæſtionem formabat, in ſ. eo. indultū. vo
lens hanc regulā, quia prima erat, copioſe gloſſare, ſicut
de prima filia patres fa. facere conſueuerunt, ſe cōtulit ad
ſummam Hoſt. de inſti. & aliquid vltra, & contra ibi, de
ſcripta ſubtiliter poſuit, dicens, quod inſtitutio eſt alicu
ius beneficij verbalis collatio, inueſtitura inſtitutionis,
vel collationis confirmatio, vel declaratio, miſſio in poſ
ſeſſionē præcedentiū inſtitutionis & inueſtiturę executio.
Et ſic patet ſecundum eum, quod hæc tria ſunt, & ſpecies
diſtinctę, & diſtincta iura tribuunt, vt per primum tribua
tur ius proprietatis, per ſecundum confirmetur, per ter
tium ius poſſeſſionis, & quaſi ius adminiſtrationis, nec p.
hoc infertur aliquod contradictorium, vt dicatur quod
poſſeſſio in eadem re non concurrat, quia conſiderato iu
re beneficij, quod eſt incorporale, dicitur quaſi poſſeſſio,
conſideratis rebus corporalibus ipſius beneficij, dicitur
vera poſſeſſio, & dat ſimilia de iure ciuili. Primū in inſtitu
tione hæredis, quæ inſtitutio præcedit per diſpoſitionem
verbalem. Secundū inſtitutionis illius irreuocabilis con
firmatio per teſtatoris mortem. Tertium inſtitutionis &
confirmationis executio, quæ contingit per aditionē hæ
reditatis, & poſt ſequens adminiculum. ſ. apprehenſionē
poſſeſſionis neceſſaria eſt, ſed non dominij. ff. de acq. poſ.
cum hæredes. in prin. & de bon. poſ. l. 1. & 2. Item in datio
ne tutoris, quę fit primo a teſtatore, ſecundo confirmatur
a iudice datio illa verbalis. ff. & C. de teſta. tut. de confir.
tut. Tertio ſequitur, decretum iudicis adminiſtrationem
concedens. C. arb. tut. l. fi. & in Authent. vt hi, qui ſe obli.
§ pen. Item in feudo, fit enim primo feudi conceſſio. ſecū
do inueſtitura, quæ eſt præcedens conceſſionis confirma
tio. tertio in poſſeſſionem inductio, quæ eſt conceſſionis,
& inueſtituræ realis executio, vt in titulo quid ſit inueſti
tu. colla. decima. & licet fateatur prædicta non ſibi p om
nia ſimilia, tñ ſimilantur quo ad ordinem ſucceſſiuū. Sub
2 dit deinde, quod prædictorum defectus † facit inſtitutio
nem nullam, quæ, vt ſit canonica, debet eſſe munita inſti
tuente & inſtituto, & inſtitutionis forma. De his in vltima
gl. ſic, & tutoris datio eſt tunc legitima, quando is dedit,
qui dare potuit, accepit, cui fuerat dandus, is dat, cuius
dandi facultas erat, & pro tribunali decretum interpoſi
tum eſt. ff. de confirma. tuto. l. naturalis. §. ſi quæratur. & vt
dicit Dyn. hic in ſua noua quęſtione, ſi de ſubſtantialibus
aliquid deeſſet, vitiaretur inſtitutio. ff. de tranſact. ca. cum
hi. §. ſi prætor. Secus, ſi omittantur leuia, & non ſubſtan
tialia. ff. de ven. inſpicien. l. 1. in fi. Tractat etiā hic Dynus,
quod ſcripſi, de his, quæ fi. a ma. par. ca. c. ex ore. ſuper 4.
glo. quare aliud in traditione clauium, quam anuli, libri,
3 vel baculi. Quærit † demum, ſi inſtitutus verbo, etiam in
ueſtitus anulo inducatur in poſſeſſionem vnius rei benefi
cij nomine illius, & aliarum, an intelligatur acquiſita poſ
ſeſſio illius tantum, vt illius, & aliarum, quod habeat poſ
ſeſſionē omniū. alle. ff. ad Trebellia. l. reſtituta. in princi. &
ff. de acquir. poſſeſſ. poſſideri. §. quod autem, ꝙ licet ſuade
ret æquitas hic, ius ſcriptum vult contrarium, quia licet
hæres adeundo omnium hęreditariarum rerum acquirat
dominium, non tamen quærit ſingularis rei poſſeſſionem
niſi illam apprehendat, vt d. ff. l. cum hæredes. ff. de acq.
poſſ. & ſi teſta. liber eſſe iuſ. fu. l. 1. §. Scæuola. l. reſtituta. lo
quitur in trāſlatione dominij, ad q̄ ſufficit verbalis hęre
ditatis reſtitutio vt ibi. & lex facta. eo. ti. Itē. l. poſſideri. nō
dicit, quod p. poſſeſſionē fundi acquirat poſſeſſio aliarū
4 rerū, ſed ſingularū partiū ipſius fundi. Itē quærit, an † fa
ctis ſit, conferentem fuiſſe habilē tpe, quo cōtulit. licet po
ſtea factus ſit inhabilis. & tenet quod ſic. ad hoc inſ. eod.
factum legitime. vbi videas concord. quas ad hoc allega.
ſuper princip. primæ gloſſæ. In contrarium inducit. ff. de
iniuſt. rup. & ir. te. ſi quis exhæredato. §. initium. inſtitu.
quib. mo. te. infir. in princ. & §. ſi tamen. vbi vitiatur teſta
mentum, ſi propter delictum vel factum ſuū ſuperueniēs
teſtator perdidit ius teſtandi. Inde dicit, quod teſtamen
tum erat reuocabile, ſed collatio beneficij non, & facilius
vitiatur primum, quam ſecundum. Inde eſt, quod dona
tio inter viuos non vitiatur propter ſuperueniens delictū
donantis. C. de bon. dam. ſi quis poſt. ſed donatio cauſa
mortis ſic. ff. de dona. cauſa mor. l. ſi aliquis. ratio, quia pri
5 ma irreuocabilis, ſecunda reuocabilis. ¶ De † inſtituto
etiam quærit idem, & tenet, quod ſicut hæres debet eſſe
capax tempore teſtamenti, mortis, & aditionis. ff. de hær.
inſtit. ſi alienū. §. in extraneis. ſic & iſte debeat eſſe capax
tēpore collationis, inueſtituræ & poſſeſſionis, nec nocet ſe
cundum eum, ſi in medijs tēporibus inter prędicta fuerit
inhabilis. ff. de hære. inſti. ſed & ſi in cōditione. §. ſolemus.
cum l. ſeruum meum. nulli dubium autem, quin propter
inhabilitatem ſuperuenientē ex delicto priuari poſſit, pro
pter aliam coadiutor dari. Circa hanc quæſtionem vide
quod ſcripſi de cleri. ægro. c. pen. in prin. format demum
quæſtionem de illo, qui credebatur habere ius conferen
6 di, ſed non habebat ad partem. ꝙ † collatio non valet, in
ducit ff. de re. eo. qui ſub tu. qui neque. de admini. tuto. l.
Titium. §. qui rem. de eo qui pro tuto. l. ſi is qui. in quibus
non valent facta per eum, qui credebatur tutor, ſed nōn
erat. Ad contrarium inducit l. Barbarius. & ff. de ſup. leg.
l. 1. in fin. C. de teſta. l. 1. & de ſenten. & interlo. l. arbiter. &
hoc tenet dicens contraria loqui in errore ſingulari, qui
veritati non nocet. ff. de acq. hær. cum quidam. §. quod di
citur, de ſup. le. l. Labeo. §. verū. licet in fructibus conſum
ptis etiā ſingularis error facti, vel iuris excuſet. C. de rei
vend. l. certum. dicit tñ, ꝙ ſecundum theologos forſan in
principali contrariū diceretur veritate comperta. Solutio
iſta Dyn. videtur contra caſum dec. conſultationibus. de
iure pa. vbi credulitas ſine poſſeſſione non iuuat, ſed for
ſan ipſe intellexit de eo qui credebatur eſſe ille prælatus,
ad quem ſpectat collatio. Subiungit quæſtionem de cano
nico, qui recepit præbendam de manu prælati non legi
time inſtituti, an petere poſſit ipſum prælatum remoueri
vt non legitime inſtitutum. & hanc ſatis proſequitur, te
net tamen, quod poſſit, ſi defectus inſtitutionis prælati
non procedit ex facto vel voluntate canonici. ff. de pro
ba. l. quidam. ff. de his qui. vt indig. l. poſt legatum. alias ſi
ex eo pendebat, & ſcienter recipit, non agit, ſecus ſi igno
ranter, allegat ad primū ff. de inoffi. teſt. l. ſi pars. §. vlt. &
l. nihil. ad ſecundum allegat. eo. ti. mater. §. cæterum. & l.
eum qui. Ad ſolutionem. ſup. facit, de his quę fi. a ma. par.
8 de opinione † communi dicitur, quod eſt fortior, quam fictio. ratio; quia fictio præſupponit contrariam veritatẽ. 75. diſt. quod a patribus. 27. quæſtio. 7. ſunt qui dicunt. communis opinio non; imo creditur & habetur pro veritate. ſed fictio ſumitur pro veritate. 50. diſtinct. ferrum. de tempo. ordi. literas. fortius ergo communis opinio. 3. quæſtio. 7. §. verum. C. de teſt. l. 1. ponderato ergo initio, quod in delictis ponderandum eſt, ex quo iſte & alij putabant illam coniugatam a principio, ille fuit adulter. veritas patefacta non mutabat naturam matrimonij. 1. q. 1. principatus. de elect. dudum. ¶ Circa ſecundum caſum quæſtionis probatur; quia qui vx. alterius cognoſcit, adulter eſt. Sed iſte egit, vt in themate. ergo adulter. primum patet. 36. queſt. 1. §. cum ergo. 32. quæſt. 4. meretrices. & q. 7. adulterij. ff. de adul. l. ſtuprum. nam, quod eſt plus, cognoſcens etiam ſeparatam a viro per ſententiã propter adulterium adulter eſt. 32. q. 1. dixit. & ſi dicas, hic non intendebat. Reſpondetur, imputari alicui etiã illud, quod euenire poterit ex actu illicito propter intentionem agentis, etiam ſi non euenerit. vnde etiam dicitur ſui homicida, qui ſe alias abſcidit, & homicida infantis, qui illum expoſuit, licet homicidia ſecuta non fuerint. primum patet. 55. diſt. ſi quis abſciderit. ſecundum. 85. diſt. c. vlt. fortius ergo imputari debet, quod vere euenit, licet intẽtio ad id non fuerit. ¶ Pileus allegabat. ff. ad legem Aquil. l. ſcientiam. §. ſi meũ ſeruum, quem liberum putabas occideris. l. Aquil. teneberis. & ff. de iniu. eum qui. §. ſi iniuria. & ff. de ver. ſig. inter ſtuprum. & ſatis eſt, quod delinquere voluit. licet aliter. arg. ff. de ma. vi. ſi pater. de iur. & fac. igno. l. regula, nec mirum, cum quandoque ſolum factum damnatur, etiam ſi deſit nocendi voluntas. Inſt. de l. Aquil. §. hominem. ff. de pęni. ¶ quem. §. qui abortionis. Itẽ de ſtupro non tenetur; quia illud non commiſit, licet committere putauerit. ff. de fal. l. impuberum. §. 1. ſi ergo de adulterio non puniatur, remanebit crimen impunitum. quare dicendum eſt, eum de adulterio teneri. ff. ad l. Aquiliam.
9 item Mela. §. ſed & ſi. & l. ita vulneratus. §. ſi quis. ¶ † Secundo ſic probatur, ex quo quis rem illicitam facit, omne quod ſequitur imputatur, iſte ergo illicitam rem egit, cognoſcendo fęminam, quæ uxor ſua nõ erat. 22. q. 4. nemo. ergo intentio, uel ignorantia non excuſat eum a culpa, q̃ in ueritate commiſit, & hoc inducit res illicita, quam aggreſſus eſt, quæ facit etiam imputari caſus fortuitos, qui ſunt propter propoſitum. 15. quæſtio. prima. §. ut itaque. uer. ante. de homici. continebatur, & c. dilectus. in fine, facit eodem titu. c. fina. lib. 6. Tertio inducitur caſus, quod in utroque quæſtionis caſu ſit uerus adulter. 32. quæſt. 4. nemo. & c. meretrices. ubi innuitur, cũ omni muliere præter propriam uxo. adulterium committi. Ad idem eadẽ quæſt. qui uiderit. de pęn. diſtinctio. 1. ſi cui. ſcire enim debebat, quod non erat ſuum, ad alium pertinere. C. unde ui. cum quærebatur. 14. quæſt. ſexta. multi. Ex quibus concluditur utroque caſu thematis clericum adulterum iudicandum. ¶ In contrarium probatur, clericum in neutro caſu adulterum. De primo ſic, non eſt adulter uerus, niſi qui uxorem alterius cognoſcit, ſed iſte primam cognoſcendo, uxorem alterius non cognouit. ergo &c. maior probatur. 36. quæſt. 1. §. cum ergo. cum iuribus alleg. ſup. maior præſupponitur in themate. ſcilicet quod detecta ueritate patet illam eſſe ſolutam, & ſic concluditur propo-
10 ſitum. tanta † enim eſt ueritatis uirtus, quod opinio contraria ſibi cedit. 8. diſtinctio. ueritate. & cap. qui contempta. & cap. conſuetudo. 81. diſtinctio. quicunque. de pęn. diſtinctio. 2. Titius. ſententia ergo ſuper adulterio ferri non poteſt; cum uerum detectum reſiſtat. de frig. fraternitatis. 29. q. 2. ſi quis ingenuus. nec mirum, cum quãdoque etiam reuocetur propter ſententiam iam latam, de pur. vulg. ſignificationibus. C. de rebus credi. l. ſi. quæ tamen pro ueritate accipitur. de re iudi. cum inter nos. ff. de reg. iu. res iudicata. fortius ergo tollitur illa qualis qualis opinio. bene facit de ſent. excom. licet. lib. 6. ff. quando actio de pecu. eſt ann. l. 1. de condi. ſine cauſa. l. ſi fullo. C. de tranſact. ſi ex falſis. de eo, qui du. in ma. ſignificauit. Secundo inducitur regula, in pęnis. eod. titu. cum concor. vt s. in pęnali materia non ſolũ ubi de ueritate conſtat, ſed etiam ubi dubium eſt, benigna fiat interpretatio. & ſicut potius præſumitur quis non deliquiſſe, quam deliquiſſe. 1. q. 7. l. ſancimus. ſumpta. C. ad l. Iul. repetun. extra de procu. in noſtra. Sic in dubio potius præſumendus eſt quis minus deliquiſſe quam plus, ut minor pęna ſequatur 2. quæſtio. 3. §. not. ff. de pęn. ſi præſes. facit. 9. di. ſana quippe. 50. diſtinct. ponderet. 26. quæſtio. 7. aſſignant. fortius. igitur cum de ueritate conſtat, non debet propter præcedentem opinionem aggrauari delictum. iudicabitur ergo fornicatio, quæ minor eſt adulterio. 32. quæſtio. 7. adulterij. malum facit etiam regula odia. hoc eod. tit. & l. vulgaris. §. ſi quis eo caſu. de pęn. diſt. 1. & ff. de crimi. ex-
11 pi. hæ. l. vlt. ¶ De ſecundo † caſu. ſ. quod non fuerit uerus adulter cum ſcſa, ſic probatur. oĩs adult. eſt doloſus, nullus ignorans eſt doloſus, ergo nullus ignorãs eſt adul. maior patet, quod adulterium nõ cõmittitur ſine dolo. ff. de

Digitized by Google

adulterijs.l.penultima.C.de repu.l.uxo.in fine. ¶ Pileus
allegat C. de falſis.l.prima. & l.eum,qui,C.de iniurijs. ſi
non conuitij. ff. de ſeruo cor.l.doli. in princi.ponderatur
enim affectus, non effectus.ff.de ſica.l.diuus. minorē pro-
bat lex.ff.loca.ſi ignorans, apertius ff.ad Sillanianum.l.ſi
quis in graui.§.ſi ignorans.ubi innuitur,quod in his,quę
dolum requirunt,ignorantia etiam iur.excuſat.fortius er
go ignorantia facti, ut in regula,igno. eodem titulo,cum
concordan. Item, ut dicit Pileus,non refert,an nullo mo-
do uoluerit delinquere,an non totaliter.ff.de furtis. l. ue-
rum.& l. qui iniuriæ. Concluditur ergo, hunc ignoran-
tem factum non fuiſſe doloſum.& ſic nec adul.argumen.
uigeſimaſecunda, quæſtione quarta.§.illicitum. ubi iure
communi requiritur dolus, ipſo deficiente non committi
tur delictum.ff.de furtis.inter eos.§.recte.& l.falſus.§.qui
alienum.de iniurijs.item apud.§.ſi quis uirgines.per quæ
allegat Pileus, quod etiam de ſtupro non teneatur. ff. de
rebus dubijs.l.3.de qua uide in ſuffra.de officio dele.cum
ſuper.ſuper ultima gl. ¶ Secundo pro caſu inducitur. 15.
q.1.inebriauerunt, ubi ignor. tamē in quam incidit Loth
propter ſuam culpam, ſcilicet ebrietatis, excuſat ab ince-
ſtu ex copula filiarum.facit lex ff. de iniurijs.illud.canon.
15.quæſt.prima.ubi hæc no.& 34.quæſtio.ſecunda.mulie
rem. ſupra in caſu propoſito non eſt adulterium. facit de
ſentent. excommunica. ſi uero.2.& c.in audientia. & cle-
men. de conſanguini.& affinita.c.ultimo.in uerbo, ſcien-
ter. & uidetur caſus C. de adulte. ſi ea. vbi ceſſat adulterij
crimen in illa,quæ meretricio more ſe exhibuit. ¶ Tertio
ad utrumque caſum ſic arguitur,ubi deeſt rei eſſentia, uel
aliquod eſſentiale, ibi non poteſt dici rem eſſe: ſed utro-
que caſu deficit aliquid de eſſe adulterij, ergo deficit adul
terium. maior probatur. prima q.prima.detrahere. & c.
paulianiſtæ. de conſecra.diſtinctione 2.cum omne.de ba
ptiſmo. debi. probo minorem.eſſentia rei conſiſtit in ma-
teria competenti, & debita forma.materia eſt mulier ma
ritata,ut ſæpius dictum eſt,formam dicimus propoſitum
& uoluntatem,quæ ſunt forma uirtutum & uitiorum.45.
diſtinctio.duo ſunt.86.diſtinctio.non ſatis.de pœn.diſtin
12 ctio.3.ille rex,ut autem patet ex ſuperioribus.† In primo
caſu deficit materia adulterij, quia mulier erat ſoluta. in
ſecundo forma, quia non adulterari, ſed fornicari uole-
bat. ergo neutro caſu judicabitur ut adul. ¶ Hæc autem
maxime procedant,quoad pœnā ſtatuti,cum ſtatuta ma-
xime pœnalia ſint ſtricti iuris, & non late ſumenda, ergo
ipſorum pœna caſum expreſſum non excedat,de hoc dixi
ſuper regula, pro poſſeſſore.ſed in primo caſu non fuit a-
dulteratus: quia non intendebat. in ſecundo illa in ueri-
tate non erat alterius uxor. & ſic quoad pœnam ſtatuti
nullo modo eſt adulter. Solutio quantum ad forum pœni
tentiale,uel ęternum iudicem.Primo caſu iudicatur adul.
quia adulterari intendebat.de pœn.diſtinctio.prima.nun
quid.& cap. ſi propterea. uerſic. de hoc uigeſimaquarta.
quæſtio. quinta. ſi quid inueniſti. & omnia quæ ſupra
ponderant intentionem delinquentis. Secundo caſu ſi
cum ignorantia concurrebat intentio abſtinendi, ſi ſci-
ret illam coniugatam, tunc fornicator cenſetur.& ſic in-
telligitur gloſ. illius cap.illud, ſi uero concurrebat inten-
tio contraria, tunc iudicatur adulter. Facit 34. quæſtio.
quarta.origo.ſi quæratur de pęna iudiciali,ſumendo ſtri-
cte adulterium pro uiolatione coniugalis tori, uidetur ali
quibus iſtum neutro caſu eſſe adulterum, cum ſibi pri-
mo caſu ſuffragetur ueritas,in ſecundo opin. quorum al-
terum excuſat, uel attenuat in delictis,altero reiecto deli
cta aggrauat, quaſi requirantur ad pęnam illa duo con-
iunctim,ut præd.l.vulgaris.§.ſi quis es. & facit quod no.
14.quæſt. quinta. ſi quid. & faciunt l.inductæ.ſupra par
te ſecunda.uer.2.inducitur.in fine.& uer. de ſecundo.an-
te finem. & hæc opinio eſt benigna. Sed ipſi fratri Vber-
to placuit, cum canones acriter proſequatur, hoc cri-
men, quod primo caſu puniendus ſit pęna iuris commu-
nis vt adulter: cum fuerit ibi culpa in opere, dolus in in-
tentione, & communis opinio in qualitate, quæ tria me-
rito præferuntur voluntati poſtmodum detectæ: vt in ca.
nuper. cum ſimilibus. vbi vero pęna ſtatuti eſſet grauior,
non punietur illa: ſi veritas apparet ante ſententiā; quia
ex ſui natura reſtringibili requiritur,quod ſit vxor, cuius
ſtricto nomine non intelligitur putatiua; vt dixi in fine ſe-
cundæ partis; ſi tamen poſt rem iudicatam & non prius
veritas appareret; non reuocabitur ſententia. de re iudi.
inter monaſterium. vt patet ex no. de donatio.inter virū
& vxorem. plerunque. non obſtat decreta. ſignificanti-
bus. de priuilegijs; quia ibi fuit lata ſententia per proba-
tiones reprobatas a iure. C.de tranſactionibus.ſi ex falſis.
In ſecundo caſu; quia ſicut ſtatutum non excedit ſuum ca
ſum; ita nec illum præterit, & verum ſit iſtum vxorem al-
terius cognouiſſe; & licet non in ea ſpecie; fuit tamen do-
loſus in genere. videretur ipſum fore adulterum per prę:
dicta, in prima parte. verſicu. ſecundo ſic probatur. hoc ta
mē ipſe verum putat, ſi in habitu matrimoniali mulierem
repertam, non aduertens nec curans, qualis eſſet, cogno-
uit libidinis explendæ cauſa, tunc enim ex hac intentio-
ne communi iudicabitur delictum, ſecundum rei verita-
tem & mulieris qualitatem. facit 55. diſtinctio. dominus;
in hiſtor. de Iuda & Thamar. ſi autem mulierem notam
habens ſciebat eam reputari ſolutam, & talem eſſe crede
bat, nō dicetur adulter, cum ad id non ſufficiat culpa, ſed
requiratur dolus; per prædicta. ſupra parte ſecunda. ver.
de ſecundo.& verſic. ſequens. maxime, ſi in habitu mere-
tricio erat. & ſic loquitur l.ea, quæ. C.de adulte.& decre-
ta. ſi vero.& in audientia. de ſententia excommunica. Præ
dicta autem intellexit, quando clericus ad illicitum coitū
intendebat. Si enim ad licitum; quia cum illa contraxe-
rat; & id poterat, quia in minoribus tantum, neutro caſu
dicetur adulterium. primo non; quia propriam vxorem
cognouit; licet ex falſa credulitate peccauerit. vt not. 33.
q.1.in fine ſummæ. Secundo non, cum bona fide contra-
xerit, & ſic non peccauit. & ſic loquitur de eo, qui dux. in
matrimo. cap.1. & c. veniens. 34. quæſt.2. cum per belli-
cam. & c.ſi virgo. & hoc caſu loquatur l.C.de repu. vxor.
13 ff.de adult.l.penul. excuſatur † enim, qui ſine culpa facit
rem illicitam propter facti ignorantiam, & ſic loquitur l.
genero.ff.de his, qui notantur infamia. Per hoc ſic ſpecifi
ce diſtincta ſint, quæ videbantur contraria concordata.

S V M M A R I V M.

1 *Probibito aliquo, probibentur omnia ex eo ſequentia.*
2 *Probibitio ceſſat, finita eius cauſa.*
3 *Scholaſticis conceſſum ſtudij priuilegium, vt poſſint audire ius ciuile, & in eo libere ſtudere, an ibidem eis liceat docere & doctorari. & num.5.8.9.12. & 14.*
Vbi quomodo accipiendum ſit priuilegium.
4 *Priuilegio ſi mihi competat vſus rei, vel iter, num per boc babeā vſumfructum vel actum.*
6 *Probibitio propter pœnam odioſa, tamen propter ſui cauſam fa-uorabilis, an extendatur.*
7 *Audire, & docere, correlatiua. Et an diuerſa, num.9.*
10 *Libere, verb. vis.*
11 *Studium tribus perficitur. Et quomodo illud verbum accipiatur, quidque inferat. & num.13.*

REGVLA XXXIX.

1 Cum quid prohibetur. Eſt regu-
la † huic
ſimilis ali
quo prohibito oē id prohibetur, per qd' peruenitur ad il-
lud.& hic loquitur de conſequentia prohibitionis medio
rū per q̄ peruenitur ad extremū, iſta vero loquitur de cō-
tinētia prohibitionis extremorū, quę procedūt ex prohi-
bito

Digitized by Google

bito primo. Et in hac ſimiliter pone exemplum.ff.de ſpō-
ſa. l. oratio. vbi prohibito matrimonio prohibita ſunt e-
tiam ſponſalia.per quæ peruenitur ad illud.& ibi concor.
de hoc. Non obſtat, de ritu nuptiarum.ſi quis officium.
quæ loquitur in prohibitione temporali.illa vero loquit̃
in perpetua ſ n Dynū. ex illo Ioānes monachus dicebat
exempla ponenda per decreta. cōſtitutus, & capitulo ex
tenore.ſupra de conc.præ.& c.cum dilecta.ſup.eo.lib.eo.
ti.deteſtanda.¶Prima gl.ponit exempla.& in fi.regulam
concordat huic. ¶In glo.1.ibi [& c.1.] pignus,hypothe
ca & emphyteuſis, & ibi, qui prohibitus eſt a pomerio,
vel ſuburbijs ciuitatis, & a ciuitate. ¶In glo.1.ibi [nulli]
traditio, quæ ſequitur ex illa, vt in prohibita venditione
fundi dotal. & aſcriptitij ſine gleba, in quib. traditio non
transfert dominium.inſti.quibus ali.non li.in prin.C.de
agri. & cenſi.l.quemadmodum.lib.11.idem iur.& quem
etiam vendicare poteſt prælatus alienans & tradēs. C. de
2 ſacroſ.ec.l.iubemus.¶Ad primum non ob. ff. de fun.do.
l.pe.de vſuc.l.vir prædium. ibi enim traditio transfert do
minium,quia prohibitionis cauſa finita erat, ſcilicet quia
deſierat fundus eſſe dotalis. Dy.

QVAESTIO.

3 Hæc regula per contrarium oſtendit, quod vno † con-
ceſſo conceſſa intelliguntur quæ ſequuntur ex illo. & ſic
facit ad quæſtionem, quam diſputaui, quæ ad literam hic
ponetur, & ſic proponebatur. Quæritur, an ex priuilegio
huius ſtudij, per quod conceſſit Papa quibuſdam prohi-
bitis, quòd poſſint hic audire ius ciuile, & in eo libere ſtu
dere, liceat eis hic in eo iure docere, vel doctorari. Quod
ſenarius numerus eſt perfectus, vt ſupra eodem libro. in
prooemio. nouo quodam ordine diſputandi hunc tenebo
modum, ex textu enim thematis 6. verba, vel partes aſſu-
mens quaſi per gloſſarum forum ſuper ipſis arguam pro
& contra.& erit primum ſuper verbo, priuilegio. ſecundū
ſuper verbo, huius ſtudij. tertium ſuper verbo, alias prohi
bito. quartum ſuper verbo, audire. quintum ſuper verbo,
libere. ſextú ſuper verbo, ſtudere. poſt quæ determinabi-
tur dubium, dabitur conſilium & ſolutio, & contrarijs ſa
tisfiet. Et vt experiar an expediat nouellam meam, quo
ad decre. allegationes ſic ſcribi, vtar hic algoriſmo. Ad
primum priuilegio. certum & vulgare, quod priuilegia
maxime principum ſunt large interpretanda, imo largiſ-
ſime. 1. quæſtio. tertia. ad finem. 2. quæſtio. ſecunda. qui
manumittitur, de verborum ſig. in his.& c.olim.ff.de con
ſti.principum.l.fina.C.de ſenten.paſ.& reſtituti.l.vltima.
Com ergo hic loquimur de interpretatione verborum rei
tam fauorabilis, fiat ampla, maxime vt poena vitetur aſtu
te interpretantium.C.de legib.l.2. Contra, licet regula-
riter prædicta ſint vera: tamen non habent locum, quan-
do priuilegium datur ſuper re ambitioſa, quod patet, de
præben. quamuis.ſup.lib.eo.de fil. presbyterorum.cap.1.
& veniat. regula, quæ a iure, cum ſuis concordan. infra eo
dem. Item licet priuilegia ſint fauorabilia, non tamen
recedimus a verbis ipſorum, de priuileg. porro.& cap. re-
4 cepimus. de præben. cui de non. Pone † ergo quod ꝑ pri-
uilegium mihi competit vſus rei, vel iter, nūquid per hoc
habebo vſumfructum, vel actum. Planum eſt quod non:
quia verbum id non importat, Inſtit.de vſu & ha. in prin
cip.ff.eod.l.1. Inſtit.de ſerui. in princip. immo quod plus
eſt, ipſa verba ſæpius reſtringuntur, quod patet, de priui
je. petiſtis. ſupra eod.lib.& eod.titu.abbat.& cap. vt apo
ſtolicæ. Quare cū prohibitio ſit fauorabilis, vt infra pro-
5 babitur, priuilegium alias permiſſum † ambitioſum, er-
go non dilatandum, ſed verbum reſtringendum, vel ſal-
tem in ſignificatione propria retinendum: maxime quia
facilius conceditur ſubeſſe, quam præeſſe, de fi. presbyte.
c.1. cum ſi. & quoad prædicta, vide quod ſcripſi de ver-
bo. ſignifi. olim. ſuper vlti. glo. Huius ſtudij, patet per hoc
verbum themat. priuile. non vtenti. Sed Bononien. ciuita-
ti & ſtudio fore conceſſum. Cauſa ergo conceſſionis fuit
ipſius ſtudij ampliatio, vt hic patet ex verbo, ſed & potēs.
quod in tantum poteſt ampliari ſtudium per ſummi legi-
ſtæ doctrinam, ſicut per ſcholaſticam diſciplinam, ad qđ
de Titolico dicit Hieron. in prooemio bibliæ: ad eum Ro
mam veniſſe multos nobiles de finibus Hiſpaniæ, & Gal-
liæ, & quos ad ſui contemplationem Roma non traxit, il-
lius hominis fama perduxit, vt ergo ſaluetur cauſa con-
ceſſionis, & de docente priuilegium debet intelligi, ad
quod facit, quod priuilegia vniuerſitatibus conceſſa fa-
uorabiliora ſunt, quam conceſſa perſonis. ſup. eodem lib.
de priui. ne aliqui. ex alterius ergo perſona conſequitur
ſtudens doctorandi & docendi potentiam, quod ex ſua
non poſſet, nec eſt hoc nouum, quod patet de conce. præ-
ben. auctoritate. ff. ad Tert. l. 2. §. obijcitur. ver. ſi ſic. C. de
natu. li. auten. licet. cum ſimilibus. ¶Contra, licet ſic am
pliari poſſet, tamen hæc verba non ſonant, vt dictum eſt
ſup. Ad id, quod de alterius perſona dicitur, reſpondetur
per dec. cui. de præben. ſup. eod. lib. alias prohibitus. Ad-
uertendum eſt, quod iſti prohibiti ſunt conſtitutione ca-
nonica: & ſic conſequenter Papæ, fiat ergo contra ipſum
Papam lata interpretatio. quod optime probat dec. cum
dilectus. de conſuetudine, & regula. contra eum. eod. titu.
cum ſuis concor. & ff. de pac. l. veteribus. & quod ibi no.
Excipere enim potuit a Papa: & nil excipit, ad hoc, de iu
re patrona. ex literis. & c. cum ſæculum. omnia igitur ve-
niant in conceſſione, maxime, quia prohibitio eſt poena-
lis, & ſtricte ſit ſumenda. de poe. diſtinct. 1. poena. ſup. eod.
lib. de elec. ſtatutum. ff. de poen. interpretationem. j. eo. ti.
6 in pęnis. cum concor. ¶Contra, licet † prohibitio propter
poenam odioſa ſit: tamen propter ſui cauſam eſt fauora-
bilis, vt ſcilicet amplietur theologiæ ſtudium, ne cle. vel
mo. ſuper Specu. Item, vt melius vacent ſacris. 31. diſt. c. 1.
cauſa. & 5. c. ſe. de off. arch. & archipreſ. c. 1. ad id, de ſin.
c. vno. ff. de arbitris. non diſtinguemus. §. ſacerdotio. hoc
igitur odioſum, & fauorabile, nec late, nec ſtricte interpre
temur: ſed ſtemus verbis. ad hoc, quod no. de elect. cum
in cunctis. in 5. q. & eo. tit. c. penul. s. e. li. intelligatur omiſ-
ſum, quod non fuit expreſſum. 96. diſtin. vbi nam. cū ſuis
concor. gl. imo ex aliquorum actuum expreſſione reliqua
videntur excepta & prohibita, ſicut cum vendo fundum
expreſſis aliquibus inſtrumentis fundi, reliqua videor ex
cepiſſe. ff. de fun. inſtructo. quæſitum. §. idem reſpondit. &
l. cum de lanionis. §. cui fundum. maxime, quia cum con-
ceditur prohibito leges audire, cauſa conceſſionis vide-
tur, vt melius intelligat canones, vt no. tertia diſtinct. c. 1.
ſed experiētia docet, quod magiſterium ſcientiæ nil adij-
cit: ergo & c. de tranſl. 2. c. 2. Audire. Aduertendum eſt, qđ
7 negari non † poſſet, quin ſub verbo, auditis, includatur do
ctrina. Aut enim ex vi correlatiui: quod ſi poſſum audire,
ergo alius docere. ſi ergo per priuilegium conceditur, qđ
in correlatiuis, & connexis alteri, vt doceat: ergo & iſtis
vt audiāt. ad hoc 5. diſtin. ad eius. Video enim quod non
ſolum principale includit acceſſorium, ſed etiam conne-
xum acceſſorio, uel ipſius acceſſorium. quod probatur. de
offic. dele. prudentiam. §. ſexta. & §. ſeq. & probatur ſupra
eod. lib. de præben. cap. antepe. ff. de lib. & poſthumis. ſi
ita. §. regula. de donatio. inter uirum & uxorem. capitulo
ſecundo. Caſus, quos breuitatis cauſa per te uideas. eſſet
enim abſurdum, quod priuilegium meum plus tibi, quā
mihi conferret: & quod tibi propter me cōpetit, fortius
mihi. 95. diſtinct. illud. Item ſi mihi conceditur uſus rei,
ergo & ipſius facto. quod probatur, ſupra eodem libro.
de ſententia excommunicationis. quoniam. conceſſio e-
nim uſus chriſmatis, conceſſa intelligitur eius facto, ut
ibi, ſic & conceſſo uſu iuris ciuilis, & factio doctoratus,
8 ſcilicet doctrina: plus † probo, doctrina expreſſe per uer
bum, docendi, non eſt talibus prohibita: habemus enim
hac in materia uerba prolata, ſcilicet, electio, audi-
tio, & ſtudium. ſed præter id, quod dixi ſupra. uerba poe-
nalia ſtricte ſumenda, quod illud uerbum lectionis, po-

Digitized by Google

natur in hac materia pro electione diſcipuli, non magi-
ſtri. Probatur tripliciter. primo ſic, Concil. Turon. ne cle-
ri. vel mo. cum magnæ, dicit, quod illi monachi exibant
ad legẽdas leges, vt poſſent melius & fidelius tractare ne-
gotia monaſterij, ad legendam phyſicam, vt poſſent cu-
rare monacos infirmos, propter quod patet, quod loqui-
tur de exitu non ad lecturam doctoris, ſed diſcipuli. Secũ-
do ſic, cum concilium prohibendo fuiſſet vſum verbo le-
gendi. Honorius dicit interpretando concilium, quod
concilium prohibuit auditum. eo. tit. ſuper ſpecula. Idem
Bonifacius. eod. tit. š. eod. li. c. 1. Tertio ſic, quia multis iu-
ribus probatur, verbum lectionis intelligi de lectione di-
ſcipuli. de ma. c. 1. de electi. cum ex eo. š. eod. lib. vtrobiq;
legendi & proficiendi. 36. diſt. c. fina. ver. diſcat legendo.
Scripturas aut populum doceat, de æta. & quali. c. fin. ibi,
legiſſe Donatum. de renun. poſt tranſlationem. in exerci-
tium lectionis, ergo cum ex mente concilij, tum ex inter-
pretatione Romanorum Pontificum, tũ ex propria ſigni-
ficatione verbi, quia per verbũ legendi, doctrina nõ pro-
hibita eſt. Reſtat, quòd aut doctrina non eſt prohibita, &
ſic quæſtio plena: cum ea, de quibus quæritur, etiam ſine
priuilegio poſſet, aut eſt prohibita per verbum auditus,
& ſtudij, & tunc quo iure illa verba in prohibitoria & pœ
nali l. includunt magiſterium: eo iur. & fortiori illa ver-
ba relaxatorij & gratioſi priuilegij illud includit. & ſubla-
to expreſſo ſublatum ſit tacitum. C. ſi reus vel ac. l. fi. & fa
cit, quod not. de reſcrip. cap. 1. ſup. eod. lib. in gl. 2. de cler.
coniu. quòd a te. maxime, quia cum ſimul prohibitio ma-
nauerit, & hic ſint ſimilia & connexa. C. de male. & ma. l.
culpa. vno ſublato virtute connexionis, & reliquum, de
9 conſti. tranſlato. ¶ Contra † planum eſt, quòd audire, &
docere ſunt diuerſa, & tripliciter probatur. Primo ex di-
uerſitate nominum. C. de codici. ſi idẽ. de decr. ad audien
tiam. Secundo, quia diuerſis mẽbris actus illi conueniunt.
quod per ſe patet. ad hoc 1. ad cor. 12. & 89. diſt. ſingula.
Tertio, quia iura ponunt hic pro diuerſis, vt patet in procœ
mio dec. & ſup. eod. l. in prooemio. de loca. c. 1. de priui. ſu-
per ſpecula. ne cler. vel mo. c. 1. 2. reſpon. ſup. eod. li. & lex
prædicta, cum ſimili ponit illa pro ſimilibus. ergo nõ ſunt
idem. Primum vero ſuperius argu. tollitur, quia per illud
ſequeretur, quod cui conceditur audire diuina, per conſe
quens concedatur alteri, quod ibi celebret. igitur & ipſe
celebrare poſſet: ſed planũ eſt hic diuerſa. de priuilegijs.
c. penul. & vltimo. ſupra eod. lib. & de ſen. excom. cap. fi.
10 Libere, non dixit ſimpliciter, ſtudere: ſed libere † ſtudere,
verbum debet aliquid operari. 28. q. 1. ſic enim. de diuor.
gaudemus. de priui. ſi Papa. ſup. eo. l. de lega. 3. non aliter.
pro lata vero ſignificatione huius verbi facit, de præben.
de multa. & c. licet epiſcopus. ſup. eod. l. de procur. qui ad
agendum. in fine. ff. eo. lib. de procuratorib. cui libera. po
teſt tranſigere, habens liberam. quod alias non poſſet. Itẽ,
quod parte debiti ſoluta non eſt liberatũ pignus. ſed tunc
cum totum fuerit ſolutum. ff. de diſtra. pig. quandiu. nec
pro parte faciens, ad quod eſt obligatus. ff. de ver. ob. in
executione. gl. pe. & de hoc de pœn. ſuam. ſed nec per con
ceſſionem partis ſtudij diceretur liberum ſtudium cõceſ
ſum. Ad idẽ de reſtitutione ſpoliato. Piſanis. nec dicitur
liber ad ordines, in quo ſeruitium aliquod retinetur. 54.
diſtinctione. quicunque. ¶ Contra tollitur argumentatio
ex hoc verbo, per can. 2. q. 1. relatio. de reb. ec. non ali. vt
ſuper. in fine. de ſecun. nup. c. fin. de officio vicarij. cum in
generali. ſup. eod. lib. ff. de don. filius. C. de inof. teſt. ſi qñ.
in princi. per quæ iura patet, verbum libere, nil vel parũ
11 operari. Item docet † experientia, quod ſæpe ponitur in li
teris ad ornatum rhetoricum. Studere, ſtudium ex tribus
partibus perficitur. vide 1. ad Thy. quarto. attende lectio
ni, & ex hortationi, & doctrinæ. 16. diſtinct. ca. primo. ſed
ſicut verbum. ſtatuto, debet deſignare rem perfectam, &
conſumatam: de pœ. di. 1. hæc autem verba. de verbo. ſi.
in his. ff. quod quiſque iur. l. 1. ita verbum ſtudij, habet de
ſignare ſtudium perfectũ, quod perficitur in vltimo actu
doctrinæ, non inchoatum, vel mediatum tantum, plus ca
non a vi textus probare vr̃, q̄ appellatione ſtudij includa
tur doctrina. 26. q. 5. aliquanti. vt ibi patet ex prin. & fine.
ad idem. li. 10. de execu. ar. l. vn. in fine. ibi, ſtudium docẽ
di, atque diſcendi. & decr. 2. de priui. š. eo. maxime, cũ ſtu
dens doceat, docens ſtudeat, & diſcat docendo. vt ibi. l. 1.
vbi de hoc. Item Papa, qui eſt vicarius eius, qui nõ nouit
opus imperfectum, nõ debet intelligi fuiſſe locutus de ſtu
dio imperfecto, de bap. maiores. & circa hoc adde, quod
dixi ſuper regul. cum prior. in q̃one porrorum. in parte ſe
12 cunda. Item nec valet aliquid † pro parte facere. de con-
ſecr. diſt. 2. comperimus. ff. de procura. in cauſæ. pro dere-
lic. l. vlt. de tranſactio. l. cum hi. dato etiam, quod appella.
ſtudij, altera pars tantum intelligeretur: per partem ta-
men dicemus totum eſſe conceſſum. 14. q. 5. pœnalem. 32.
q. 10. meretrices. de pœn. di. 1. vulgaris. baptizatur. n. quis
parte corporis tacta. de conſ. di. 4. nec quemquam. & c.
proprie. vbi de hoc, ſicut per partem totum poſſideo. ff.
de acq. poſ. poſſideri. §. 1. & faciunt iura, quæ probãt, vno
de man. mandatum eſſe connexum. ff. de procur. ad lega
tum. & l. ad rem mobilem. & man. l. vlt. de elec. in cauſis.
cum ſi. Ex quo enim ſentit onus diſcendi, habet honorem
docendi. infra eod. titu. qui ſentit onus, cum concor. qui
poſuit principium, ponat finem, de conſe. diſt. 1. nullus
epſ. de renun. c. 1. cũ concor. ſicut iudex de qua re cogno
uit, pronunciat. ff. de iud. de qua re. de cauſa poſ. cũ ſuper.
nam ſicut excommunicatus appellat, ita proſequitur, &
finit appellationis cauſam, de exceptio. cum inter priorẽ.
nam ſicut matrimonium legitimat, & habilitat naturalẽ
etiam ad prælaturam, qui ſi. ſint le. per venerabilem. vbi
de hoc, ſic priuilegium legitimat & habilitat iſtum, etiam
quo ad magiſteriũ, & ſic ſimile, quod dicitur de minore
pubere quem iuramentum habilitat: per auct. ſacramen-
ta. C. ſi aduer. ven. ¶ Contra, ſtudere reſpicit auditum,
13 quod probat † a vi literæ dec. ſuper ſpe. ne cle. vel mon.
vbi præmittitur de audientibus, poſtea ſubmittens, quod
epiſcopi, in quorum diœceſi ſtudent &c. probatur idem
de magiſ. ſuper ſpecula. vbi ſtudentes & docentes, ponit
textus vt diuerſa. ad idem de præſump. ex ſtudijs. coniun
cto illo verbo, cum eo. quod ſequitur auditionem ſapien-
tum &c. de tali ſtudio ſcholaſtico loquatur, de ele. bonæ.
2. & c. innotuit. & de proc. dilectus. de cle. non reſi. tuę. de
off. dele. conſultationibus. de reſcrip. c. fi. ſu. ea. l. ff. fami.
er. ea, quæ. & ſi dicas ſecundum id hic nil operari: cum de
auditu iam dictum eſſet in priuilegio, reſpondetur, quòd
ex huius verbi virtute priuilegiatus etiam principale ſtu-
dium iuris ciuilis facere poterit, non audiendo. & hic ad-
dit hoc verbum ſtudere. fateor tñ, q̄ ſtudium interdum ha
bet de natura alios actus præter meditationem literalis
ſcientiæ: Iudicum vlt. Ingenti ſtudio cauendum eſt, ne
aliqua domus pereat: Eccle. 20. pulchritudini ſtudiũ ha-
bentes. 86. di. fratrẽ. ſtudeat de manu fructificare. de pac.
c. 3. ſtudioſe agendum eſt &c. de præſcri. vigilanti. ſtudio
cauẽdum eſt. &c. ff. de do. inter vir. & vxor. l. 2. ibi, ſtudiũ
filios educãdi. præterea video, q̄ interdum licet alicui ſtu
dere, & docere, ſed non docere, vt fęminæ. 1. ad Thi. 2. 33.
di. mulier. 27. q. 2. mulierem. de con. di. 4. mulier. ibi dicit,
quamuis docta docere nõ præſumat, ponit ſtudium, & di-
ſciplinam per verbum: docta, & tñ vetat doctrinã, nec mi
rum in his, cum plus habeat doctor, quam ſtudens hono
ris & prærogatiuæ, quod patet, hẽt. n. ordinariã, per auct.
habita. ſignatam. C. ne fi. pro pa. habet immunitatem mu
nerum. C. de profeſ. & medic. li. 10. & mercedem laboris,
vt ibi, q̄ dic vt 32. di. quibuſdam. de magi. c. pe. conſequi-
tur ex tpe comitatum. C. lib. 12. de profeſ. qui in vr. cõl.
4 vna. Eſt de † doctorum collegio, & admittitur ad magi-
ſtralia, de conſti. ex literis. adhibetur ei fides. 1. ad Timo.
2. veritatem dico, non mentior. doctor gentium. reuerẽ-
tia, vt 16. q. 1. ſic viue. & c. ſeq. 96. diſt. quis dubitet. 6. q. 1.
ſacerdo-

Digitized by Google

ſacerdotes, & c. oues. 7. q. 1. hic nequaquam. 8. q. 1. qualis. honorabilius ſedet. 2. q. 7. §. de his. C. de tiro. l. fin. lib. 12. ipſorum ordo in eccleſia præcipuus eſt, de hære. cũ ex iniuncto. habet immunitatem canonis. quod dic vt de ſent. excom. cap. 1. & c. cum voluntate. Ex quibus patet, doctoratum maius eſſe. illud igitur non veniet conceſſo minori, ſcilicet, auditu & ſtudio. facit, quod nota. in regula, quilibet, eod. tit. alias ſequeretur, quia ex quo permiſſum eſſet ſtudere in iur. ciuili, eſſet etiam permiſſum in eo iure & foro patrocinari. quod eſt falſum. de poſtul. cap. 1. & vltim. in huius igitur obſcura & ambigua prolatione ſumamus quod eſt minimum. ĩ. eod. tit. in obſcuris. cum concor. ad hanc partẽ faciant. C. de ſtu. li. vr. Ro. l. 1. lib. 11. & videas, quandoque ſacerdotem habilem ad alia nõ ad altaris miniſterium. de cor. viti. ſignificat. per hæc ſuperius allegata pro prima parte concluditur, hunc prohibitum doctorari poſſe & docere Bon. per allegata vero ſecundo concluditur cõtrarium, ſcilicet eum hic nec doctorari poſſe, nec docere. ¶ Circa ſolutionem quæſtionis eſt aduertendum, quòd de ſcholaſtica lectura, quam facit ſcholaris ad ſtudium ſuum tantum, non puto dubitari, quin illa poſſit vti is, de quo quæritur, conſiderata ſui cauſa, & videmus non licentiatos ſic legere, & potius docentur, quam doceãt, & eſt quædam aſſuefactio, ad hoc. 1. q. 1. dedit baptiſmũ. 37. diſt. qui de menſa. ff. depoſ. l. 1. §. ſiquis in colluctatione. Circa doctoratus vero officium, honorem cathedræ, & doctoralem doctrinã ante factum per iura, & rationes ſ. pro hac parte inductas, conſulo quòd ab his abſtineat, & quia multis videtur, quod mens concedentis priuilegiũ ad illa ſe non extenderet, & quia ſecundum interpretationem Hono. ne cler. vel mona. ſuper ſpecula. per lectionis verbum, doctrina prohibetur. quam glo. videre poteris in nouella. ſuper ver. ampliari. ad fi. vnde pro ſolutione dare poſſem, quod hic, cum de viribus verborum papalis priuilegij dubitetur, recurrendum ſit ad Papam. de iudi. cum veniſſet, vt ipſe interpretetur, qui dedit, vt ibi. vtilis enim & forte neceſſaria in hoc caſu eſſet declaratio. Poſt factũ vero ſi contigiſſet illum iam doctoraſſe & docuiſſe, nec infra duorum menſium ſpacium deſtitiſſe, vt procedat dubitatio, puto eum non incidiſſe in pœnas concilij & conſtitutionis Hono. principaliter propter id quod ſ. dixi. ſuper ver. audire. vbi plus probo. & per hanc regulam a contrario, vt permiſſis auditu & ſtudio, per quæ acquiratur ſciẽtia, permiſſa dicantur, quæ ex his ſequuntur, ſcilicet doctoratus officium & doctrina. hoc addito, quod licet concilium, quod de monacho loquitur, vtatur verbo lectionis. dec. verò ſuper ſpec. quæ loquitur de iſtis ſæcularibus, illud verbum non ponit, nec eſſet abſurdũ inter eos in hoc, quod ibi ſcripſi ſuper ver. deſtituerit. ¶ Ad hanc ſolutionem ſatis facit ipſa forma priuilegij in cuius exordio fit mentio de magiſtris, & ſcolaribus, & ipſorum vniuerſitate, & poſtea in narratis ſubmittit, quod vult ipſam vniuerſitatem præmunire dono beneuolentiæ ſpecialis, &c. hoc modo ſoluendi quæſtio diſtinguitur ante factum, & poſt, conuenit. de iureiuran. verum, quod ſcripſi. de iudic. ſignificauit. ſuper 1. glo. & de re iudi. inter. ſuper fin. gloſ. quicunque. Contraria vero per prædictam ſolutionem reputo ſoluta, nam locum haberent, quando expreſſe prohibita eſſet doctrina, vt tunc ad id ambitioſum priuilegium non trahatur, ſed verbis ſtetur, vt pro hac parte allegatũ eſt. ¶ Primo non obſt. quod per alium competat, vt allegatum eſt. ſecundo, & tũc non expreſſum cenſetur omiſſum, vel vno expreſſo, alterum exceptum, vt allegatum eſt tertio, cum actus eſſent diuerſi, & per ſe principales, vt allegatum eſt quarto. Nec obſtat hoc verbum, libere, vt allegatum eſt quinto, quod autem pro hac parte allegatum eſt ſexto. ſ. quod ſtudij verbum deſignet auditum, alteri membro ſolutionis concordat, vt infra dicam, per illud etiam tacite doctrinam non eſſe prohibitam. & ſic de iure communi etiam ſine priuilegio poſſet doctorari, & docere vt prædixi. & ſic etiam ſoluitur, quod eſſet dictum de patrocinando in foro ciuili. ſ. quod illud eſt huic diſſimile, quia prohibitũ expreſſe per iura ibi allegata; quia prohibitum remanet, cum hic non ſit permiſſum. ¶ Ad decre. ſigni. dico, quod niſi expreſſiſſet, vetaretur redditus ad ſacerdotis officium, exerceret etiam altaris miniſterium, ſic nec hic docet, ſi expreſſe fuiſſet vetitum. ad id quod dicitur, quòd doctoratus eſt quid maius non negatur, tamen dico, quod ex quo venit ex vi taciti, vel connexi, de ipſius maioritate non eſt curandum ad inſtar eius, quod de curata eccleſia dicitur, quæ eſt connexa præbendæ. ſ. eo. lib. de præb. ſuper eo. de muliere vero dico, quòd eſt expreſſe prohibita. & ſic concordat. ad regulam, in obſcuris. dico, quod hic nulla eſt obſcuritas.

SVMMARIVM.

1 *Pater prohibitus adminiſtrare bona filij vt pater, an poterit, vt curator. Et excluſus vno iure, admittitur ex alio, vbi duplex competit.*

2 *Notarius procurator in iudicio produxit inſtrumentum ſua manu ſcriptum, ſuper iure meo probando, an fidem faciat. & num. 4. & 12.*

3 *Aduocatus qui fuit in vna cauſa, an in eadem poſſit eſſe iudex.*

5 *Prælatus cum ſit procurator eccleſię, an in eius cauſa alio cauſam agente teſtificari poſſit. Et quid de procuratore in cauſa domini. ibid. & num. 6.*

7 *Procuratoris voci mortuæ an credatur.*

8 *Argumenta, de tanquam.*

9 *Probationum copia non eſt arctanda.*

10 *Tabellio in numero ſeptem teſtium computatur.*

11 *Legatũ ſi quis adſcribat extraneo quem poſtea etiam viuente teſtatore per adoptionem, uel alio modo habuit in poteſtate, tenet legatum.*

13 *Iudicis officium circa procuratorem notarium ſuſpectum, edẽtem inſtrumentum ſua manu confectum.*

REGVLA LXXXIV.

Cum quid vna.

Prima glo. ponit exẽpla. Secunda ſex caſus, quib. fallit. Tertia dicit, quo
1 caſu procedit regula. ¶ In glo. 1. † ibi [legi fiat] Dyn. ponit exemplum per l. ff. de tut. & cur. dat. ab his. ſcire oportet. §. ſi iu. vbi pater prohibitus adminiſtrare poterit vt curator, cui concor. ſupra eod. lib. de elec. auaritiæ. Item per l. ff. de bo. poſ. non eſt ambigendum. §. vbicunque. & de contrat. l. 3. §. libera. & l. ſi mortem. §. exhęredari. vbi a ſucceſſione prohibitus de iure ciuili non admittitur de iure prætorio. ¶ Ad hoc vltimum contrarium in emnacipato, qui admittitur iure prætorio & non ciuili. ff. de bo. poſſ. l. ſed cum patrono. §. bonorum. Item, ſi duplici iure defertur ibi hæreditas, licet vno prohibeatur, admittatur ex alio. ff. eod. tit. quoties duplici. & C. de iure delib. l. ſuũ hæredem. Item filius excluſus ab vnde liberi, admittitur per vnde legitimi, & excluſus ab illa, admittitur per vnde cognati. ff. de ſucceſ. edi. l. 1. §. ſed interdum. Item repudians ex teſtamento, ſuccedere poteſt ab inteſtato, ſi erat de numero ſic venientium. ff. de ac. hære. nec is. §. 1. ad hoc & ſimilia ſufficit ſolutio glo. ſed Dyn. dicit regulam locũ habere, vbi ius reſiſtit in odium prohibiti, ſed vbi aſſiſtit, propter aliquem contingentem defectum, habent locum contraria. Credo gl. corruptam. & ibi ſuis concor. & ſ. eo. lib. de cleri. coniu. c. vno. §. 1. & ibi [ſeruum] & eſt lex. C. de teſti. l. ſeruos. & ibi [minuet quartam] vide in Auth. de tri. & ſe. §. prohibet. & quod ibi nota. in glo. hoc eſt.

QVAESTIO.

Hæc regula facit ad quæſtionem, quam Paduæ diſputaui, vt patebit in ipſius principio, quæ quæſtio talis fuit.
2 Notarius † procur. meus ad probandum de iure meo in iudicium produxit inſtrumentum ſua manu ſcriptum, quæritur, an faciat fidem? Rationes ad negatiuam conſiſtunt in ſuſpicione officij, propter quam

Digitized by Google

nec teſtis, nec Iudex eſſe poteſt, quæ tamen minus lędunt,
eſſe poſſet iugiter in fine. Dictum Hoſt. ſecundo in contra
rium inducitur glo. quæ quatuor rationibus, & opinione
ſimili adiuuatur. ſubdam demum quinque rationes. Ter
tio datur ſolutio diſtinguens & inſtruens, & contrarijs re
ſpondens. ¶ Primo ergo ſic probatur, quòd inſtrumētum
fidem non faciat. Certum eſt, quòd procurator nō poteſt
eſſe teſtis in cauſa, quam procurat. extra de teſti. inſuper.
imo nec in cauſa appel. poteſt eſſe teſtis, qui fuit procura-
tor in principali, ſupra de teſti. Romana. eo. tit. Cum ergo
in exercendis litibus parem vim obtineāt teſtes & inſtru
menta. de fid. inſtru. cum Ioannes. C. eo. tit. in exercendis.
dicemus, quo iure repellitur a teſtimonio, eo iure ſuſpi-
cionis eiuſdem inſtrumentum per eum confectum in cau
ſa, quam procurat, fidem non facere, cum etiam lex vlt. ff.
de teſti. aperte prohibeat patronos cauſarum in cauſis ip
ſis teſtimonium dicere, ſed conſtat, quòd poſtulare, eſt de
ſiderium ſuum, vel amici ſui in iudicio apud eum, qui iu-
riſdictioni præeſt, proponere, vel alterius deſiderio cōtra
dicere. ff. de poſtul. l. 1. in princ. 3. q. 7. §. tria. Patet ergo, ꝙ
tales procurato. poſtulant, & cauſis patrocinantur, ergo
a teſtimonio repellentur, dato etiam quòd ſequens pars
legis ipſius, quæ de executoribus loquitur, ad procurato-
rem non extendatur, vt ibi dicitur tenere glo. quod tamē
alibi dicit contrarium, ſcilicet. ff. de iur. fiſci. l. deferre. §.
item decreuerunt. quæ glo. videtur verior, vel dicatur, ꝙ
glo. l. vlti. de teſti. loquatur in procur. qui teſtificari vult
in cauſa, quam non procurat, vt ſolent dicere domini le-
gum. & probatur per ea, quæ notant Inno. & Moder. in
prę. dec. inſuper. de teſti. cum igitur validior ſit vox viua,
quam mortua, in Authen. de inſtru. cau. & fi. §. ſi uero. &
uox eius uiua repelleretur. ut ſup. probatum eſt. ergo mul
to magis hæc mortua, cum ſcriptura recipi non debeat,
cuius author repelleretur. de hæreti. fraternita. 3. quæſtio.
4. nullus. 16. diſtinct. cap. 1. ne una uia concedatur, quod
alia uia prohibetur. Contra iſtam regulam, cum quid.
maxime cum per hanc plus fidei conſequatur. etenim uox
ſua non faceret, niſi ſemiplenam, & dimidiam probatio-
nem, & inſtrumentum ſufficientem & plenam probatio-
nem faciat, ergo eſſet abſurdum eum plenam probatio-
nem facere, qui non poteſt facere ſemiplenam. ut eſt pro-
3 batum. ¶ Præterea uidemus, quòd ſi is † qui fuit aduo-
catus, fiat iudex illius cauſæ, in qua poſtulabat, recuſatio-
nis remedio impeditur in illa cauſa iudicare. ff. de iur.
om. iu. l. prætor. ſed ſi non iudicat, multo minus proba-
bit, maius enim periculum in probante, quam in iudican
te. ſecundum ea, quæ notauit Vinc. de cle. ex. ſi celebrat.
nam grauamen iudicis inique iudicantis releuari pōt ap-
pellationis remedio, quod remedium circa probationes
4 non eſt proditum. cum igitur ſit † hoc maius periculū, ple-
nius conſulendum eſt. s̃. eo. li. de ele. vbi periculū. in prin.
cum ſuis concor. Item cum reliqua genera probationum
denegantur, iſtud genus, vel hęc ſpecies probationis. ſ. per
inſtrumentum non debet concedi. ad hoc 25. diſt. illud
ſuperfluum, ſed ſi probare non poteſt procur. per ſuum te
ſtimonium, vt probatum eſt, nec per ſuam confeſſionem,
nec per iuſiur. niſi forte fuiſſet debito modo delatum. er
go nec hanc ſpeciem probationis inducere poterit, maxi-
me, quia iſtud officiū videtur facere in cauſam propriā,
ad hoc ff. de iur. fiſ. l. fiſcus. 2. in fin. & habent hæc locum
maxime in procur. qui conteſtatus eſſet litem, qui per con
teſtationem, vel ſaltem inſtantiæ factus eſt dominus, de
procur. c. 1. 2. reſpon. & c. 2. s̃. eo. li. cum ſuis concor. & in
procur. qui ſatiſdedit iud. ſolu. Ad hoc quod no. ff. de pro
cur. non ſolum. in prin. ſed multo magis in procu. qui par
ticiparet vtilitatis ex victoria cauſæ; puta quia ſibi certū
quid pro palmario deberetur, ad ſimilitudinē eius, quod
de aduocato dicitur. ff. de va. & extraor. cogni. l. 1. §. & ſi
nomine. & c. ſeq. eſſent enim tunc valde ſuſpecta iſta duo
officia. 4. q. 4. c. 1. cum ſi. bene facit pro hac parte. quod
not. Hoſtien. de probatio. quoniam contra falſam. ad fi-
nem. 1. colūnæ. vbi not. quod ſi notario actori iudex com
mittit receptionem teſtium, quod de hac commiſſione
per alium notarium non per ipſum debet confici inſtru-
mentum. ¶ Ex quibus breuiter concluditur, inſtrumen
tum fidem nōn facere. ¶ Quod vero fidem faciat, ſic pro
batur. Primo inducitur ſupra dicta glo. ex l. vltim. ff. de te
ſti. quæ dicit, procu. teſtificari poſſe. pro glo. facit tex. prę.
l. ff. de iu. fiſ. deferre. §. item decreuerunt. quę glo. in talib.
rationibus corroboratur a parte. Certum eſt, quòd præla
5 tus † dicitur procu. eccleſiæ. de do. c. 2. de electio. cum no-
bis olim. in fine. cum ſi. & tamen ipſe prælatus in cauſa ec
cleſiæ alio cauſam agēte teſtificari poteſt, quod clare pro
batur ex prædicta dec. inſuper. de teſti. & ex ipſius ſuper-
ſcriptione, vt etiam ibi notant Moder. Patet ergo procura.
in cauſa domini teſtificari poſſe, & probatur aliter. illa di
citur alicuius propria cauſa, cuius cauſæ damnū, vel emo-
lumētum ad eum ſuo nomine pertinet. 2. quæ. 6. biduum.
ver. palam. ff. quando appel. ſit. l. 1. §. in propria. Iſtius er-
go cauſæ damnum & emolumentum ſuo nomine ad pro-
cur. non pertinet. ergo in teſtimonio ſuſpectus eſſe nō de
bet. Patet hoc ex deſcriptione procur. quæ habetur ff. de
6 procura. l. 1. quia † procurator eſt, qui mandato domini
aliena negotia in iudicio adminiſtrat, ſi aliena, ergo non
ſunt propria, & ſic nulla in eo videtur eſſe ſuſpicio. *Hinc*
eſt, quod libertus non poteſt proprio nomine vocare pa-
tronum in ius, & vocans nomine alieno non incidit in
edictum. ff. de in ius vo. quæritur. Item video, quod plus
participat canonicus vtilitatis cauſæ, quam intentat pro
eccleſia, quam participet procur. vtilitati cauſę, quam in
tentat pro domino, ſed ille non repellitur a teſtimonio,
ergo nec iſte. primum probatur in præ. dec. inſuper. de te
ſti. eo. ti. cum nuncius. & vide quod ibi dixi ſuper 1. gl. de
iureiu. & ſi Chriſtus. 14. q. 2. ſuper prudentia. quod dictū
eſt de canonico, in legatario repetitur, quod probatur. In
ſti. de teſta. §. legatarijs. cum ſi. per quæ videtur *gl. illa* de
fendi, vt dicamus etiam procuratorem pro domino teſti-
ficari poſſe, & ſic etiam inſtrumentum per eum ratione
publici officij ſui confectum fidem facere de lite. Et pro
hoc dicto bene facit, quod no. Innocen. & Hoſt. de tranſa.
ex literis. Gui. in Spec. ti. de teſte. §. 1. ver. quid ſi aduoca-
tus. vbi notant, inſtrumentum in iudicio fidem facere, li-
cet aduocatus cauſæ ſit ſcriptus teſtis in ipſo inſtrumen-
to, qui tamen alias verbale teſtimonium ferre non poteſt,
vt eſt s̃. probatum. ¶ Secundo poteſt dici, quod etiā con-
7 ceſſo, quod non credatur viuæ voci, vel teſtimonio ipſius
procur. tamen huic mortuæ quę ſcripto deponit, credi de
bet ad inſtar eius, quod de epiſcopo dicimus, cuius *viuæ*
voci non creditur. 6. quæſt. 2. ſi tantum. & c. ep̄s. & tamen
creditur literæ ſuo ſigillo ſigillatæ. vnde ſi coram ipſo op-
poneretur excommunicatio contra actorem, quæ proba
retur per literam ipſius ep̄i, ita ꝙ ipſe idem eſſet iudicans,
& probans, ſecundum ea, quę plene no. de prob. poſt ceſ-
ſionem 11. q. 3. curę. ad idem. de fi. inſtr. c. 2. s̃. eo. li. de ſē.
ex. cum medicinalis. de off. or. ſi canonici. nam & pronun
ciat iudex, an ſua ſit iuriſdictio, & de veritate precum. ff.
de iud. ſi quis ex alien. & de reſcr. ſuper literis. in fi. ¶ Ter
8 tio ad quæſtionem etiam pro hac † parte faciunt argumen
ta de tanquam, quòd quis interdum aliud agit tanquam
alius. de ele. cum inter. 1. & 2. de con. præ. poſtulaſtis. pro-
pter quod admittitur aliquis alias ſuſpectus. s̃ e. li. de ap.
c. pe. vbi idem eſt. ad quem & a quo appellatur, ad idē. 23
q. 4. ſi eccleſia. in fi. ff. de inof. teſ. ſi filius. ff. de poſt. l. 1. §. ca
ſu. 4. q. 7. §. tua. ver. ſi contra partem. C. de admi. tu. cū qui
dam. Igitur cum inſtr̄m confecerit tanquam ſeruus publi
cus, tanquam proc. idem producere poterit ac ſi p alium
9 illud confectū fuiſſet. ¶ Quarto † facit, ꝙ aliud dicendo,
iam contra diſpoſitionem iur. probationū copiā arctare-
mus, contra id. 14. q. 2. quanquam, vt li. non conte. qm̄. C.
de hæ. l. pe. Etenim forte aliter de veritate cōtractus fides

fieri

fieri non poſſet. nam propter id videmus illũ ad probatio
nem recipi, contra quem longe maior eſt ſuſpicio, q̃ con-
tra procu. in caſu decr. cum dilecti. de elect. ſi, n. hi qui in
ſcrutinio depoſuerunt, nomen ſuum in publicatione ſcru
tinij dicant ſe non depoſuiſſe de illo, de quo referũt ſcru-
tatores, magna ex hoc contra ipſos ſcrutatores inſurgit
ſuſpicio de falſitate, & tamen dicto eorũ ſuper hoc ſtatur,
tamen propter ſecretum ſcrutinium aliter fides nõ poſſet
haberi, vt ibi. ad idem de accu. cum dilecti. & eſt ſimile,
quod no. doctores, de teſtibus. qui dum publicarentur at
teſtationes, dicunt ſe aliter depoſuiſſe, quã notarius ſcri-
pſerit. dicunt enim Inn. & Hoſt. de fide inſtru. cũ Io. Guil.
in Spe. de fide inſtru. §. teſtat. ver. quid ſi dicant, ꝙ crede-
tur ſcripturæ tabellionis, multum tamen, vt dicunt, debet
iudex conſiderare ipſius tabellionis conditionem. & hoc
bene facit ad quæſtionem. Sic igitur dicemus ratione hu
ius publici officij quod gerebat iſte procu. præſumi pro
eo, ꝙ omnia vere ſcripſerit, de præſcrip. ad audientiam.
Non enim ſequitur, ſi procur. ergo ſuſpectus, quia de fa-
cto videmus ſæpiſſime legaliſſimos reperiri, & dato ꝙ ex
quo procur. fuit, dicatur, eum in dicta cauſa, quam procu
rat, inſtrumentum non poſſe conficere, tamen inſtrumen
tum prius confectum, propter hunc ſuperuenientem ca-
ſum, non debet minus validum reputari. ad hoc in Auth.
de tabel. in ver. ipſius tamen documentis &c. vbi de hoc,
& veniat etiam ad hoc eo. ti. factum legitime, cum ſuis e-
10 xemplis. ¶ Quinto bene † facit ad quæſtionem, quod di
cimus, tabellionem in numero 7. teſtium computari. ff. de
teſta. Domitius Labeo. & C. qui teſ. fa. hac conſultiſſima.
¶ Sexto, pro hac parte bene facit l. ff. ad le. Cor. de fal. de
11 eo. in fi. Certum † eſt enim, neminem ſibi ſcribere poſſe,
vel ei, in cuius eſt poteſtate, vel ei, cum quo in eiuſdem eſt
poteſtate. vel ei, quem habet in poteſtate. ff. eo. tit. ſi quis
legatum. & l. impuberi. & quaſi per totum. C. de his, qui
ſi. in te. adſcri. per totum. tamen ſi quis adſcribat legatũ
extraneo, quẽ poſtea etiam viuente teſtatore per adoptio
nem vel alio modo habuit in poteſtate, tenet legatum, &
ceſſat l. Cor. de fal. & ſenatusconſultum Libonianum. vt
in pre. l. de eo. in fi. ad idem. ff. de re mi. l. milites. per quod
dixerunt domini legum, ꝙ ſi ſcripſi inſtrumentum ſuper
aliquo contractu pro aliquo, cuius poſtea factus ſum hæ-
res, ꝙ ex illo inſtrumento licet propria manu ſcripto, age
re potero. multo magis igitur in procur. qui non ſic parti-
cipat vtilitati, vt eſt dictum. Ad idem in eo, quod filius
adſcribere poteſt matri & patri, in cuius poteſtate nõ eſt
frater. ſi iſte & frater non ſunt in eiuſdem poteſtate, de
matre dixi: quia filius in eius poteſtate nõ eſt. ff. de ſuis &
legit. l. nulla. inſtit. de adoptio. §. fœminæ. extra de cõuer.
inſi. c. fi. probantur prædicta. ff. ad l. Corn. de fal. ſi pater.
& maritus vxori. eo. tit. l. vxori. in prin. tamen cuilibet pa
ter, ꝙ longe magis participat vtilitati ipſe filius, vel fra-
ter, vel maritus. nam in vita vtilitatem etiam plurimam
conſequuntur, & habent ſpem ſucceſſionis, quod non eſt
in procu. quo ad dominum, quare ipſius igitur procu.
12 † notarij inſtrumentum, qui non ſic vtilitati partici-
pat, valere non debeat, non apparet, cum in prædictis per-
ſonis ẽt ſit maior affectio, & maior vtilitatis participatio.
vt prædixi. Tollitur illa argumentatio qua dicitur, eum ſu
ſpectum ratione officij, quia non per hoc ſequitur, inſtru
mentũ ab eo confectum non valere. ad idẽ bene facit præ
dicta l. vxori. 2. tñ. vbi ſi ſcribens teſtamentũ ſcripſit ſe te
ſtamentariũ tutorẽ filij teſtatoris. ſi tñ idoneus eſt, ex de-
creto iudicis tutor datur, licet ſuſpectus ex affectione offi
cij præſumatur, ſicut igitur illa ſuſpicio non impedit il-
lum tutorem dari, ita nec talis ſuſpicio officij impedit fi-
dem inſtri, niſi de falſitate aliter doceatur. Ex quibus re-
ſtat concluſio, quæ ſit ẽt ſolutio quæſtionis, ſaluo ſemper
maiori iudicio, ꝙ tali inſtrumento, niſi alias redarguatur
de falſo, fides debeat adhiberi, ſi ex ſui forma ante litem
motam & ſuſceptum procurationis officiũ apparet fuiſſe
confectũ. & idẽ puto, ſi poſtq̃ idem procu. illud inſtrm̃ ex
neceſſitate officij confeciſſet, vel cũ dñs non nominatim,
ſed quaſi quilibet alius vtilitatẽ ex inſtrumento cõſequi-
tur. Exẽplũ de neceſſitate officij, vt quia procu. in ius vo-
catus epi, vel cõis, vel ad vectigal ſcripſi me ſoluiſſe, vel
aliud ſimile. Exemplũ de ſecundo, vt ſi inſtrm̃ contineat
pactum inter duas vniuerſitates, vel ꝙ quilibet attulerit
vinum, pro corbe habeat tm̃, vel his ſimilia. facit 3. quæſt.
7. §. tria. ver. ſi contra partem. ff. de poſtu. l. fi. C. de admi.
componerent, ita ꝙ contractus confirmaretur ex ipſarũ partium expoſitione non ex arbitramento vel pronuntiatione illius, ad §. credentes. concedo argumentum quo ad quædam de ibi expreſſis, ſed non quo ad omnia, quod quiſque ſtudens bene aduertens intelligit. decre. autem ad probandum non requirit lapſum anni. vnde quo ad caſum noſtrum ſufficit illum publicè excommunicatum, etiam intra annum, & eſt ſimile, quod ſcripſi, de cle. non reſi. ex tuæ. ſuper ver. remoueat. Ad l. Iudæi. reſpondeo, ꝙ Iudæi
8 † non ſunt hoſtes noſtri, cum in ſuis ſuperſtitionibus per eccleſiam & imperium tolerantur, vt ibi. 23. qu. 8. diſpar. de Iudæ, ſicut iudæi. Viuẽtes ergo iur. Romano inter ſuos arbitrari poſſunt, vt ibi. & licet illorum ſecta ſit reprobata, ita ꝙ illi legari non poſſet. C. eo. tit. l. 1. ſingularibus. tamen poſſet legari. ff. de re. du. cum ſenatus. Ad allegata tertio patet reſpõſio de matrimonio primo, quia illud inter infideles contrahitur, de con. & affi. de infidelibus de diuor. quanto. de ordine facit pro & contra, quia valet quo ad caracterem, ſed non quo ad executionem, ꝙ poſſit ſe defendere nõn mirum, vt in c. intelleximus. in fi. c. de hær. ſup. eo. li. faciunt pro, quia ſpeciale in cauſa fidei, ergo eius contrarium eſt regulare.

REGVLAE IVRIS CIVILIS huius literæ D, ſunt hæ.

Vlpianus *Lex XXIX.*

Diuus Pius reſcripſit, eos, qui ex liberalitate ſua conueniũtur, in id quod facere poſſunt, condemnandos.

Idem. *Lex LXII.*

Domum ſuam reficere vnicuique licet, dum non inuito officiat alteri, in quo ius non habeat.

Papinianus *Lex LXXXIII.*

Donari videtur, quod nullo iure cogente conceditur.

SVMMARIVM.

1 *Donatio vltra legitimum modum, quomodo temperetur.*
2 *Epiſcoporum quæ præcepta Chriſtianos obligent.*
3 *In votis honeſtatis ratio maxime habenda.*
4 *Malum iuſtius prohibetur, quam bonum præcipiatur agi.*
Nemo inuitus bene agere cogitur, ibidem.
5 *Ornatus mulierum qualis iuſte ab epiſcopis prohiberi poſſit.*
6 *Poteſtates duæ ſi aliquid præcipiant, ſemper maiori obediendum, vt potius Deo quam hominibus ſatisfiat.*
7 *Præceptum ne, an votum magis quempiam obliget.*
8 *Statutũ epiſcopi ex cauſa factũ de ſui natura bonũ eſt, & valet.*
10 *Fucatio, qua vtuntur mulieres, an de ſui natura ſit mala.*
11 *Mulieres non nuptæ ſtatutis ſuper ornatu a principe factis maxime tenentur obedire.*
12 *Nuptæ quõ & quando debeant ornari iuxta ſtatutorum edicta.*

REGVLA XXVI.

Ea, quæ à iudice [Non ſpectant] Et hoc conſtat, facit ff. de re iudi. contumacia. §. contumax non vr. ubi uero dubitatur, tenetur quis ire allegatur priuilegiũ. ff. de iudi. ſi quis alienam. ſecundum Dy. ꝙ dic, ut no. de accu. ueniens. in gl. fi. ¶ Prima gl. dicit, unde ſumpta. & ponit exẽpla. ſecundo dicit regulam etiam in bono, quod fit in alio locũ habere, & ꝙ loquitur in alias iudice, quærit tertio, & ponit duas opi. contrarias. quarto ſignat contrariũ & ſoluit, quanto dicit in ſpiritualib. quæ pendent ab ordine non loqui regulã. ¶ In prima gl. ibi [factum a iudice] ſequitur, ꝙ ad officium eius non pertinet, ratũ non eſt, & ibi [ſcimus] dona
1 tio † ultra legitimũ modum non inſinuata irritatur in eo quod eſt reſiduũ. & ibi. §. ſi plures. cuius caſum habes in præ. dec. 1. de arbi. ¶ In prima gl. ibi [ius dicere] Dy. ponit exemplum in eo, qui dedit tutorem non ſibi ſubiectũ, uel alicui pupillo non ſibi ſubdito. ff. de excu. tu. l. ſcire oportet. §. fi. de tu. & cur. da. ab his. l. ius dandi. & ibi non dicitur iudex. alle. Io. mo. ff. de leg. 3. l. inteſtato, & ſi ſer. uen. loci. §. competit. & ibi [decem tantum poteſt.] Quid ſi bene poterat iudicare de 20. ſed petebantur ſola 10. & condemnatur in 20. pro & contra, quod ſequitur in glo. ut ſic ſit idem non poſſe ex limitatione iuriſdictionis, & ex licitatione petitionis. Iac. de Are. utroque caſu tenet op. Ioan. & Accur. quaſi ſua ipſius iuriſdictio ſit, quod petitum non fuit. ff. communi di. ut fundus. & ibi Laur. & Guil. in ſpe. de ſen. prolati. §. iuxta. uer. Item ꝙ ex nulla ratione quantitatis. & omnino uide quod ibi dicam, & ibi in uer. ſeq. tractatur quid de indiuiduo. Huic opinioni concordat, quod no. Bar. poſt Tanc. in domin. 68. ubi tenet, ꝙ ſi delegatus miſſo in poſſeſſionem in reali adiudicat anno finito poſſeſſionem & proprietatem, tenet ſententia in poſſeſſione, licet non teneat in proprietate per iura hic allegat. & ibi [indulgentiæ] ſecundum unam lecturam, ibi no. & ibi in ult. gl. & ſupra de conſuetudine quanto.

QVAESTIO.

Hæc regula facit ad quæſtionem hic diſputatam per fratrem Vbertũ, quæ ſic ad literam proponebatur. Epiſcopus, vel alter ſuperior præcepit, vel ſtatuit, ꝙ propter honeſtatem melius conſeruandam nulla mulier ſuæ iuriſdictionis vtatur ornamentis fucati coloris, ſiue auri, ſiue argenti, vel gemmarum vltra certam menſuram, contrafacientem excommunicauit, quæritur, vtrum quælibet contrafaciens hanc pœnam incurrat. Diſputationem autem & ſolutionẽ quæ ſatis placent, ad literam hic ponam. Ad materiam tamen videre potes, quod ſcripſi ne cler. vel mona. ſuper rubri. Inducentur autẽ 5. rationes ad affirmatiuam, & tollitur vnum obſtaculum. Secundò ad negatiuam aliæ 5. Tertiò ponitur euidentiale, & ſoluitur quæſtio diſtinguendo. Quòd ergo quælibet contrafaciens ligetur, ſic probatur,
2 iuxta hoc epiſcoporum † præcepta quemlibet ad obediẽdum ligant, ꝙ ſi non fecerit, punitur, ſed hoc epiſcopi præceptum eſt iuſtum, ergo ligat, & cõtrafaciens pœnam incurrit. Maior patet, de ma. & obe. ſi quis venerit. & c. omnis princeps. de ſent. exc. à nobis. & c. omnis Chriſtianus. Minor autem patet, ꝙ autẽ hoc præceptum ſit iuſtum ex pluribus poteſt probari. Illud. n. præceptum eſt iuſtum, quod diuinæ ſcripturæ concordat, ſed hoc præceptum ſcripturæ diuinæ, ſ. doctrinæ apoſtolorum concordat, imò de ea aſſumitur. ergo &c. Maior de ſe patet, & probatur. 9. diſt. per totum, non licet 11. diſt. catholica. & c. vlti. 12. diſt. præceptis. 36. di. relatum. 83. di. cum in præterito. 11. quæſtio. 3. tunc vera. 24. q. 1. manet. Minor bene prob. 1. Pet. 4. c. vbi beatus Petrus de mulieribus loquens ſic dicit, Quarum non ſit extrinſecus capillatura, nec circundatio auri, nec indumenti veſtimentorum cultus. & 1. ad Timot. 2. ca. de muliere ſcribitur, ornantes ſe non in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, aut veſte precioſa. ¶ Secundo illud præceptum eſt iuſtum, & ideo obſeruandum, quod inhoneſtatem prohibens ad honeſtatem reducit, ſed hoc eſt tale, ergo &c. Maior probatur. 4. diſtinctione. erit autem lex. In moribus enim noſtris, & etiam in iu. non ſolum attenditur iuſtitia ſed etiam honeſtas, ideo multa ſunt quæ licet de ſui natura in L. iuſtitiæ non ſunt mala, prohibentur tamen propter honeſtatem. de vi. & ho. cle. cap. officia. ad hoc de ſpon. iuuenis &c. ad audientiam. 35. quæſtio
ne 2. porrò. imò etiam in votis † attẽditur honeſtas. extra. 3
de voto. magnæ. ibi quid deceat ſecundum honeſtatem &c. Minor ſatis patet, ꝙ ornatus talis mulierum ad inhoneſtatem & vanitatem tendit. de conſ. di. 5. fucare coloribus. vnde B. in apo. dicit, Ex cordis theſauro, ſine dubio procedit, quod foris apparet vitiorum vanum cor vanitatis notum ingerit corpori ad exteriora ſuperfluitas interioris vanitatis indicium eſt. Præceptum igitur hoc prohibens ad honeſtatem reducit, ergo iuſtum. ¶ Tertiò illud præceptum iuſtum eſt, quod prohibet id, quod eſt peccatum, vel prouocatiuum peccati, ſed talis mulierum ornatus eſt peccatum & prouocatiuum peccati, ergo præceptum illud prohibens iuſtum eſt. Quod prohibitio peccati

Digitized by Google

cati ſit iuſta, probaꝫ de conſti. nam concupiſcentiā. de of.
ord. c. 1. & 3. di. oīs lex. & p̄. c. 1. 9. diſt. 23. di. ꝓhibete fra-
tres. 11. q. 3. imperatores. 2. q. 1. multi. 83. diſt. p totum. 23.
q. 4. ecce. & q. 6. ꝙ errauerat. cum ſimi. imino iuſtius malū
4 † ꝓhibet, q̃ præcipiatur bonum, qa nemo inuitus bñ face
re compelitur, ſed male facere ꝓhibetur. 23. q. 5. ad fidem,
ꝙ autem iuſte ꝓhibeat, illud etiam quod ꝓuocat ad pec-
catū, ꝓbari poteſt, de vi. & ho. cler. clericum. vt de coha.
cle. & mulie. c. 1. 32. diſt. inter. dixi 23. q. 4. eſt iniuſta. C. ſi
man. ita venierit, ne ꝓſti. l. vlt. Item ꝙ ex quo licite ꝓhibe
tur peccatū, ꝓhibent oīa, per q̄ peruenitur ad iſtud, acce
dat e. ti. cum qd. ff. de ſpon. oro. & de fideiuſ. cū lex. Quod
aūt ornatus ſeu talis cultus mulierum ſit quoddam incen
tiuū & ꝓuocatiuū libidinis, ſatis docere pōt experientia
ab vnoquoq;. Naturaliter. n. plus appetiꝫ pulchra q̃ defor
mis, ornata q̃ inculta. vt no. 14. q. vlt. c. ul. concordat illud
ꝓuerb. 7. c. Ecce mulier occurrit illi ornatu p̄parata ad ca
piendas aīas, vnde Hier. ad Nepotianum, Quid in facie
chriſtiana purpuriſmus & cerusa, quorū alterū eſt rubor
genarū & labiorū, quo utiꝫ, alterum candor eſt oris & col
li, q̄ ſunt ambo iuuenū ignis fomenta libidinum, & impu
dicæ mentis indicia. Fuit ergo p̄ceptū bonū, qđ carnalē
cōcupiſcentiæ uiā p̄cludit, ne mors ingrediatur per fene-
ſtras nr̄as. 16. q. 2. uiſis. cum non ſolū a malo, ſed ab oī ſpe
cie mali p̄cipiat Ap̄ls abſtinere. extra. de ui. & ho. cle. cum
5 ab oī. ¶ Quartò, ornatus † talis nō ſolum eſt ꝓuocatiuus
pcti, ſed ēt per ſe uꝛ eſſe peccatū, qa eſt contra p̄ceptū di-
uinæ legis, & contra doctrinā apoſtolorū, ut. s. Itē contra
euangeliū. Luc. 16. c. ubi diues, q induebaꝫ purpura & byſ
ſo, ſepultus dr̄ in inferno, de quo Greg. Si cultus p̄cioſarū
ueſtiū non eſſet in culpa, ſermo Dei non tam manifeſte ex
primeret, ꝙ diues indutus purpura & byſſo deſcendit ad
inferos. no. 21. q. 4. in ſumma. quod ēt bñ ꝓbaꝫ authorita
te beati Cypriani, q ſuper prima ep̄la Petri ubi s. de talib.
dicit, ſerico & purpura indutæ Chriſtū ſincere īduerē nō
pōt, auro & margaritis adornatæ & monilibus, ornamēta
mentis & corporis perdiderunt, hoc aūt eſſe non pōt, niſi
per peccatum mortale. Item dicit idē Cyprianus in libro
de habitu uirginū. Nō uirgines tm̄ aut uiduas, ſed ēt nu-
ptas puto & oēs oīno feminas admonendas, ꝙ opus Dei
& factura eius & plaſma adulterare nullo mō debeant ad
hibito flauo colore, uel nigro puluere, uel rubore, aūt quo
libet linimento naturā corrūpente medicamine, & poſtea
infra ſubdit. Manus Deo inferunt, qñ id, quod formauit,
reformare contendunt. Impugnatio iſta eſt diuini operis,
& p̄uaricatio ueritatis. Deū uidere non poteris, qñ oculi
tibi nō ſunt, quos ille fecerit, ſed diabolus infecit. Dei ini
mico te cōputa pariter cum illo arſura, ſed hoc alicui non
debeꝫ niſi pro mortali peccato, ergo talis ornatus eſt mor
tale pctm̄. bñ hoc aſſerit Aug. ad Poſſidonium, de con. di.
5. fucare colorib. bene fa. 4. regum. 9. c. uerſi. Deteſtabilis
mulier illa Iezabel pinxit oculos ſuos ſtybio, & ornauit ca
put ſuum, q̄ de turri p̄cipitata eſt, & Hie. ad Nepotianum,
Ornatus iſte nō dñi eſt uelamen, iſtud antichriſti eſt, qua
fiducia erigit ad cęlū uultum, qm̄ conditor nō cognoſcit.
Quintò excōicatio ligat, ubi adijciꝫ actui, cuius diſpoſi-
tio pertinet ad poteſtatem, ſeu iuriſdictionem eccleſiaſti-
cam, ſed hic excōicatio eſt talis, additur. n. ornatui, ſeu ha
bitui mulieris ergo &c. Maior ſatis eſt no. minor uero. ſ. ꝙ
talis actus, uidelicet ornari, uel tali habitu propter hone-
ſtatem ſeruandam non uti, mandare pertineat ad eccleſiā
ſatis patet. extra de iudi. in nonnullis. 30. di. quicunque, &
c. ſi qua mulier. quod traxiſſe uꝛ originē a lege diuina. le
gitur. n. Deuter. 22. c. non induatur mulier ueſte uirili, nec
uir ueſte muliebri. & Apoſtolus multis habitum diſpo-
ſuit. 1. ad Corin. 11. uir orans aut prophetans uelato capi-
te deturpat caput ſuū, mulier orans aut prophetās ſine ue
lato capite deturpat caput ſuum. & infra, ſi uir comam nu
triat, ignominia eſt illi, mulier uero ſi comam nutriat, glo
ria eſt illi, qm̄ capilli pro uelamine ei dati ſunt. ad hoc. 21.
q. 4. epi. ſed nec defendiꝫ mulier, ſi maritus ei contrariū
p̄cipiat, ꝙ ſic ꝓbaꝫ. Vbicunq; in contrarijs p̄ceptis maior
6 & minor † poteſtas cōcurrit, ſemper eſt obediendum ma-
iori potius, q̃ minori. Hoc bene probatur 8. di. q̄ eccleſia.
11. q. 3. q reſiſtit. ſed certum eſt, ꝙ maior eſt ep̄s q̃ maritus,
qa eſt p̄latus viri. 11. q. 3. ſi autem nobis. ergo magis obe-
diet mulier ep̄o & eius ſtatuto q̃ marito contrarium man
danti. ¶ In contrarium ſic ꝓbaꝫ. Non valet ſtatutū, vel
ſnīa alicuius ſuper eo, quod ad eum, vel ad eius officium
non ſpectat, ſed ornatus mulierum vel modus ordinandi
non ſpectat ad ep̄m, ergo ſuper eo non potuit ſtatuere, vel
diſponere aliquid. Maior probaꝫ hic. 96. diſt. bñ quidem.
& no. 11. q. 3. in ſumma. Minor patet, quia ornatus mulie
ris ſolius viri arbitrio vꝛ eſſe permiſſus. de con. di. 5. fuca-
re. 33. q. 5. quod Deo. eſt enim vir immediate caput mulie
ris, ea. ca. & q. hæc imago. 32. q. 6. non mechaberis. non er
go mulier ligabitur ſtatuto vel ſnīa, q̄ non valet. ¶ Secun
dò, ſtatuta ep̄orum q̄ abſorbent iura aliorum, non valent,
niſi ipſi, quorum ius læditur, conſentiant, vel niſi ſaltem
ſint p̄ſentes & taceant. extra. de. lo. & con. veſtra. de his q̄
fiunt a præl. c. vl. ar. de ma. & ob. c. vl. ſic ſnīa etiam alteri i
iudicio nō exiſtenti non preiudicat. de re iud. cum ſuper.
& c. q̄uis. cum ſua materia. ſed iſtud ſtatutum abſorbet ius
maritorum, ad quorum arbitrium pertinet ornatus vxo-
ris, ergo nō valet, nec mulieres potuit aſtringere maxime
cum non dicaꝫ, ꝙ viri conſenſerint. ¶ Tertiò, lex non dēt
eſſe talis, q̄ ſcādalum inducat vel alicui laqueum inijciat.
de reſti. ſpo. literas. 27. q. 1. de viduis. n. 4. di. erit autem. &
in proœmio huius libri, imò propter ſcādalum vitandū a-
lias licita dimittunꝫ, & ꝓhibentur, & qñq. illicita tolerā-
tur, de no. ope. nun. cum ex iniuncto. e. tit. qui ſcandaliza-
uerit. de vi. & ho. cle. Deus qui. de cle. coniuga. cum olim.
de regulari. c. vlt. 12. di. nos conſuet. 4. di. denique. 50. di. vt
conſtitueretur, cum ſi. ſed marito ſcandalum infertur, cū
contra voluntatem ſuam mulier deponit ornatum. in p̄.
c. quod deo. pari. mulieri laqueus inijciꝫ, qa perplexa ne-
ſcit, an obediat magis ep̄o, vel marito. 13. di. verum. ergo
tale ſtatutum eſt malum. ¶ Quartò, hmōi ſtatuta, quantū
fieri poteſt, interpretanda ſunt ſm̄ ius cōe, extra. de cōſue-
tu. ca. cum dilectus. ſed ius cōe eſt, ꝙ vxor potius obediat
viro, q̃ alteri in his, q̄ de ſui natura non ſunt mala. 33. q. 5.
voluit itaque lex. & ꝙ ornet ſe ad voluntatem viri. in pre.
c. quod Deo. & c. fucare. ergo interpretabitur ſtatutū, niſi
vbi contrarium velit, cuius tanq̃ maioris auctoritas intel-
ligetur excepta, de iur. iur. venientes. & ſi ep̄s ſtatuens ali
ter præciſe intellexiſſet, ſnīa tanq̃ errorem continens ſm̄
talem intellectū non valeret, de ſnīa excōicationis, p tuas.
arg. eorum, q̄ no. 4. q. 5. quiſquis. in gl. ſed pone. ¶ Quintò
ſic probatur, proprium votum eſt magis obligatorium, &
magis aſtringit ad ſui obſeruationem, quam ad ſuperio-
ris præceptum, argu. ad hoc. 17. q. 1. qui bona, quæcunque
enim, quæ poſſunt præcipi de ſui natura, poſſunt moneri,
ſed non oīa, quæ poſſunt moneri, poſſunt præcipi. 32. q. 1.
7 integritas, ergo fortius & amplius eſt † votum, quam
præceptum, ſed mulier proprium votum factum etiam
de viri licentia non poteſt iuſte contra viri voluntatem e-
xequi, quod magis videtur, ergo nec præceptum ſeu pro
hibitionem, vbi ſaltem illud, quod prohibetur alias de
ſui natura non eſt malum. Hoc aperte probatur 33. qu. 5.
manifeſtum. & cap. noluit. Quòd autem talis ornatus, ma
xime veſtium, de ſui natura non ſit malus, probatur bene
Iudit. 10. cap. vbi dicitur in princi. de ea, quæ induit ſe ve-
ſtimentis iocunditatis ſuæ, tulitque ſandalia in pedibus,
aſſumpſitque dextrariola & lilia & inaures, anulos, &
omnibus ornamentis ſuis ornauit ſe, & Eſther. 2. c. vbi ip
ſa hæc ſancta ſimul cum alijs vtebatur ad ornatum oleo
myrrino, idem de myrra & quibuſdam pigmentis & aro-
matibus & mundo muliebri, ꝙ ſanctæ dominæ non feciſ-
ſent ſi peccatum fuiſſet. 37. di. qui de menſa. 7. q. 1. omnis
qui. 9. qu. 3. Lugdun. faciat ad hoc, ꝙ vſus rerum non eſt

Digitized by Google

in culpa ſed abuſus.41.diſt.c.1.& c.dicit.& §. ult. & uide in Hie.ad Exuperantiũ.B.& ad Saluinã.B.¶ Sol. ad euidentiã iſtius q̃ſtionis primò uidendum eſt, utrũ talis ornatus ſit peccatũ, ad quod diſtinguendũ eſt inter ornatum ueſtium & hmõi fucationem, de qua loquitur Cyprianus in p̃d. auctoritate ſua de habitu uirginũ, cum ſit ſpecies fictionis, ſeu adulterina fictio, non poteſt eſse ſine peccato, ut bene patet per Aug.in prin.c.fucare.de con.d.5.nõ tñ ſemper cum peccato mortali, ſed ſolũ qñ fit propter laſciuiam, uel in contemptũ. in quibus caſibus loquit̃ Cyprianus, ſed tñ eſt ſciendũ, ꝙ aliud eſt fucis fingere pulchritudinem non habitã, quod non licet, aliud occultare turpitudinẽ ex aliqua cã maxime extrinſeca, vt infirmitate uel hmõi prouenientẽ, quod eſt licitum. unde Apoſtolus.1.ad Cor.12. Quæ putamus ignobiliora eſse membra his honorem abundantiorem circundamus. Ornatus aũt aliter ſuperfluus ut ueſtiũ, & huiuſmõ. in nõ nuptis mulieribus eſt peccatũ mortale, ſi ſit ad placendũ uirorũ aſpectibus, & ad concupiſcendũ, cum illud ſit prouocare incẽtiuũ peccandi. Vnde Chryſoſt.de contemplat. Si ſe mulier decorauit, & ad ſe uiſus hominũ ꝓuocauerit, extremam uindictã ſuſtinebit, et ſi nullã plagã intulerit ueneni eius, obtulit enim, & ſi nullus fuit, q bibat, inuentus. Si ex uanitate pp quandã iactantiã, ut fortè bene inductæ reputent̃, ſaltẽ ueniale. Coniugata aũt ſi ſe ornet ex cauſis prædictis ſimiliter, ſed ſi ſe ornet hac intentione, ut placeat uiro, ne per eius contemptũ labatur in adulteriũ, põt hoc facere ſine peccato. Vnde Apoſt.1.ad Cor.7. Mulier, q̃ nupta eſt, cogitat, q̃ ſunt mundi, quomodo placeat uiro. & Aug. dixit ad Poſſidonium, nolo ut te ornamentis auri uel ueſtis perperã habeas in prohibendo ſñiam, ubi in eos, qui neq; coniugati ſunt, neque coniugari cupientes cogitare debent qualiter placeant Deo, illi autem cogitant, quæ ſunt mundi.ſ.quomodo placeant uel uiri uxoribus uel mulieres maritis ſecundum Tho.in 2.2.q.198.art.2. ex quibus

8 ſic dico, ꝙ ſtatutum † epi ex cauſa factũ de ſui natura bonum eſt & ualet, & ideo quęcunque eis utitur ſaltem ad fingendam pulchritudinem quam non habet, incidit in

9 pœnam, quia eum fucatio † de ſui natura ſit mala, merito

10 potuit prohiberi, in † quo nec uxor debet obedire uiro. 11.q.3.nec ſemper.cum ſi.& ſic loqtur ca.fucare. Circa a-

11 lia aũt ornamenta dico, ꝙ quælibet non nupta † tenetur p̃ciſè obedire ſtatuto.8.q.1.ſciendum, 11.q.3.q ergo, & c. qui reſiſtit.23.q.1.quid culpatur. ꝙ & ſi mulierib. poſſit eſse ornatus ſine peccato mortali, ius tñ præcepti tranſgreſſionem facit mortalem.14.q.1.quod pręcipitur. Circa

12 nuptam † autem dico, ꝙ aut uir conſentit expreſse, uel tacite, non præcipiendo contrarium, aut expreſse prohibet ne uxor ſtatuto obediat. In primo caſu debet mulier ſeruare ſtatutum, alias incidit in pœnam, quia tunc non ſubeſt infraſcriptum impedimentum quoad ſtatuti obſeruantiã non tenetur. In ſecundo caſu, ubi.ſ.uir contrarium præcipit, quantum in affectu proprio debet uelle obedire ſtatuto. Sed in effectu potius obediet uiro, cuius obedientiæ immediatè & principaliter eſt aſtricta, contra cuius uiri uoluntatem tale ſtatutum in his eam nõ potuit obligare, ſicut aperte probatur in ſ.alleg.& maxime.33.q.5.manifeſtum.hæc imago & c.uoluit, & c.quod Deo pari.

SVMMARIVM.

1 *Ad Papam cum appellatum eſt in maioribus cauſis, ſi appellationi ſit renuntiatum, quis futurus ſit iudex.*

2 *Iuriſdictio licet ex conditione competat, an exercitium etiam competet.*

3 *Iuriſdictio impediri, aut eius exercitium quatenus poſſit.*

4 *Iudex ſuſpectus non recuſatus non dicitur impotens.*

REGVLA XXXI.

Eum, qui certus. Dy. ponit exemplũ. per l.ff.de ædil.edic.l.1.§. autem.& §. ſi intelligatur.& l.ſi tamen.§.ei qui ſeruum, ubi emptor ſcit, uel ſcire debet rei vitium, per venditorem certificandus non eſt. ¶ Primo gl. ponit exempla. Secundò ſ.de illo qui certus eſſe debebat. Tertiò tractat de canonico, qui ſcit eccleſiã vacare, & alleg.concordã. ad regulam. Quartò arguit ad quæſtionem. In gl.1.ibi [ſed & ſi pupillus] ſi palam proſcriptũ eſt, ne cũ inſtitore contrahatur, nõ auditur dicẽs ſe ignoraſſe.& ibi [denunciaſſe] vide de offi.deleg.prudẽtiam.in 4.gl.in fi. In prima gl. ibi [quanto minoris] ſi nõ ignorabat, agit, et ſi venditor ſciens ſeruitutem, vel vitiũ diceret ſe nolle teneri noĩe ſeruitutũ, vel vitiorum, hoc enim generale pactum non trahitur ad illa, quæ venditor ſciuit.ff.de ac.emp.& ven.l.hoc autem, & facit, quod ibi no. Dy.& dixi poſt Vinc.de pœ.& re.cum infirmitas. in fi. & vide in ſpe.de emp.& ven.§.videndum, ver.quid ſi venditor equi.& ver.ſequentib.& ibi [l.denuntiaſſe] Dy.hãc l.ſignans per contraria ad regulam ſoluit, ꝙ in his, quib. neceſſaria eſt denuntiatio, non ſufficit ſcientia, vbi vero ſola ſcientia eſt de ſubſtantia, non requiretur denũtiatio. In dubio p̃ſumendum eſt potius ſcientiam, q̃ denuntiatio nẽ eſſe de ſubſtantia, cũ denuntiatio fieri ſoleat, vt incertus certificet̃.ad hoc ff.de pet.her.item veniunt.§.petitã. & ff.quod vi aut clam.l.aut qui aliter.§.ſi forte.& in fi. & Guil.in Spe.de ſta.mo.ver.38.& vide quod ibi dictum.

QVAESTIO.

Hæc regula facit ad quęſtionem, quam diſputaui, quę ſic proponebatur. Ad cãm delegant̃ duo cũ clauſula, ꝙ ſi ambo, altero ex ipſis collega verè impedito, ſed de impedimẽto fide non facta, procedit alter, quæritur, an valeat ꝓceſſus. Ad affirmatiuam primò. Ad negatiuam ſecundo inducam ſex rationes, & opiniones. Tertiò ſoluens diſtinguã duo mẽbra, & ſic opiniones cõcordabo. Quòd valeat ꝓbo, ſatis eſt, ꝙ is contra quẽ de veritate crĩs inq̃ritur, ſit vere infamatus, licet non prius fiat fides de infamia, vt tenent Hoſt. Pe.& Abb.de acc.cum oporteat.& c. qualiter. & Guil.in ſpe.de inquiſi.§.nũc tractemus. ver. hic autem ſcias.& dicas hæc vera in ordinario, dico idẽ in delegato, ex quo pars nõ reſiſtit.de accu.c.2.li.6.ſicut ibi ſufficit exiſtentia infamiæ, de qua fides fieri poſſit, ſic ſufficiat exiſtẽtia impedimenti, de qua nunc, cum de ꝓceſſu q̃rit̃, fides fieri poſſit ad inſtar eius, quod de conſeruatore dicim⁹ eſſe, ꝙ nunc conſtat offenſam, q̃ puniunt, fuiſſe notoriam, de hoc eo.tit.c.1.& vlt.li.eo.¶ Secundò video, ꝙ quo ad reuocationem attentatorum ſatis eſt, ꝙ nunc cõſtet de exiſtentia cauſæ appłonis interpoſitæ antè ſñiam, q̃ tunc erat, licet tunc de illa non conſtiterit, de ap.non ſolum. li. eo. ſicut ergo exiſtentia cãæ ibi, de qua nũc conſtat, ex tũc abdicauit iuriſdictionẽ iudicis a quo, in iudicẽ ad quẽ, ita exiſtentia impedimenti iuriſdictionem tranſtulit in collegam ex tunc vi clauſ. ¶ Tertiò ſufficit exiſtentia reſeruationis, vel gratiæ licet ignorent̃, de pb. ſi poſtq̃.& c. ſi bñficia.e.lib.¶ Quartò ſufficit exiſtentia perpetui impedimẽti in primo m̃rimonio, licet de illo non ſit facta fides, vt valeat ſm, dũmodo nunc de illo fiat fides, de eo ꝙ duxit in ma.c.2.¶ Quintò ſufficit exiſtentia crĩs hæreſis paternę, vt filius ex tunc cenſeat̃ ſui iur.licet nũc tm̃ de illa cõſtet. de hæte.c.2.in fi.li.6.ita ergo ſufficiat exiſtentia impedimenti, vt per illud extunc cenſeatur collega ſolus fuiſſe iudex, licet fides tunc facta non fuerit, ſicut ſufficit hr̃e iura incuria, licet non exhibeant̃.de ele.cupientes.ver.electos. & no.ibi in gl.vlt.primæ partis.¶ Sextò probat hæc dec. prudentiam, ſuper qua plus fundat̃ opinio contraria, nã apertè innuit horũ alterũ ſufficere, ꝙ conſtet de impedimento, vel ꝙ conſtare poſſit ibi, vel alias de eodẽ canonicè cõſtare nõ poterit.ergo ex quo nũc conſtat, iudicẽ tũc impeditum, ergo patet vi clauſ. collegam tunc procedere potuiſſe.& hanc partem tenet Inn.in dec.prudentiam. ex quo partes non reſiſtunt. Hoc etiam tenet Archi. licet in caſu diſſimiliter, cum eadem ratio ſit in decr.cum plures, eo.lib.eo.titu. vt veritate manifeſtata cedat opinio.8.diſt. veritate.¶ Quòd nõ valeat, ꝓbat aperte, decr.ſciſcitatus. de

Digitized by Google

de reſcr.primo.In quantum ibi repetitur hoc verbũ con-
ſtiterit. Itẽ quia ibi ponitur determinatio dumõ, qua de-
terminatione non ſeruata non vr̃ pp ſolã exiſtentiam im-
pedimenti collegã eſſe iudicem, cui conuenit.eo.tit.ſuper
literis.ibi,deleg.poſtquã ſi.ſuper hoc fu.fa.ſi.& ex contra
rio ſequeretur abſurdum,qđ deleg.ante pręſentationem
reſcripti, ex quo vere iudex eſt, ꝓcedere poſſet. cõtra id,
de ap.ſuper eo.2.& in extrauag. Bon.iniũctæ.imo nec ſuf
ficeret reſcri. nunquã exhibitũ probari per teſtes ſm verã
opinionem,q̃ recitare ſoleo.de priuileg.cum olim.1.ad ſi.
2.gl. ¶ Secundo vr̃ qõ.caſus,de oſt.dele. ſi contra vnũ.lib.
eod. Non.n.ſufficit exiſtentia impedimẽti, vel ſuſpicionis
collegæ, vt collega ex vi clauſulæ in principali procedat,
niſi prius pronunciatum ſit ſuper illa. ita nec ſufficit exi-
ſtentia ſuſpicionis, vt nunc per illam impediatur poteſtas
ſubdelegandi, vt ſ.eo.tit.iudex.in prin.lib.6. ¶ Tertio ar-
guendo de ap.tripliciter ꝓbatur ſic,iudex ap. interpoſitæ
ante ſnĩam iudex eſt principalis cauſæ, ſub conditione.ſ.
ſi bene appellatũ eſt,& tñ de illa conditione prius conſta
re dẽt.de ap. vt debitus.nec alter etiam de conſenſu par-
tium poſſet de principali cognoſcere.de fo. cõ. Romana.
2.reſpon.lib.6. Ergo idẽ in propoſito,ꝙ vnus ſolus iudex
eſt ſub conditione. Item ad inhibitionem faciendam per
iudicem appellatio.non ſufficit negotium deuolutum,ni-
ſi conſtet deuolutum,de app. Rom.§.ſi vero.li.6. Item cũ
appellatum eſt ad Papam in maioribus caſibus,& appel-
2 lationi † renunciatum eſt,iudex alias ordinarius eſt iudex
cauſæ ſub conditione,ſi ſine prauitate proceſſum eſt, ſed
prius de hoc inquiri debet.de elec.quanuis.& c.prouida.
lib.eo.per eundem modum poteſt induci.de ſup.ne.præ.
c.ſi.lib.eod. ¶ Quarto video,quod ad collationem bene-
ficij curati faciendam habenti plura curata nõ ſufficit exi
ſtentia diſpenſationis,niſi prius de illa conſtet.de off.ord.
c.ordinarij.§.conferendũ.lib.eo.ſicut ergo ibi impeditur
poteſtas collatoris, ſic & hic poteſtas iudicis fide non fa-
cta. ¶ Quinto bene facit ad hanc partem de hæreti.cum
ſm.in ſi.nam licet ſint confiſcata bona pp exiſtentiam cri
minis hæreſis:apprehenſio tñ fieri non poteſt, niſi hoc de
3 claretur.Sic licet iuriſdictio † cõpetat ex exiſtẽtia cõditio-
nis,exercitium tñ non competit, niſi de hoc facta fuerit fi
des.& ſi dicas,quod illud illo caſu eſt,quo requiritur ſen
tentia, do inſtantiam per decr.pro humani.de ho.eo.lib.
in fin. Bene igitur dicunt iura requiri cãm rõnabilem, &
manifeſtam.de off.or.irrefragabili.§.cęterum.eo.tit.con-
querẽte.de vi.& ho.cle.monaſteria.de cenſi.cum Apoſto-
lus.§.prohibemus.de ſen.exc.ſacro.cum ſimilib. ¶ Sexto
ſatis facit,quia iudicium alias eſſet in pendenti,quod eſſe
non dẽt.ff.de iud.non quemadmodũ. penderet.n. virtus
proceſſus ex futura fide impedimenti, ſicut ergo in ꝓcur.
ad iudicia non ſufficit exiſtentia reuocationis iud. vel par
ti non inſinuata,de proc.mand.licet ſufficiat in extraiudi
ciali.eod.tit.& lib.c.ſi.& eod.lib.de præb.dudum.in fine,
ſic & in hoc caſu non ſufficiat exiſtentia impe.de illo fide
non facta. Hanc partem tenet B.in dec.prudentiã.in glo.
2.in ſi.3. 4. & pe. primæ partis, & Ho. in eadem dec. qui
dicit,cõſenſum, vel taciturnitatem partiũ nil operari, cũ
prorogatio,de qua ibi loquitur Inn. habeat locũ in ordi-
naria iuriſdictione non dele. ¶ Solutio.qõ proponitur de
impedimento,de quo tunc exiſtẽte fides fieri põt,alias eſ-
ſet nullũ dubium,& ſoluẽdo diſtinguo. Aut impedimen-
5 tum † ſine ope exceptionis impediens iuriſdictionem, vel
exercitiũ erat perpetuũ, vel temporale ineuitabile, & tũc
ſiue id fuerit notorium ſiue non, dum tñ nec ipſe coniu-
dex, nec aliqua partiũ de hoc quæſtionem retulerit, valet
proceſſus, & ſit rõ, quia verum eſt, ex exiſtentia conditio
nis illum iudicem eſſe, nec ſit ibi per partes prorogatio iu
riſdictionis, quæ cõpetebat, vt dixi, ſed ſola remiſſio pro-
bationis, & ſic intellecta ſit vera hoc caſu prima opinio
Inn.& Arc. Aut eſt impedimentũ tale, in quo neceſſaria
ſit exceptio, vel eſt impedimentum incommoditatis, vel
volũtatis,& his caſib. non valet proceſſus,& ſit vera opi
nio cõtraria glo.& Ho. & huius rõ patẽs eſt, qa de primo
oportet cõſtare p exceptionẽ oppoſitã, & ꝓbatã. & ſic re
4 ſpõdet dec.ſi cõtra vnũ.e.ti.qa nõ hoc ipſo qđ † iudex ſu-
ſpectus eſt,dr̃ impotens, niſi pars recuſet, ergo non prius
exiſtit conditio clauſulæ iuriſdictionis exercitiũ transfe-
rens in collegã. Scđo caſu incommoditatis, vt cũ nõ vult
perdere electionẽ, planũ eſt, qđ non ex incommoditate,
ſed per excuſationẽ exiſtet conditio, & ſic loquatur dec.
ſciſcitatus.ibi,dumõ maxime cũ tunc ſubdelegare poſſit,
& collega teneatur,clauſula non obſtante,ſubdelegatum
admittere.vt no.e.ti.coram. Tertio caſu.ſ.volũtatis,neceſ
ſe eſt de illa cõſtare,vel per contumaciam ipſius requiſiti,
nõ veniẽtis,vel per apertã reſiſtentiã,vnde cum nec aliter
dicat̃ conditio exiſtere in hoc caſu, non prius iuriſdictio
collegæ defertur.& his caſib.non eſſet taciturnitas partiũ
remiſſio ꝓbationis,vt in primo membro,ſed ꝓrogatio iu
riſdictionis in exercitio,qđ in delegata non ꝓcedit, vt ſ.
dixi ſm Ho.& hac diſtinctione bimẽbri concordatæ ſunt
opiniones,& ſoluta contraria,cuius diſt.primum mẽbrũ
indubitate ꝓcedit iudice ſciente impedimẽtum collegæ,
ſed & ignorante, vł dubitãte vr̃ idem.ar.l.3.ff.de ma.vin.
& eorum quæ ſcripſi poſt Inn.& Ho.de præſcr.c.cũ ex of-
ficij.& facit,quod no.de biga.nuper.nam ſi contra regulã
qua p̃fertur veritas fauore ſnĩarũ.& ꝓceſſuũ, p̃fertur opi-
nio, fortius vbi fauor ille cõcurrit cũ regula,ſtabitur regu
læ.nec ob.ff.de acq.hær.l.ventre.& l.vl.§.1.ff.de condi.&
de.multũ intereſt.cũ ſi.ad q̃ rñde p no.in p̃.§.1.Itẽ hęredi
tatis aditio plus reſpicit animũ.inſt.de hæ.qua.ad ſi.ff.de
acq.hære.l.is qui putat.ſicut & contractus matrimonij.de
ſpon.tua.iuriſdictionis exercitiũ plus reſpicit factum du-
mõ iure ſubſiſtere poſſit.Nec ob.decr.cũ ſuper.eo.ti.quia
voluntas hic & poteſtas non ſunt contraria. Io. And.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio reſcripti papalis contra me impetrati a dicente ſe expulſum de poſſeſſione violenter per me, an veniat vt dilatoria, an vero vt peremptoria.*

2 *Conteſtatio ita animum conteſtandi exigit, vt in iudicando iudicantis animus requiritur.*

3 *Quæ in præfationibus dicuntur, in ſequentibus repetita videntur. Subiecta ſunt talia, qualia prædicata ibidem.*

4 *Conteſtatio per quæ fieri debeat.*

REGVLA LXIII.

Exceptionem. Primo.n.glo.ponit exẽpla
& remittit. Scđo obijcit &
po.opi.quã non approbat
& ſoluit, reddendo tripliciter rõnem regulæ, & ſubdens
cautelam,quam improbat.Tertio ꝓrogat regulam ad re-
plicationem.In 1.gl.ibi [non vtique] ſequitur, æſtimatur
confiteri de intentione aduerſarij,cum quo agitur q exce
ptione vtitur,& ibi [qui hoĩem.§.vlt.] loquitur in eo,qui
habebat exceptionẽ perpetuã,& ſoluens repetit,& ſic nõ
liberatur ab illa inefficaci obligatione,qa eadẽ res nõ pe
rit &c. ¶ In 1.gl.ibi [quidam.] vt not.in Spe.de exce.§.vi
ſo.poſt prin.& ſimilib. quas Dy.hic dicit nõ eſſe exceptio
nes iuris, ſed facti, vel intentionis, & ibi dicit fateri, & qđ
dr̃ ff.commo.l.ſi is.§.vlt.ſic eſt ſpeciale propter iuſtã igno
rantiam ſoluentis,ne ſit in damno.ſecũdum Io.mo. & ibi
[ſint differentiæ] & hoc caſu intelligit Dy.hanc regulam
inducens.l.ſi quidem.C.de excep.1.& 2.rñ.quod non pla
cet, vt ſequitur in gl.& ibi [amplectenda] nec eſt neceſſa-
ria,dumõ ſtetur in meris exceptionibus, ſuper quo vide
quod not.ſ.e.de lit.conteſt.c.2.in gl.ante pe.& ibi de con
feſ.c.1.in glo.1.ver. ad poſitiones. & ibi [ita replicatio]
& fortius, vt dixi.de excep.a nobis.in ſumma replicatio-
num in quarto membro. & in ſi.ff.de excep.l.2.

QVAESTIO.

Huic regulæ coadaptemus q̃ſtionẽ Goſ.tertiã, q̃ ſic quę
1 rebat. Impetraſti cõtra me ſcriptũ papale dicẽs † qđ te de
poſſeſſione violẽter deieceram, citatus proteſtor, ꝙ non in-
tendo

tendo litẽ conteſtari; nec iudiciũ ingredi, & dico te falsũ expreſſiſſe, cũ non violenter eiecerim, ſed iudicis authoritate vacuam poſſeſſionem intrauerim. q̃ritur, an hæc exceptio veniat vt dilatoria contra reſcr. an vt peremptoria contra actionẽ. Sed huic q̃õni congrue incidit venerial. 34. an ꝓteſtatio rei dicentis coram iudice & aduerſario, qd nõ intendit litem conteſtari, impediat cõteſtationẽ, ad q̃. aſs eius rñ. ſuffeciſſet, & hanc prius tractando eſt ſciendũ, qd ſatis plene ꝓſequitur illã Guil. in Spe. de lit. cont. §. 2. ver. patet. ex pmiſſis. Diſputauit ẽt illam Azo doctor nr̃i iur. Bo. can. & doctor meus in legibus D. Mar. Sillima. ſed pp ſcripta in p̃. §. ver. patet, ex pmiſſis breuiter pertranſibo. pmittens ꝑ quos diſputata fuit. & ad negatiuam 1. & ad affirmatiuam ſcdo inducam, qd̃ tres doctores allegãt. tertio ponam quatuor ſolutiones, exprimendo q̃ placent. Et ꝙ non ſit facta conteſtatio, allegat. s̃. de ſpon. tua. s̃. ꝙ me. cauſa. c. 1. 3. 1. q. 2. Lotharius. 26. diſt. diaconi. de reſt. in inte. c. 2. circa fi. de of. or. paſtoral. de ele. Cumana. ff. q̃b. mo. pig. vel hy. ſol. ſi debitor. §. 1. ẜm Bar. ibi ꝑ ꝓteſtationẽ remanet ius pignoris creditori. ad idẽ ff. de vſu. ſed ſi qd. §. ſi. ibi, commoditas doliorũ non ꝑtinet ad legatariũ, qa teſtator dixit, ſe nolle ad eũ ꝑtinere. ad idẽ ff. de neg. ge. Nefennius. vbi pp ꝓteſtationem mater repetit impenſas. Itẽ ſicut in ſnĩa req̃rit animus ſnĩandi. ff. de arb. qualem ita
2 & in conteſtatione † animus conteſtandi. ſed ꝓteſtatio cõtrariũ animũ oſtendit. ff. de pac. iuriſgen. §. qd ferre. ergo ꝑ ipſam impedit cõteſtatio ẜm Bar. ad idẽ ff. de codicil. cõficiunt. §. fi. ff. de leg. 1. ſi mihi § interdũ. & l. ſi ita ſit ſcriptũ. ẜm Guil. ¶ Ad contrariũ adducit, de conſt. cũ M. de ap. ſolicitudine. in fi. q̃ tñ facit ꝓ prima, vt ibi ſcripſi ſup gl. fi. nã facto vr̃ renũciare ꝓteſtationi. e. ti. dilecti. & q̃nq; conteſtat litẽ, q. id nõ intẽdit. s̃. de dolo & cõtu. ꝓut. Item cũ ſibi videat contrarius faciẽdo contra ꝓteſtationẽ, nõ eſt audiẽdus. de pſum. literas. C. de mu. patri. ꝓfeſſio. li. 10. ẜm Bar. Adducit ad idem ff. loca. l. antepe. §. locator. C. de re iudi. ad ſolutionem. Item ar. ff. de condic. inde. ſi qs ſciens. vbi animus nil operat. ad idem ff. de cond. ob cau. de di. §. ſi qs quaſi ſtatulib. & C. e. ſi repetendi. & ff. q. mo. pig. vel hypo. ſol. ſicut. §. pe. & qd dicant ipſæ leges, vide ĩ p̃ꝺ. ver. patet ex pmiſſis. de cod. diui. §. licet poſteriora. n. prioribus derogãt, vt ibi. & C. de pac. pacta nouiſſima. ff. de pac. ſi vnus. §. pactus. de leg. 1. l. ſi m. hi. §. in legatis. Bart. dixit lit. conteſta. non factam, qa iudex & aduerſarius tacendo vr̃ conſentire. & dicit Tan. ſic tenuiſſe & Hug. & Accu. ſic ſibi rñdiſſe. ſed ipſe Accur. q hoc not. C. de li. conte. l. vna. in gl. 2. non innitit pdictæ rõni de conſenſu iudi. & aduerſarij. Idẽ dico de Be. q hoc no. de lit. conte. c. vno. Et Vic. de ele. Cumana. tenuit ẽt idem Azo legiſta. Dicit Mar. quibuſdam videri, ꝙ ſi iudex ꝓteſtationem admiſit, non ſit facta conteſtatio. Non ob. ꝙ poſtea ſup principali rñdit,
3 qa cũ pmiſſa ꝓteſtatione rñdiſſe vr̃, qa q̃ † in pfationib. dicuntur, in ſequentib. repetita dñr. & ſubiecta ſunt talia, qualia pdicata pmittũt. ff. de ver. ob. Titia. §. idem rñdit. Nec ob. ll. p eũ in contrariũ allegatæ, qa nulla ibi p̃ceſſit ꝓteſtatio. Si aũt iudex reprobauit ꝓteſtationẽ, tunc dicatur facta conteſtatio. ff. de neg. geſt. ſi aũt. §. ſi quocunque mõ. ff. de compen. ꝙ in diem. ſi rõ. de contrario iud. tutel. l. 1. §. ꝙ ergo. vbi ꝑ iudi. reprobationem auferẽ actori commoditas agẽdi, ita & hic vtilitas ꝓteſtandi. Hoc ẜm Guil. in pd. ver. patet ex pſſe. fuit opi. Ia. Bal. qui intellexit iudicẽ admittere, ſi non reprobat, dato ꝙ expſſe non admittat, ſed taceat, all. etiam Gui. de cenſi. oli. & hoc ipſi Guil. placet. ſed pdictus Mar. indiſtĩcte. i. non diſtĩcto, an iudex approbet vel non, tenuit litem cõte. qa reus debet hr̃e animũ conteſtandi. in Auth. de exhi. reis. §. illud. Sed ex quo ꝓteſtatur deeſt animus. ff. de pactis iuriſg. §. ꝙ ferre. Nec obſt. pdictæ l. ſi naũt. §. ꝙ in diem. & §. ꝙ ergo, quia ibi obſtat ibi exceptio rei iudi. qa lata fuit ſnĩa ſuper illis, ſuper quib. lis fuit conte. nam reus aſſerendo ſe vti bona iuſtitia, & poſtea obijciendo exceptionem compenſationis, vr̃ oẽ auxilium ſibi competens in iudicium deduxiſſe, vñ nõ mirum. ſed in illis legib. obſtat exceptio rei iudi. Inducit etiã gl. auth. qui ſemel. C. q̃uo vel q̃n. q̃ incipit. ſ. talis. q̃ dicit ꝙ iudex non põt cogere reum pñie ad rñdendũ, ſed ſi dicamus, ꝙ reprobatio iudicis operet, ꝙ fieret conteſtatio, iam ſeq̃tur eum poſſe compellere ad rñdendum, ſed ſi litẽ non conteſtetur, fiet miſſio contra eũ, vt ibi gl. prædicta. Et hæc ſolutio dñi mei mihi placet coniuncta diſ. Azo. q̃ ſeq̃tur de actore. tenent idem Iac. de Ra. & alij, qui licet ꝓteſtetur contra proteſtationem rei, cum conteſtatio litis ab aĩo rei procedat, vt dixi, proteſtatio actoris aĩũ rei nõ tollit, & ſic lis conteſtata non erit. hoc ponit Cynus in præ. l. vna. C. de lite conteſt. Azo doctor noſter, de quo s̃. tenet idem per rõnem animi, qui neceſſarius eſt, vt s̃. allegat de elec. dudum. 2. de lite conteſt. c. vno. & C. e. ti. l. vna. & maxime ſi rñſio facta fuit incontinenti poſt proteſtationem, quia inteſe vr̃. ff. ſi cer. pe. l. lecta. s̃. de ele. officij, licet ſi ex interuallo proteſtationi renunciaſſe vr̃, de of. del. gratum. hoc dictum placet Ho. vt patet in di. q̃ poſui s̃. de conſti. cum M. ſuper gl. hic ergo, q̃uo aũt rñdetur ẜm Inn. ad id, ꝙ opponitur, proteſtationem contrariam facto, ſcripſi in præ. dec. vni. de lit. conte. ſuper gl. & in regula, in generali. 3. eo pe. col. ver. ſed quæro. Nunc redeundo ad principalem quæſtionem Gof. in qua breuiter pro & contra ponitur ſolutio, & ipſius declaratio, & licet videretur iſta q̃ſtio ſopita per ea quæ dicta ſunt s̃. ipſe tñ ad partem, ꝙ admittatur vt dilatoria, & ad elidendum reſcriptum non ad ordinãdum iudicium inducebat, ꝙ proteſtatio in multis caſibus multum operabatur, & defendebat ne noceret, ꝙ agebatur, allegabat 28. di. diaconi. & iur. s̃. in prin. allegata. In contrarium inducebat, ꝙ iſta contingit principale negocium, ergo admittenda vt peremptoria, & ſic fit litis conteſtatio. C. de præſcrip. lon. ten. l. emptor. C. de excep. ſi quidem. ff. de int. ac. l. ſi filius. §. exceptionibus. habet. n.
4 fieri conteſtatio † per narrationem negocij principalis. C. de lit. conte. l. vna. C. de iu. I. rem non nouam. nec dici põt iſta dilatoria, quæ præcedere habet litis conteſt. C. de proba. exceptionem. 3. q. 6. §. exceptio. ff. de adult. ſi maritus. §. præſcriptiones. nec multum operatur in hoc caſu proteſtatio propter facti repugnantiam, ſicut ſi clericum irato animo percutio poſt verba iniurioſa, proteſtando, quod non facio animo iniuriandi, excommunicationis vinculum non euado cum verum ſit, quicquid proteſtor, te paſſum iniuriam. ff. de iniur eum qui. §. ſi iniuria. all. etiam de conſti. cum M. Item ſi dicam me nolle intrare iudiciũ, tamen aliquid propono de negotio principali, fit conteſtatio, vel quaſi. de dolo & contu. prout. Soluendo dicebat, ꝙ quoties in iudicio quis proponit exceptionem, quæ ex ſui natura ſapit peremptoriam, ſi proteſtetur ſe nolle litem conteſtari, vel iudicium ordinare, ſed reſcriptum elidere, & cauſam differre, iudex non audiet illum tanquam ſibi contrarium per decr. ſolicitudinem de ap. in fi. C. de fruc. l. 1. ff. quando ap. ſit. l. 2. §. 1. Aduerte, nõ dicas Gof. reſiſtere his quæ dixi in proxima quæſt. non enim dicit ipſe litem conteſtatam non obſtãte proteſtatione, ſed dicit, quod iudex non audiet illum. i. coget eum litem conteſtari, non dico præciſe, vt etiam dixi in ſolutione Martini s̃. ſed per iur. remedia, ſcilicet miſſionem in poſſeſſionem, vnde prout no. in dec. 2. de li. con s̃. eo. li. ipſe Gof. tenuit per peremptoriam non fieri conteſtationem litis, vt ibi diffinitum eſt. Placet ergo eius ſolutio ſic intellecta, cui eſt ſimile, quod dixi, de ap. ſolicitudinem, ſuper vlt. glo.

SVMMARIVM.

1 *Si Iudæus, paganus vel hæreticus baptizauit, ſeu leuauit, an contrahatur ſpiritualis cognatio. num. 5. & 8.*
2 *Hæretici an conferant ſacramenta.*
Baptiſmum conferunt hæretici, ibidem.
3 *Patrini filios ſpirituales inſtruere tenentur.*
4 *Non baptizatus cur baptizet. & num. 6.*
7 *Catechiſmus quid ſit.*

Digitized by Google

REGVLA XXXVIII.

Ex eo non debet. ¶ Prima glo. ponit exempla, ſecūdo dicit tria deſe concurrere, ꝙ perſeueret, ꝙ non rōne officij id faciat, & ꝙ idem ſit capitulum, tertio inducit concor. & ſimile, quarto conuertit regulā. ¶ In 1. gl. ibi alia, dicit idem ꝙ §. meminiſſe. de quo ſ. & ibi [ſi quis iuſiur.] loquitur in illo, q mihi iuſum detulit, & poſtea reuocauit, & nunc iterum vult deferre, & ibi. l. vl. canon. 1. ver. 1. prox. al. & ibi [Iul. ait.] Si iudex in totum, vel in partem eſt hæres litig. datur alius iudex, & ibi. [in fundo] mulier proprietaria ex. facto mariti non vtentis vſufructu illū conſecuta non opponit marito culpam, ex qua lucrata eſt, & ibi [ſi ideo] ſed repellitur ſocer agens de dote, q in redemptione ipſius de vinculis fuit impenſa. ¶ In prima gl. ibi [ſuccubuit] hoc dicit, qa ſi obtinuiſſet, certū eſſet ex illo legata non deri, vt in l. ſtatū alle. §. ſi ex cauſa. & l. Titia. & vt dicit Dy. dicit teſtamētum inofficioſum, dicere vī teſtatorem non ſanæ mentis. ff. de inof. teſt. l. 2. & l. Titia. & de leg. 1. l. patronus. §. fi. & conſequenter innuit, eum nec hæredem inſtituere, nec legata relinquere potuiſſet, ibi [ante ſnīam] & ſi rñdetur ad l. poſt legatum. ff. de his qui. vt ind. vel aliud eſt dicere teſtamentum falſum, vel inofficioſum, & aliud minus ſolenne, quia primo caſu perſeuerando perdo legatum. in ſecūdo non. Ratio, quia primo caſu impugno non ſolum inſtitutionem, ſed ēt legata, ſed in ſcd̄o non, cum ex minus ſolēni voluntate .i. non ſufficiente ad inſtitutionem poſſint legata deri. Dy. & ibi no. vbi & hic Io. mo. allegans verba intelligenda cum effectu, de cleri. non reſi. relatum. hęc allegatio non videtur bona, quia effectum non habuit, qui ſuccubuit, ſed intellexit effectum ex perſeuerantia.

QVAESTIO.

Hæc regula facit ad qōnem, q̄ diſputaui poſt dñum Palmerium de pagano, Iudæo, vel hæretico qui fidem, vel eccleſiam impugnat, vt ex nullo eccl̄ię ſacramento cogna-
1 tionem ſpūalem contrahat. erat aūt qō†talis. Baptizauit, ſeu leuauit Iudæus, paganus, vel hæreticus, q̄ritur, an ex hoc oriatur ſpūalis cognatio, qō tñ Palmerij fuit ſolum de hæretico. ¶ Inducentur primo ad affirma. 5. ſecundo ad negat. 6. tertio ſolutio proponitur, & contrarijs rñdetur. Quod oriatur in effectu hoc ſolum inducebat, qa baptiſmus tenet. de con. di. 4. conſtat. & c. ſe. de ſum. tri. c. vno. §. ſacra. probatur aliter ſcd̄o, & ſic per actum, q impedit in pagano leuando .ſ. patrino, nā cū catechiſmo contrahit compaternitas, & cognatio. de con. d. 4. in catechiſmo. de co. ſpi. c. 2. li. e. ꝙ catechizatus adhuc paganus ſit, patet. e. d. catechuminum. ergo & per actum, ꝙ paganus impendit leuando, vel baptizando, e. ad. cognatio contrahetur cum tertio, certum eſt, ꝙ per mr̄imonium contractū a non baptizato contrahitur bigamia, 26. di. deinde. c. Acutius. ergo & cognatio. ¶ Quarto viro leuante fit vxor ipſius commater. tertia. q. 4. c. 1. & c. ſi quis vnus. de co. ſpi. maritus. q tñ viro pagano poſſet eſſe non baptizata, & viro catholico eſſe poſſet hæretica, vt de diuor. quanto. & c.
2 ſe. ¶ Quinto non ſolum† baptiſmum ſed ēt ſacralia & alia conferunt hæretici, ꝙ patet. 1. q. 1. dñs, declarauit & ſatis not. 1 1. q. 1. in ſum. & patet de ſciſma. c. 1. & de ſacratalib. patet, de ſacramentis non iterand. c. 2. ſepultus. n. per manus ſciſmaticorum non exhumatur, vt ibi. ex quibus concluditur, cognationem contrahi. ¶ In contrarium inducebat Palmerius, quia licet baptiſmus valeat, tñ eſt in detrimentū concedentis, & illius reſpectu Deus illud deteſtatur. 1. q. 1. ꝙ q̄ d, & c. odit, & c. maledicta. vñ ergo demeretur, honorē ſpūalis cognationis non habeat, ad id de cō. di. 2. pro dilectione, in fin. & eſſet abſurdum, ꝙ inter fidelem & infidelem nō eſſet diſſimilitudo. inducit de ſum. trinit. c. 2. ver. non. n. Item per idem. c. in fi. patet, diabolus eſt ipſorum pater, quia facit filios ſpirituales, & ſic diabolinepotes hr̄e non poſſunt, cum in baptiſmo renuncient diabolo & pompis eius ſm Bal. ¶ Secundo conſtat, ꝙ nedum pagani dñtur membrū abſciſſum ab eccl̄ia. 23. q. 7. quemadmodum nec participant ēt ſacralib. inde eſt, ꝙ ſepulti in cœmiterio eccl̄iæ exhumantur. de hære. c. 2. 3. rū. lib. eo. Item ſpiritualis beneficij collatio ad ipſorum pces facta non valet, vt ibi in §. ad hoc. multo minus ſpiritualis cognatio, q ſacralior eſt. ¶ Tertio ſic probatur, Patri-
3 ni † debent eſſe inſtructores ſpiritualium filiorum in fide & moribus, vt patet de con. di. 4. nos aūt. & facit ad quæſtionem ꝙ ibi no. ſed Iudæus & paganus fidem non didicit, hæreticus illam non ſeruat, & ſic ab illis inſtrui nō poſſunt. ad hoc 37. di. relatum. ibi, oportet ab illo ſcientiam addiſcere ſcripturarum, qui eam a maioribus ſm veritatem ſibi traditam ſeruat. ¶ Quarto vbi damus ſpiritualē patrem eſt prius dare vitam ſpiritualem, & prædicti non ſunt tales. ergo &c. ¶ Quinto ſatis facit, quia infideles nō acquirunt ius quaſi ſpirituales. l. patronatus. 16. q. 7. quicunq; & c. Frigentius. ver. no. & dixi de iur. patro. nobis in princ. ergo nec vere ſpirituale, qualis eſt hæc cognatio. ¶ Sexto, Chriſtianus non pōt eſſe ſub tpali vinculo ſeruitutis Iudæi vel pagani, multo minus ſub ſpirituali vinculo cognationis. ar. J. qui fi. ſint leg. per venerabilem. primum probatur, 54. di. fraternitatem. de iud. c. 1. & vl. ex quibus concluditur, cognationem non contrahi. ¶ Dicit Pal. per primā rōnem hæreticū baptizantem eſſe vere ſpiritualem patrem, cū patrinū dño ſociauerit. Mihi placet hoc dictū in hæretico non ſolum baptizante, ſed ēt leuante, qa per ſacramentum baptiſmi, ꝙ habet, nec illud perdit per hæreſim. de con. di. 4. oſtendit. & c. nullus. de diuor. quātum eſt quo ad habitum de corpore eccl̄iæ ligatur etiam ipſius conſtitutionib. & ſic ſpiritualem cognationem cōtrahit. ¶ Per eandem rationem conuerſam ſecus credo in pagano & Iudæo, circa qd̄ eſt ſciendum, ꝙ ſicut carnaliter qs naſcit ex patre & matre, ſic ſpūaliter qs renaſcit ex Deo pr̄e & eccleſia matre, qd̄ colligitur. 1 2. q. 2. q abſtulit. 1 1. q. 3. ad mēſam. & ex not. de biga. debitum. conferens aūt ſacrm gerit vicem, typum & perſonam Dei. ad id. 1. q. 1. ſicut Chriſtus. & c. intra. de con. diſt. 4. a quodam. & c. ſe. ſuſcipiens aūt, aut leuans gerit perſonam & typum eccl̄ę, ad hoc de ſcru. c. vno. ex quo colligitur ratio, quare non
4 baptizatus † baptizat. ſed in baptiſmo non leuat, qa non baptizatus eſt creatura Dei, cuius typum gerit baptizās, vt dixi, non tamen eſt membrum eccleſiæ, cuius typum
5 gerit leuans, vtroque tamen caſu, qui expers † eſt ſpiritualis vitæ, in quam primum homo per baptiſmum renaſcitur, nullā ſpiritualem cognationem, cū illius capax non ſit, contrahere poteſt. & ſic puto intelligendum de con. di. 4. in baptiſmate. & quod ibi no. quod no. 30. q. 1. c. 1. & per hoc ſit reſponſum ad primum contrariū, fateor enim
6 non baptizatos † baptizare, & per ipſum quaſi per lapideū canalem transfunditur ſacramentum in baptizatum. 1. q. 1. fuerit. nec ſemper ſequitur ſacramētum baptiſmi omnec ipſius effectus, vt patet in ficte baptizato. 1. q. 1. ſicut ficti. de bap. maiores. Ad id, quod dicitur de catechiſmo
7 reſpon. Illud verum pro eo quod catechiſmus † recipiens properat ad baptiſmum, & ſunt catechiſmi de præludijs baptiſmi. de conſe. di. 4. poſtquam. & c. ſequentibus, & no. eo. tit. contracto. Ad id quod dr̄ de bigamia, rñ. ꝙ procedit ex l. diuina. vt patet. 1. ad Timoth. 3. & ad Titum. 1. qd̄ bene ligat non baptizatos. id quod dr̄ de vxore non baptizata, nego verum per rationem prædictā, & dico iura de eo loquentia de coniuge baptizata intelligi, & concedo argumentū in hæretica per ſcripta in prin. ſolutionis, per q̄ etiā concedo vltra argumentum, ꝙ quo ad hæreticū ſolutioni concor. & per pdicta pateat, ꝙ ſi ſola incapacitas non baptizati impedit cognationē contrahi, vbi miſceas Chriſtianum pagano, ſiue in eodem actu leuādi, ſiue altero baptizante dicas, alterum leuante, ſemper cum Chri-
8 ſtiano † contrahitur vera ſpiritualis cognatio, regulariter enim non vitiatur vtile per inutile adiectum. eo. tit. vtile.

REGV.

Digitized by Google

REGVLAE IVRIS CIVILIS huius literæ E. ſunt hæ.

Paulus. *Lex* III.

Eius eſt nolle, qui poteſt & velle.

Vlpianus. *Lex* LIX.

Ex pœnalib. cauſis nõ ſolet in patres de peculio actio dari. Ea quæ vero accidunt, non temere agendis negotijs computantur.

Iulianus. *Lex* LXVI.

Ea eſt natura cauillationis, quam Græci ſic appellant, vt ab euidenter veris per breuiſſimas mutationes diſputatio producatur ad ea, quæ euidenter ſunt falſa.

Hermogenes. *Lex* XCVII.

Ea ſola deportationis ſententia aufert, quæ ad fiſcũ perueniunt.

Marcellus *Lex* CXLIV.

Et ſi nihil facile mutandum eſt ex ſolemnibus, tamen vbi æquitas euidens expoſcit, ſubueniendum eſt.

Idem. *Lex* CLII.

Ea quæ per partes diuidi non poſſunt, ſolida a ſingulis hæredibus debentur.

In re dubia benigniorem interpretationem ſequi non minus iuſtius eſt quam tutius.

Modeſtinus. *Lex* CL.

Expreſſa nocent, non expreſſa non nocent.

Vlpianus. *Lex* CLXXVIII.

Ea quæ dari impoſſibilia ſunt, vel quæ in rerum natura non ſunt, pro non adiectis habentur.

Vlpianus. *Lex* CXCII.

Ex qua perſona quis lucrum capit, eius factum præſtare debet.

SVMMARIVM

1 *Legitime factum quo ſit interpretandum modo.*

2 *Adoptiuus filius vxorem patris adoptantis ducere non poteſt.*

3 *Teſtamentum rite factum non exinanit furor ſuperueniens.*

4 *Electio quæ facta eſt ab excommunicato ab homine, vel a iure, an valeat, & num. 5.*

6 *Votum in electione, depoſitum, & iuramentum præſtitum, an vitietur excommunicatione ſuperueniente. num. 18.*

7 *Impetratum a Papa contra ſuperioris ſui voluntatem, an vitietur poſtea ſi excommunicetur a ſuo ſuperiore. & num. 26.*

8 *Excõmunicatio quæ ſit, electionem vel teſtimonium non vitiãs.*

9 *Iuriſdictio ordinaria, delegata & conſeruatoria inchoata quibus duret caſibus. & num. 27.*

10 *Negotiorum geſtor & ſocius poſt mortem domini, quando duret, & quando non. & num. 28.*

11 *Notarius religioſus quas perficere poſſit rogationes, & quas non poſſit.*

12 *Inchoata ante interdictum, poſt id an liceat abſoluere ſine pœna.*

13 *Nominato ius acquiritur poſt publicatum ſcrutinium.*

cibaria & veſtiaria,& vni illorum legauit certam quanti
tatem pro alimentis, vtrunque legatum non debetur.ff.de
alimen.leg.l.alimenta.§.baſilicæ.& l.Stichus.in princ. ad
idem lex,quæ dicit ſic,filia legatorum non habet actionẽ,
ſi ea quæ in teſtamento reliquit, viuus poſtea pater in do-
tem dedit.C.de leg.l.filia.ſicut ergo his caſibus nõ dupli-
catur beneficinm,vel legatum,ita nec in terminis quęſtio
nis duplicatur ingreſſus, nec iuuat eum proteſtatio, quã
fecit,quæ ſi ſit iur.conſeruatiua, non eſt tamen tributiua
iur.noui: vnde ſi non competebat iſti binus ingreſſus,pro
teſtatio ſibi illum acquirere non potuit. ¶ Soluendo di-
ſtinxit. aut in vtraque prædictarum licentiarum exprimi
tur cauſa ingreſſus,aut in nulla,aut in altera tantum ma-
xime in ſpeciali, primo caſu, aut vtrobique cauſa eſt ea-
dem,aut omnino diuerſa: ſi eſt eadem. puta: quia in vtra-
que dicitur, qòd ingredi poſsũt ad viſitandum reliquias
ſancti, vel ſimile.ſufficit unus ingreſſus.Facile patet exem
plum, ſi dum conſanguinea mea uelari debebat, obtinui
hanc licentiã, poſtea pro illo actu omnibus data eſt, hanc
partem ſolutionis probant iura, quæ ultimo allegaui. Di-
xit etiam quòd forſan idem, ſi cauſæ ſunt diuerſæ,tales ta
men uno ingreſſu poterant commode expediri, ut ſi gene
ralis permittit uiſitationem ſancti ſpecialis, permittit ui-
ſitationem ſororis, quæ breuis & compẽdioſa eſſe debet,
ut dixi in principio ſecundæ partis. Si uero cauſæ expri-
mũtur omnino diuerſæ, quæ ſimul ueriſimiliter ex facto,
uel ex tempore expediri non poſſunt, ꝙ facile accideret
propter tumultum generalis ingreſſus. Iterũ ingredi po-
terit ad expediendã cauſam expreſſam, ad hæc iura prius
al. Idem ſi dies licentiarnm eſſent omnino diuerſi: quia
quod facit diuerſitas cauſæ, faciet hoc diuerſitas dierum,
ut non poſſit cenſeri unus ingreſſus confuſus in alio.ſ.eo.
lib.de conſti.c.1. In tertio membro principali quando in
altera tantum, & maxime in ſpeciali exprimitur cauſa.ſ.
quod ſ. tenet diſtinguendum, an ſimul poterunt expedi-
ri necne. In ſecundo uero principali membro, quando in
neutra exprimitur cauſa, uel tempus, ſed ſimpliciter eſt
data licentia, tunc in hac materia reſtringibili, & odioſa
ſtricta præſumatur intentio concedentis ad primam uicẽ
tantum, qualitercunque ingrediatur, maxime per allega
ta in principio ſecundæ partis, cum præſumatur, epiſco-
pum publicam utilitatem & honeſtam, quæ uerſatur in
hoc, uelle tueri. Hæc uera niſi de ipſius intentione aliter
appareat, cui tunc ſtabitur. dixi autem per hãc diſtinctio
nem iuri, æquitati & honeſtati conſonam. 1.diſt. conſue-
tudo, ſolui contraria.

HVIVS LITERAE G. VNICA
eſt regula Digeſtorum, ſicut & noſtra.

Papinianus. *Lex LXXIX.*

Generaliter cum de fraude diſputatur, non quid habeat
actor, ſed quid per aduerſarium habere non potuit,
conſiderandum eſt.

Quia

Digitized by Google

Quia ſub litera H. nullam habemus regulam, quas Legiſtæ habent hic inferam.

Vlpianus. *Lex* *LX.*

Hæredem eiuſdem poteſtatis iuriſque eſſe, cuius fuerat defunctus, conſtat.

Iulianus. *Lex* *LXIII.*

Hæreditas nihil aliud eſt, quam ſucceſſio in vniuerſum ius, quod defunctus habuit tempore mortis.

Vlpianus. *Lex* *CXCV.*

Hoc iure vtimur, vt quicquid omnino per vim fiat: aut in vis publicæ aut priuatæ crimen incidat. Deiecit & qui vel iuſſit, vel mandauit, vel ratum habuit. Rati.n, habitio mandato comparatur, in contractibus, in quibus doli præſtatio, vel bona fides ineſt, hæres inſolidum tenetur.

SVMMARIVM.

1 *Ignorantia, error, & titubatio, quid differant, & quid ſint.*
2 *Ignorantia quanam non excuſat.*
3 *Actionem habere, longe minus, quam rem.*
4 *Actionem tantum habens ad rem immobilẽ ſatisdatione oneratur.*
5 *Fructuarius, etiam vbi nullum fructum recipit, dici poteſt.*
6 *Canonicus vocatur non a perceptione prouentuum, ſed a titulo.*
7 *Vſurarius dicitur quis ex ſola ſpe.*
8 *Monachus ſeu religioſus in probatione exiſtens, religioſus cẽſetur.*
9 *Ignorantia facti aliquos excuſat, quos iuris ignorantia non excuſat.*

REGVLA XIII.

Ignorantia. Dyn. dicit hic vtriuſque regulæ exemplum congrue poni in eo qui cõfitetur in iudicio per errorem, qui ſi errat in facto excuſatur, ſi in iure non. ff. de confeſſ. non fatetur. ſpecificat in eo, qui errans in facto confeſſus eſt alium ſibi cohæredem. ff. fa. erci. ſi cum putarem. ſecus ſi per errorem iur. vt quia credebat valere teſtamentum, ſine iur. ſolennitatibus, quæ omiſſæ vitiant, vt in l. non fatetur. Io. mon. ponebat in eo, qui ignorat vacationem beneficij, cui non currit tempus, de conceſ. præb. quia diuerſitatem. ſecus ſi ignorabat ſemeſtre tempus currere collatori, & ſic permiſit illud labi. de ſup. ne. præ. c. pen. & vlti.
1 ¶ Dicebat etiam Io. mo. quòd ignorantia † error & titubatio differunt. ignoran. enim proprie eſt neſcientia, quãdo, ſcilicet de iur. vel de facto nil ſcio, nec inde aliquid ſuſpicor, & in nullo applico mẽtem meam, & quando ſic ignorans tenetur ſcire illud quod ignorat, dicitur de tali ignorans. ignorabitur, & iſte potius contẽptor dicitur, quam ignorans, vnde B. Ber. quod ſcire debes, & non vis, non pro ignorantia: ſed pro cõtemptu iudicabitur, alias autem regulariter excuſat. Error autem eſt, quando applico mentem ad id, cuius veritas habet cõtrarium, & quòd hęc differant patet. ff. de acq. poſ. ſi me in vacuam. in prin. Titubatio eſt, quando non applico mentem ſed propter cõflictum rationum dubito cui parti mentem applicem, ar. C. de con. inde. l. ſi. ex his concludit, quòd omnis titubans & errans eſt ignorans, ſed non conuertitur. Itẽ huic regulæ concordat l. dicens. ſcientiam non ignorantiam volumus obligari. C. de tab. l. generali. lib. 10. præſumitur tamen ignorantia, quod dic, vt ĩ. eo. præſumitur, & dicit Io. mo. quòd ſcientia & ignorantia in hac materia tẽdunt ad communem hominum modum, vt ſcientia non tendat ad maximam diligentiam, nec ignorantia ad ſupinam & craſſam. ff. de iu. & fa. ig. l. nec ſupina. & l. plurimum. ff. de ædi. ed. ſi quis venditor, de igno. etiam iur. diſtinguit Io. mo. an ſit notum, & frequentatum illud ius, & tunc non excuſat. C. de iu. & fa. ig. l. conſtitutiones. aut non eſt frequentatum, vt l. Gallus. ff. de lib. & poſt. & tunc excuſat, niſi tractaret de lucro captãdo, & ſibi imputet: quia potuit peritiores conſulere. ff. quis or. in bo. poſ. l. 2. in fi. ¶ Prima glo. ponit exempla & remittit: ſecundo ponit & exponit vnũ notabile. tertio ſucceſſiue ſignat & ſoluit duo cõtraria. ¶ In 1. gl. ibi, l. 2. ignorantia non iuuat illum, qui credens non nocere, hæreditatem matris renuntiat, & ibi, [cum quis] indebitum per ignorantiam iur. ſolutum non reperitur, & ibi [§. non teneri] ibi ẽt extra ordinem punitur. Io. ¶ In 1. gl. ibi dic vt ibi. ff. de iu. & fac. ign. l. regula. Dy. plene proſequitur hic hanc materiam per ſolutiones obiectionum, & poſtea diſtinctionem ſubdit pleniorem, quam primo decidam. Diſtinctionem autem ad literam ſcias talem eſſe, aut erratur in iure, aut in facto, ſi in iure, aut ciuili, aut naturali, aut quaſi naturali: & ſi ciuili, aut erratur in iudicio, aut extra iudicium. Si in iudicio, ſiquidem ante li. conte. error excuſat probata cauſa erroris legitima, vt ff. de inter. ac. de ætate. §. qui iuſto. & §. Celſus. ſi
2 poſt lit. cont. ignorantia † non excuſat, vt hic, & dicta l. nõ fatetur. Si errant extra iudiciũ aut agitur de dãno vitãdo, aut de lucro captando, ſi de damno vitando, aut erratur in eo in quo requiritur dolus verus, aut in eo, in quo ſufficit dolus præſumptus, vel lata culpa, vel leuis, & multo fortius ſi leuiſſima: & ſi in eo, in quo requiritur dolus verus, ignorantia iuris excuſat, vt ff. ad Sil. ſi quis in graui. §. ſi quis ignorans. ſed ſi erratur in eo caſu, in quo ſufficit dolus præſumptus, vel lata culpa, tunc ſi quidem erat publice notũ vere, vel iuris præſumptione, vt quia a t pe publicationis currerent duo menſes, iur. ign. non excuſat, vt C. de leg. & conſti. l. leges ſacratiſſimæ. de iuris & fact. ignoran. l. conſtitutiones. ff. de publi. l. vlt. §. licet. ad l. Corn. de fal. l. diuus Claudius. in prin. ſed ſi non erat publice notũ vere, vel pręsũptiue, ignorantia iur. excuſat, vt ff. de decr. ab or. fa. l. vlt. ſi agatur de lucro captando, ſi quidem cum alterius iniuria, vt pro vſuc. iur. ignorantia non toleratur, nec excuſatur, ſiue potuit, ſiue non potuit peritiores conſulere, vt ff. de iu. & fac. igno. l. iur. ignorantia. de vſuc. ſi fur. & l. nunquam. ſed ſi ſine alterius iniuria. ſi quidem peritiores conſulere non potuit, iur. igno. toleratur & excuſat: ſed ſi potuit peritiores conſulere, iur. ignorantia non excuſat, vt ff. de iur. & fac. ign. l. regula. § ſi mater. & §. ſi qs. de bo. poſ. l. in bonorum. & quis or. in bo. poſ. ſer. l. 2. §. vl. facit ff. de acq. hæ. ſi duo. propter rationem quam ſ. dixi, ſi errant in iur. naturali, ignorantia non excuſat, vt ff. de adul. l. ſi adulterium. §. ſtuprum. ſi errant in quaſi naturali iur. ignorantia non excuſat, vt ff. de in ius vo. l. 2. ſi erratur in facto, aut proprio, aut alieno, aut erat publice notũ, aut non erat publice notũ. ſi erat publice notũ, ignorãtia nõ excuſat, vt ff. de inſti. ſi pupillus. §. proſcribere. ſi nõ erat publice notum, ignorantia excuſat, vt ff. pro ſo. l. fi. & prox. c. cũ quis. Si in facto proprio, aut certat de dãno vitando, aut de lucro captando, ſi de lucro, error nõ toleratẽ in proprio facto, ſi de dãno, aut cũ alterius iniuria, & tũc error in proprio facto non toleratur, vt ff. ad Vell. l. quanquã. aut ſine alterius iniuria, & tũc error in facto proprio excuſat, & toleratur. ff. de condi. inde. l. ſed & ſi me putẽ. in prin. §. cũ inter. de ac. emp. & ven. ſi liberũ. & ita oportet intelligi quod no. ff. de leg. 1. l. ſi res obligata. & Dy. in fi. Item contra. ff. de fideiu. l. 3. vide quod ibi. no. in gl. fi.

QVAESTIO.

Hæc regula in prima ſui parte facit ad quæſtionem poſitam in regula cum quis in ius. ſecunda vero pars facit ad quæſtionem, quam diſputaui, an impetrans beneficium de uacatura, quam expectat, uel reſeruatione, quæ pro eo pendet, teneatur facere mentionem, ita quòd aliter impetratio non ualeat. Procedit autem quæſtio in eo, qui ſciebat ſe tale ius habere, alias facti ignorantia excuſaret illum. ſup. eod. lib. de reſcrip. gratia. Ad utranque partem inducam ſex rationes, unam opi. & unam ęquitatem, demum ſoluam, & contrarijs reſpondebo. Quod autem non teneatur, ſic probabo, licet impetrans de beneficio quantumcunque modico, quod habet, teneatur facere mentionem de reſcriptis. ſi proponentem. de præben. ſi motu. l. eod. non tamen de illo, quod nondum
3 hẽt: quia longe minus eſt habere † actionem, quam rem.

Digitized by Google

ff.de re.iur.l.minus.ſed expectans vacaturam reſeruatam
eſt huiuſmodi,ergo &c. Secũdo facit,de reſcr.poſtulaſti.
vbi dicitur,quod de perpetua vicaria tenetur facere men
tionem,quaſi a contrario,non de temporali,multominus
qui ſpem tantum habet. ¶ Tertio facit ff.qui ſatiſda.co.l.
4 ſciendum.§.diuerſa.vbi habens tantum actionem † ad rẽ
immobilem ſatiſdatione oneratur,ſed per eam poſſidens
releuatur ab onere ſatiſdandi.ad quod facit ff.de pec. pe
culium.§.ſi ære.& inſti.de leg.§.ſi rem fac.de re iud.cum
aliquibus. vbi in executione ſententiæ non ſufficit pigno
ra dare, niſi corporalis poſſeſſio tribuatur, ex quo patet,
quod minus eſt habere ius ad vacaturam, vel reſeruatam
quam tenere vacantem. ¶ Quarto certum eſt, ꝙ perire
poterat reſeruatio,de off.le.præſenti. multa enim accide
re poterant, ꝙ expectatam vel reſeruatam minime habe-
ret,vt inſt.de re.di.§.illud quæſitum eſt.in fi. Quomodo
beneficiatum eum dicemus,cum beneficia ſint perpetua.
55.diſt. præcepta.hoc eod.tit.actus.nonne ſæpe expectan
tem priuſquam obtineat expirare videmus? Abſurdum
eſt ergo dicere expectãtem beneficium obtinere. ergo de
expectato,cum ipſum non habeat, nõ faciet mentionem.
facit C. de vſufr.ambiguitatem.nonne ſtatuliber medio
tempore operatur vt ſeruus. ff. de ſtatulibe. a ſimili expe-
ctans vt non beneficiatus medio tp̃e cenſeatur. ¶ Quinto
optime facit de off.le.c. vl.lib.eo.vbi dr̃, quod tenetur fa-
cere mentionem de beneficio, ꝙ obtinet, ex quo notatur
factum non ius, vt probatur de præb.de multa.22.q.2. ſi
quis iam tranſlatus. facit etiam de præb. ſi tibi conceſſo.
¶ Sexto pro hac parte facit,quod no.Inn.de reſcri. in no-
ſtra.dicens,ꝙ credit valere literas, dummodo impetrans
velit renuntiare vacaturæ.per dec. de reſcr.ſuper literis.
& licet videatur notaſſe contrarium.eo.ti. poſtulaſti. de-
fenditur tamen contrarietas,vt dixi in prædi.decr.in no-
ſtra.ſuper ver.moleſtari.Item ſaltem per prædicta iura fa
teamur,quod probabiliter potuit impetrãs credere ſe ad
hoc non teneri,& ſic non dolo ſed ſimplicitate tacuiſſe vi
deatur,& ſic valeant literæ per dec.ſuper literis.de reſcri.
Facit s̃.eo.lib.de reſcr.gratia.In contrarium facit ff.eod.
tit.qui actionem.& videtur expreſſum de reſcr.in noſtra.
& cum literæ ad beneficia ſint odioſæ & reſtringendæ,de
præbendis.quamuis.lib.eo.nihil debet in eis taceri,quod
mouere poſſet principem ad gratiam denegandam. forte
enim,ſi ſciuiſſet,primam gratiam præceſſiſſe,ad ſecũdam
minime proſilijſſet, vitietur ergo ex hac taciturnitate gra
tia. Ad hoc optime de fil.presb.c.2.eo.li.bene facit de re-
ſcrip.abbatem. Ad hoc facit inſt.de leg.§.non ſolum.ibi,
forſan enim ſi ſciuiſſet alienam non legaſſet.facit ff.de v-
5 ſufr.l.arboribus.§.vlt.vbi nullum fructum † recipiens ni-
hilominus fructuarius reputatur, a ſimili expectans bene
ficium habere dicitur, licet nullum fructum recipiat de
præbenda. facit de reſcrip.gratia.& c.ſi tibi.eo.li.vbi de
beneficio collato nondum tamen acceptato tenetur quis
facere mentionem.a ſimili hic de illo iur. quod habet: nã
6 ex titulo non ex perceptione prouentuum † dicitur quis
canonicus,de pręb.dilecto.ſatis facit.eo.ti.dilectus filius.
per quod c.talis recipit quotidianas diſtributiones,& ita
partem beneficij ergo de illa debet facere mentionem.ff.
de rei vendi.quæ de tota.nam & de quamtuncunque mi
nimo beneficio tenetur facere etiam mentionem, vt in c.
7 ſi motu.eo.lib.Item ex ſola † ſpe dicitur quis vſurarius,de
vſur.conſuluit. & ſimoniacus.16.q.7.per laicos. a ſimili
iſte ex ſpe dicatur præbendatus.facit ff.de ſer.vr.præ. l. ſi
ſeruitus.vbi pactum,ne luminibus officiatur,etiam de fu
turis luminibus intelligitur. a ſimili hic de futuro benefi-
cio vt de eo mentionem facere teneatur. facit de ſent.ex-
com.religioſo.lib.eo.vbi in probatione exiſtens, religio-
8 ſus cenſetur,† nonne videretur abſurd.quòd habens bene
ficium 20.ſol. teneretur de illo facere mentionem, & ex-
pectans beneficium mille marcarum ad hoc minime tene
retur.Hanc partem videtur fouere Compoſt.in prędi.de-
cre.in noſtra.dicens,quod non eſt veriſimile,quod ita pa
pa pro eo ſcriberet,cui alias gratiam faceret,ſicut pro eo,
cui nunquam fecit.Solũ.puto per iura vltimo inducta pre
cipue per decr.in noſtra.de reſcr.& de præb. quamuis.li.
eo.tales literas non valere.& facit, quod dicam poſt Ar-
chi.de præb.ſi tibi abſenti.1.reſpon.in fi.in.gl. tenet hoc.
Ad contraria reſponde per id,quod dixi in principio hu-
ius partis,& per ea quæ ſcripſi de reſcri. poſtulaſti. ſuper
ver.vicaria. licet minus.n. ſit,tamen aliquid eſt: & illud
aliquid eſt exprimendum: & ſic ſeruat curia; & ideo plus
non inſiſto. Ad vltimo allegata reſponde per hanc regu-
9 lam;quia licet impetrantem excuſaſſet ignorantia † facti,
vt in c.gratia,non tamẽ excuſat ignorantia iu. vt hic,nec
valeret reſcriptum non faciens mentionem de vicaria
perpetua,vel de modico beneficio,vel de colorata poſſeſ-
ſione,licet impetrans credat non teneri ad illa exprimẽ-
da.Prædictorum exempla patent.de reſcriptis.poſtulaſti.
de conceſ. præ.cum noſtris.s̃.eo.li.de præb. ſi motu pro-
prio. Item decr.ſuper literis.vult ſimplicitatem non pro-
deſſe,quando ex tacita expreſſione Pa.veriſimiliter ad de
negandum moueri potuiſſet, vt prædixi.

SVMMARIVM.

1 *Priuationis beneficij pœnam excuſat iuſtum impedimentum.*
2 *Pœnarum benigna ſit ſemper interpretatio.*
3 *Modicum tempus quod dicatur.*
4 *Obligationes omnes,quibus dies ſtatuta non eſt, quo die debeãtur*
5 *Tardus ſi adiuit prætorem, quo de damno infecto agere poterat, an illi imputetur.*
6 *Appellationis fautor tardus propter temporis anguſtiam refutatur.*
7 *Qui non præuidet,quod euenire poterat,illi imputatur.*
8 *Feſtinatum tempus dici non põt, ſi intra id omnes ſoleant venire.*
9 *Obligatus ad operam præſtandam, diligens dicatur ne, ſi diligentiam veram ædificaturus non præſtitit.*

REGVLA XLI.

Imputari Ad hanc regulam concordat regu-
la,cum ſtat.eo.ti. ſcias etiam, quod
Dy. hic ad ſolutionem contrarij de
l.quibus diebus. ff. de condit. & de. diſtinguit, quòd aut
implendus eſt modus,aut conditio;& ſi conditio, aut po-
teſtatiua, aut pendebat ex facto meo tantum,aut meo, &
alterius &c. & ſic plenius proſequitur id, quod nota.ff.
de condi.& demon.ſuper rubrica.Dicit autem,quod re-
gula proprie procedit in conditione poteſtatiua,quæ pen
debat ex facto legatarij tantum, vel hæredis ſcripti, vel al
terius,cui fuerat adſcripta,nam ſi impediatur eam imple
re per caſum, nihilominus debetur relictum; quia nõ ſtat
per eum,quo minus faciat quod debebat.ff.de condi. in-
ſti.qui ſub conditione.§.quocunque.Item in illa,quę pen
det ex facto illius, cui aſcribitur & alterius,ſi impediatur
per illum, ex cuius facto pendebat; ſed ſi impeditur per
caſum in ſua vel alterius perſona contingentem, non de-
betur relictum,& tamen non ſtat per eum,quo minus fa-
ciat,quòd per eum &c. ff.de condi. & dem.l.in teſtamen
to 2. & l.Titio. §. ſi cum ante. & ideo melius procedit in
conditione vere poteſtatiua.i. quæ pendet ex facto illius
tantum, cui aſcribitur. ¶ Prima glo. ponit exempla.Se-
cundo æquiparat impoſſibilitatem a principio, vel ex
poſt facto prouenientem, dicens iſtum adhuc obligatum,
cui ſignat contrarium, & remittit aſſignans duas concor
dantias. Tertio quærit, allegat pro & contra, ſoluit re-
ſpondens ad contraria.¶ In 1.glo.ibi,l.vltim.vide infra.
c.cum conſ.at.in 1.glo.& ibi [celſus] ſi arbiter mandat da
ri calẽdis,duo ſunt mandata.& ibi l.2.in fine.domino no-
lente recipere pretium emphyteuſis, emphyteuta illud,
aſſignatione præmiſſa,deponit. & ibi [ea tamen adiectio]
ſi dicat teſtator. Lego vxori argentum, & veſtem. quæ
ipſius

Digitized by Google

ipſius cauſa parata ſunt, vnum eſt legatum, non ſecus, ſi
dicat, quã ipſius &c. ¶In 1. gl. ibi. [l. commiſſoria] alias
incipit. ſi fundus lege commiſſoria, & ibi [non debet] Vi-
de quod dixi in præ. dec. quia ſuper gl. ſic patet, & quod
dicam poſt Dy. ſ. eod. quod ob gratiam.

QVAESTIO.

Hæc regula inducitur pro & contra diaconum nõ pro-
motum ad ſacerdotium intra annum, cuius caſus ſic pro
ponebatur in ſecunda quæſtione, quam poſt doctoratum
diſputaui. Diaconus promotus ad eccleſiam parrochia-
lem, quæ vltimo Septembris, quo eſt feſtum beati Hiero-
nimi, habuit pacificam poſſeſſionem eccleſiæ, neglexit vſ
que ad quatuor tempora Septembris promoueri ad ſacer
dotium, in ſabbato quatuor temporũ illius menſis nullo
modo potuit promoueri. quæritur, an finito illo menſe, &
conſequenter anno, ſit priuatus per conſtitutionem, licet
cañ. ſ. eo. li. de ele. Eadem quæſtio formari poteſt in diſpẽ
ſato ad ſeptennium, qui infra annum debeat fieri ſubdia
conus, per dec. cum ex eo. in fi. e. ti. vbi de hoc ſcripſi poſt
Archi. regula inducitur contra eum per cõtrarium, quia
per ipſum ſtetit in 5. ſabbatis, quibus potuit ordinari. Pro
ipſo inducitur, ꝙ non ſtetit per eum in 6. & vlt. ſabbato,
quo ſibi id licebat. Et hanc partem proſequendo inducã
6. rationes. & vnam glo. Secundo in contrarium quatuor.
Tertio ſoluam & contrarijs rñdebo. ¶Primo ſic, certum
1 eſt, ꝙ iuſtum impedimentũ † excuſat a pœna priuationis,
vt dicitur in dec. cõmiſſa. §. 1. qui §. in hoc gloſſat dec. li-
cet. ad idem. eo. ti. §. porro. & dec. cum ex eo. ti. eo. in fin. &
cle. de æta. & quali. vt ij qui. §. illi vero, de ſta. mo. ne in a-
gro. §. cæterum. & c. accedentes. §. ſtatuimus. & ꝙ duo iur.
ſ. §. 1. & §. illi vero. notant iuſtum impedimentũ, alia tria
ſ. §. porro. §. ſtatuimus. & §. cæterum, notant rationabilem
cauſam, & finis decr. cũ ex eo, vocat iuſtam cauſã, quod-
cunque horum, ergo includat caſum noſtrũ, ſatis eſt dia-
cono, qui etiam potuit habere cauſam in differendo. be-
ne facit de ele. cum ex eo. lib. 6. vel voluit prius addiſce-
re ea quæ ſacerdotes ſcire oportet. 38. di. nulli ſacerdotũ,
& c. quæ ipſis. ne indignus ordinaretur, vt ibi. & 1. q. 1. nõ
eſt putãda. in fine, ne pœnã incurreret, de quã de æta. & qua
li. c. pe. ¶Secundo ſic probo. Certum eſt, ꝙ iſte nõ potuit
dici moroſus ante ſextum ſabbatum, cum dies nõ inter-
pellaſſet. ff. de rebus cre. l. quod te. & eſt expreſſ. in p̃. dec.
commiſſa. in prin. & ex contrario ſequeretur, ꝙ infra an-
num cogeretur ad ſacerdotiũ, in ultimo ſabbato nõ fuit
moroſus ꝑꝑ iuſtum impedimentum, quod euenit, habẽs
enim defenſionem, vel exceptionem legitimam nõ poteſt
dici moroſus, ſ. eo. non eſt in mora. vbi vide concor. Con
cluditur ergo hunc diaconum immunem a pœnã. ¶Ter-
tio ſic conſtat cõſtitutionem, licet canon. in hoc membro
eſſe pœnalem, cum priuet iur. acquiſito. facit de accu. ſu-
2 per his. ſed in pœnis † benigna ſit interpretatio, ſ. eo. in pœ
nis. cum ſuis concor. & exemplis, propter quæ cum his, q̃
habentur in regula, odia. eo. tit. proſecutionem partis, vel
argumenti huius omitto. Cõſtat ergo, ꝙ etiam ſi caſus eſ-
ſet dubius & vno reſpectu dicatur incidiſſe, & alio nõ, eli
gere debemus benigniorem partem vt nõ inciderit, cum
melius ſit de miſericordia, quam de crudelitate reddere
rationem. 26. q. 7. alligant. & illa ſunt imitatione dignio-
ra, quæ ſunt excellentiora pietate. 9. diſt. c. vlt. ¶Quarto,
certum eſt, quod illa interpretatio dicitur praua, qua re-
ceditur a verbis textus, de deci. ad audientiam. per quam
probatur arguendo a verbis, & ibi concordantiæ in vlti-
ma glo. & verba debent aliquid operari. ſ. eo. l. de priuil.
ſi Papa. ſed, vt dixi, in prin. dec. commiſſa. §. 1. & tres cle.
ibi allegatæ dicunt in ſingulari, iuſto impedimento, & ra
tionabili cauſa. Eſt ergo clarum arguendo a ſingulari, qđ
vnum impedimẽtum & vna cauſa ſufficit, quod hic fuit,
ergo &c. qui dicit contrarium vult, quod pluribus ſabba-
tis fuerit impeditus. & ſic mutat ſenſum, & praue inter-
pretatur, vt prius dixi. facit ad hoc, ſ. eo. lib. de pb. is cui.
¶Quinto conſtat, quod in mora modici temporis nõ eſt
periculum. ff. de iudi. ſi debitori. & lex ipſa dicit modicũ
3 tempus quatuor menſium, & alia lex. C. de fideiuſ. ſanci-
mus. dicit, quod ſi fideiuſſor promiſit aliquem præſentare,
vel pœnam dare, euadit pœnã, ſi poſt terminum infra lex
menſes illum præſentat. Sed iſte diaconus de menſe ſeptẽ-
bris ceſſante impedimento poterit ordinari, & ſi poneres
caſum in ſabbato quatuor temporum quadrageſimalium
hoc liceret in quindena; euadet ergo pœnam, dato, ꝙ illi
alias locus eſſet. ¶Sexto negari non poſſet, quoniam ſi tẽ
pus annuale iſti cucurriſſet, ſaltem reſtituendus eſt ad v-
num ſabbatum, quo fuit impeditus, de quo vide, quod ſa
tis no. in cle. de reſti. in integr. ab eccleſia. in vlt. glo. Et de
hoc, & ad quæſtionem multum facit quod ſcripſi de ap.
ex ratione. ſuper ſi. primæ glo. 2. colum. ver. hoc etiam, &
ſecundum Innoc. & vltra medium. ver. & hoc ſic. vſque
ad fi. vbi plene tractatur de anno quanti temporis negli-
gentia noceat appellanti, & quanti temporis impotentia
ipſum excuſet. Ad hanc partem facit etiam, quod ſcripſi
de cleri. non reſi. inter quatuor. in fi. de illo, qui ex culpa
abſens propter impedimentum ſuperueniens excuſatur.
1 Contra diaconum facit negligentia prioris temporis per
contrarium huius regulæ, cum in quinque præcedenti-
bus ſabbatis potuerit & debuerit promoueri. Circa quod
aduertendum, quòd ante dec. licet canon, rectores paro-
chialium eccleſiarum debebant fieri ſacerdotes, de elect.
cum in cunctis. §. inferiora. de æta. & qua. c. 1. & debebãt
fieri ſ. breue tempus. eod. titu. præterea. quæ expreſſe de
parochiali eccleſia loquitur. Et ſi dicas, quod certa dies
4 ſtatuta non eſt, hoc placet, nam in omnibus † obligationi-
bus, in quibus dies ſtatuta non eſt, præſenti die debetur.
ff. eod. titu. In omnibus ergo ſtatim tenebatur. vnde dec.
ſi pro pauperibus. de præben. in fin. ſ. eod. lib. declarans 2
mentem prædictorum iurium dicit, talem promouẽdum
in proximis quatuor temporibus. retentis ergo terminis
in primo ſabbato ordinationum de menſe Septemb. fuit 2
in mora. & demum in ſequentibus quatuor ſabbatis ag-
grauata fuit mora, & dilatata culpa. Cum ergo lapſo an-
no non ſit presbyter, eſt locus pœnæ propter talem morã
& negligentiam, quam probat lapſus anni. de reſt. ſi autem.
ubi de hoc in prima gloſſ. & c. plerunque. in glo. fin.
¶Secundo ſic, certum eſt, inordinatum puniri, quia ordi
nari debebat. Iſta autem obligatio fuit ſtatim poſt adep-
tam poſſeſſionem quod patet, quia etiam infra annũ mo-
nitus, ſi non ordinetur priuari poteſt, per præ. §. inferio-
ra. ut nota. in decreta. licet canon. in gl. antepe. in princip. 1
Recipiendo ergo tale beneficium ſe ſtatim obligauit ad
ſacerdotium annexum & non leuis eſt culpa, delatum ſi-
bi officium retractare. ff. de admi. tut. l. tutores. ſ. de offic.
Arc. ea quæ. cum concor. tenet ergo tractando eccleſiam
quaſi uiduam quoad illa, quæ ſunt ordinis, ſicut de epi-
ſcopo dicitur. ead. diſt. c. 1. de tranſla. c. 2. uer. neque. ad
periculum parochianorum ſine ſacramentis ſacerdotali-
bus decedentium, eius culpam denotat. & ſibi imputatur.
26. q. 1. presbyter. & c. ſe. imputetur ergo ſibi caſus, ex quo 3
tanta culpa præceſſit. de hoc hic in glo. etiam de hoc re-
gulare, de commo. c. uno. depo. c. 2. ¶Tertio, certum eſt
imputari debere illi, qui ſe arctauit, ſupra de elect. cum in
veteri. & ff. ſi quis ca. l. 2. §. ſi quis tamen, vbi imputatur
ei qui prius proficiſcendo potuit euitare tempeſtatẽ, vel
uim fluminis. & C. de admin. tut. l. 2. ubi imputatur con-
tutoribus, qui tarde ſuſpicionis cauſam mouerunt, &
cum tutor factus eſt non ſoluendo. & ff. de dam. infect.
5 cum poſtulaſſet. ubi ei, qui de damno † infecto agere po-
terat, imputatur ſi tarde prætorẽ adiuit, & edes corruerũt.
6 Item propter temporis † anguſtiam refutatur tardus ap-
pellationis ſeruator. C. de temp. ap. le. nemo. in fin. Impu-
tetur ergo ſibi & non caſui ſuperuenienti dãnũ priuatio
nis, quod ſentit ex ſua culpa. hoc eo. ti. damnũ quod. cum

7 concor. ¶ Quarto imputatur ei qui † non præuidit quod
euenire poterat, de homi.l.is qui.s̃.eo.li.de ſer.non or.c.1.
& ibi concor.& ff.loc.ſi quis domum.§.1.dici ergo poteſt
iſti diacono, qđ voluit, quod non potuit.de of.dele.cum
ſuper.C.de iu.do.ſi genero.C.ſi quis alte.vel ſibi.l.multũ
intereſt.¶ Sol.ſatis placet dictum Arc. notatum vbi s̃. in
prin.ſ.iſtum diaconum non priuatum, cum in primis ſab
batis non fuerit in mora; intellige hoc reſpectu pœnę, de
qua loquimur. & ſic caſus quem non præceſſit mora, vel
culpa non imputetur alle.ff.ſi cer.pe.l.lecta.ff.depoſ.l. Lu
cius. Hoc tamen procedit, quando impedimentum pro-
ueniens in vltimo ſabbato non fuit ex culpa ipſius, vt hic
in glo.alias ſecus, vt de æta.& qua.c.1.procedit autem ſo
lutio, & fortius quando ex iuſta cauſa a principio diſtulit
ſacerdotium, vt dixi in prin.partis 1. Ad ſolutionem be-
ne facit ff.quis or.in bono.poſ.l.2.in pri.vbi omnes dies,
qui dantur ad bonorum poſſeſſionem petendam ſint pri-
mi, medij, vel vltimi, ſunt vt les. Bene facit ff.qui & a qui.
ma.l.Iulianus.qui dicit, caſus aduentitios computandos
non eſſe.& vide in ſuffra.de homi.c.ſi.ſuper vlt.gl.nec pla
cet, quod quidam dicunt, tempus currere, & eum pęnam
incurriſſe, ſed reſtituendum eſſe, vt tangebam in vltimo
argumento primæ partis; quia ſi dicis eum habere iuſtã
cauſam reſtitutionis, illa eadem cauſa eſt ſufficiẽs ad eui-
tandam pœnam, vt in prin. probatum eſt per textus plu-
rium iurium.dico autem, quod in proximo ſabbato tene-
bitur promoueri & de hoc in prin.gl. Ad primum contra
rium & ſecundum dico, quòd ſi cõcedatur, quod dilatio
recipiendi ſacerdotium poterit inducere culpam, & mo-
ram & læſionem conſcientiæ, non tamen induceret morã
vel culpam quoad pœnã, de qua loquimur, in qua opor-
tet integrum annum cedere; etiam ſi ſit certum eum pro
moueri non poſſe, vt in dec.commiſſa.1.reſpon. Ad ter-
8 tium & quartum reſpondetur, ꝙ ille non dicitur ſe † arcta
re in veniendo, qui iter arripuit eo tempore, quo plerique
illius conditionis homines ſolent peruenire.ff.de ver.ob.
9 continuus.§.2.nec obligatus † ad operam, qui incepit eo
tempore, quo perfici poterat ſecundum operam diligen
tis ædificatoris, vt eo.lib.§.item qui inſulam. Cum ergo
veriſimiliter ſecundum morem aliorum ordinandorum
iſte diaconus infra tempus ordinari poſſet, & ſic ſe poſſe
ſperaret, non debet dici ſe arctaſſe, cum congruum & ſibi
ſufficiens tempus haberet; & licet quis præuidere tenea
tur interdum, quod poteſt accidere, non tamẽ tenetur di
uinare, vti dixi poſt Hoſt. de ſer.non ordi.c.1. ſuper gl.ſi.

S V M M A R I V M.

1 *Conditiones ſi plures coniunctim additæ ſint hæredi, diſiunctim omnes ſunt implendæ.*
2 *Copulatiuarum, diſiunctiuarum, & ſolutarum natura quæ.*
3 *Orationis ſolutæ quæ ſit vis.*
4 *Probans obſcure, pro non probante habetur.*
5 *Alternatiue eligens pro non eligente habetur.*
6 *Appellanti, quod nulli obeſt, & ſibi prodeſt, concedendum eſt.*
7 *Appellationis extrau.interpo. & proſequendæ a iure an ſtatutus ſit terminus.*
8 *Inutile adiectum non vitiat vtile.*

R E G V L A LXX.

In alternatiuis Intellige de alternatiuis af
firmatiuis. In negatiuis.n.
requiritur, quòd neutrum
fiat.ff.de ver.obl.ſi quis ita.in ſi. ſecundum Dy. declaro:
quia ſicut affirmatiua vult alterum fieri, ita negatiua vult
alterum non fieri, & ſic neutrum fieri, & ſufficit, vt dice-
bat Dyn. duæ ſunt regulæ de alternatiua loquentes. pri-
ma reſpicit electionem cuius ſit, ſecunda obligationis ef-
fectum. Ad primam allegat ff. de eo quod cer. loc. non
vtique.§.qui Stichum. Ad ſecundam.ff.de con.& de.le.
cum pupillus.§.vlt.& de verbor.oblig. ſi ita quis ſtipule-
tur.¶ Prima glo.dicit vnde ſumpta & ponit exempla. Se-
cundo ſubdit de alternatiuis ordinis. Tertio ſignat con-
trarium, ſoluit, & remittit.¶ In gl.1.ibi[ſi hæredi plures]
1 ſi plures † contradictiones coniunctim adiectæ ſunt hære-
di, omnes implendæ ſunt, ſi diſiunctim, ſufficit altera, vt
ibi.§.ſi generali.vide s̃.eo.contra eum.& ibi[mancipio-
rum]loquitur quando is, cui legata fuerat optio ſeruorũ,
non elegit ĩ.terminũ datũ a prætore.¶ In 1.gl.ibi[man-
dato.]in ſi.& hoc eo.ti.inſpicimus.ibi dixi.& in ſi.itẽ con
tra.ff.de le.2.l.Lucio Titio.ſolutio qđ ibi no.hic Dy.no.ſ.
ꝙ regula locum hẽt in contractib. Item in legatis, cũ ver
ba diriguntur ad hæredem, ſi vero ad legatarium, vel ſim
pliciter proferuntur, eſt electio legatarij, vt ibi. tractat ẽt
2 hic de orõnibus † copulatiuis, diſiunctiuis & ſolutis. pri-
mæ hñt copulam, ſecundæ diſiunctiuam, tertiæ neutrum.
natura copulatiuæ requirit vtrunque, diſiunctiuæ vero al
terum tm̃, concordantiæ ſunt in gl. ſoluta vero ex mente
pronunciantis, ſi certa eſt, aliquando æquipollet copula-
tiuæ, aliquã diſiunctiuæ.ff.de ver.ſi alienationis.§.fin. ſi de
mente nõ apparet, accipitur pro copulatiua: ff.de ver.obl.
triplici.§.videamus.ſed textus regulæ ciuilis, quã in prin.
ponit glo.facit contra: ſed Dy.dicit, ꝙ §.videamus. conſi
derauit dubium ſignificationis ſolutæ: in regula illa cõſi-
derauit effectum, ꝙ in obſcuris ſequitur minimum.s̃.eo.
in obſcuris. Soluta ergo eſt per ſe ſpecies orationis diſtin-
cta a coniunctiua & diſiunctiua, & tripliciter ſignificat:
ſed non habet ab illis diuerſum ſignificatum, vel certum
effectum: ſed aut requirit vtrunque, vt coniuncta. Habet
3 ergo † oratio ſoluta diſtinctam & propriam ſpeciẽ ſigni-
ficandi; ſed non tertium diſtinctum effectum ſignificati.

Q V AE S T I O.

Huic regulæ coadaptatur quæſtio, quã diſputaui poſt
Io.de Deo lib.1.q.18.quam ſic proponebam, quæritur, an
valeat ap.alternatiua interpoſita.ſ.ad archiepm̃ vel papã.
Inducam aũt ad negatiuam quatuor, ad diffinitiuam toti
dem.tertio præmiſ. duabus opinionib. ſoluam diſtinguẽ-
do, & contrarijs rñdebo. Et vr̃ ꝙ non valeat, quia in iudi-
4 cialibus actibus paria ſunt non facere, & obſcure † probãs
pro non probante habetur.ff.de proba.in præſentia.ergo
&c. facit ff.de conſeſ.certum.& de inter.act.de æta.§.ni-
5 hil.¶ Secundo, alternatiua † intantum fuit improbata, ꝙ
eligens alternatiue, habetur pro non eligente, de ele.eo.
lib.in electionibus. Idem, ſi cum ſeruus duorum ſtipulatur
illi aut illi, vel ſtipulatur illi 10. aut illi fundum.ff.de ſti.
ſer.l.item ſi ſeruus.in ſi.cum l.ſeq.& ſnĩæ incertæ non va-
lent.2.q.6.§.dñia.ff.de re iud.in ſumma.& imputandũ eſt
ei, qui non declarauit.eo tit.contra eum.nec cum alterius
damno vagari licet.de reſcri.c.vlt.¶ Tertio ſic probatur,
conſtat, ꝙ delegatus dẽt eſſe certus.de reſcr.ad hoc.ſic ar-
biter de arbi.innotuit.& tutor.ff.de teſt.tu.tutor incertus.
ſic ergo & certus debet eſſe iudex, ad quem appellatur.2.
q.6.§.poſt datam.& c.propter.& c.ab eo.& §.forma. vbi
ſatis innuitur, ꝙ ad vnum certum & non ad plures eſt ap
pellandum: alias nec certi apoſtoli dari poſſunt, nec etiã
ad ſe præſentandum congrue poſſet terminus aſſignari.
de quo s̃.eo.perſonas.& c.cum ſit.¶ Quarto iura probãt,
ꝙ vitiat incertitudo, ꝙ alias valeret. ff.de teſtam.tu.duo
ſunt.de manu.teſta.cũ ex pluribus.de reb.du.ſi quis. inſt.
de leg.§.legari.nam etiam decretum papæ non adſtringit
ſuper incerto.s̃.eo.lib.de con.præ.c.1.§.ſubiunctum, in
ſi.& cle.eo.tit.c.1.facit de ele.vt quis duas.eo.lib. & quia
ĩ.decem dies non elegit, poſtea non audietur.ff. rem ra.
ha.l.bonorum.¶ Contra, quòd valeat appellatio.ar.ff.de
iud.ſi quis intentione, vnde accipietur, quod ſit vtilius ſi
bi, vt poſſet eligere, & interpretari debemus, vt res valeat
& non pereat.ff.de re.du.quoties. ¶ Secundo inducitur
lex, ſi ita.ff.de contrahen.empt.vbi patet, ꝙ admittitur al
ternatiua in re vendita, cum.ſ.vẽdo illã, aut illã rem. vide
s̃.eo.contra eum, poſt prin.gl.ſic ergo. & in appellatione.
6 nam † concedendum eſt appellanti, qđ nulli obeſt, & ſibi
prodeſt.ff.de euic.l.in creditore.¶ Tertio petitio incerta
admittitur, dũ tñ certificetur.ff.de rei ven.quæ de tota.§.
incerta.

Digitized by Google

incerta. & alternatiuus libellus admittitur. de in inte.re-
ſti.conſtitutus, appellatio autem dicitur libellus.2.q.6. ſi
quis libellos.¶ Quarto videtur, ꝙ app.teneat, & ꝙ taliter
appellans teneatur adire papam. de ap.ſi duos. ꝙ tamen
debeat adire nominatim prius, eſt arg.de præb. mãdato.
de elec.c.pen.ver.vel ſi. Sol.Io.de Deo dicit, quod refert,
vtrum appellet poſt ſententiam, & tunc non tenet appel-
latio, ſi non eſt recepta a iudice, vel a parte: quia ſi non
probat ſententiam iniuſtam, rata manet.2.q.6.c.ei qui.ex
tra, de ap.ſæpe.ſi autem recepta ſit, tunc non eſt quæſt.ſi-
ue ante ſententiam, ſiue poſt: tamen ante ſententiã non
debuiſſet recipi. extra de ap. vt debitus. hæc ſolutio non
ſubintrat dubium.G.Na. de ap.conſuluit.2. tenuit talem
ap. iudicialem non tenere: quia apoſtoli debent eſſe cer-
ti, & determinati.2.q.6.§.forma. In extraiudiciali puta-
tur contrarium, cum illa ſit prouocatio ad cauſam.de ap.
cum ſit.mihi videtur, ꝙ talis ap.teneat de iur.ciuili, cum
non relinquat appellatum incertum. Ratio: quia ad impe
ratorem non appellatur omiſſo medio.ff.de appellat.im-
peratores.& ita ad proximum videtur appellaſſe, argum.
ff.de ſtipula.ſeruo.nam cum vterque. & l.præce.ff. de ſo-
lutio. quæ res.§.ſi ſeruus.ff.de fideiuſſ.ſi fideiuſſor.in prin
cip.ſed quia de iure canonico appellare poteſt ad papam
omiſſo medio, dicerem non tenere, niſi probabilis dubita
tionis cauſa ductus ſit, ſicut alternatim appellare, ar.s̈.eo.
lib.de poſtu.c.1.ff.quorum leg.l.1.§.qui autem. Et pone
exemplum s̈.eod.lib.de offic.delega.ſi is cui.vbi de hoc
gl.no. quia & prædicta vera, niſi alterum eorum eligat in
fra illud tempus, infra quod poterat appellare, vt ibi not.
Fateor, quòd ſpeculator fouet contrarium, in Spe.de app.
§.nunc tractemus.ver.ſed pone aliquis.& verſic.quid. &
de hoc per Arch.2.q.6.§.poſt datam. & §.illo videlicet.
Ad contraria reſpõdet, ꝙ loquitur, cum nullus terminus
eſt ſtatutus; & nullum diſcrimen aduerſarij verſatur.Cõ-
7 ſtat autem † ꝙ extraiudiciali ap. interponendæ, ac etiam
proſequendæ ſtatutus eſt terminus a iur. patet primum.
s̈.eo.lib.de appellatio.concertationi.ſecundum in clemẽ.
eo.tit.ſicut in vtraque.Igitur niſi infra terminum qui de
buit appellare certificet alterum eligendo, videatur non
appellaſſe. Ex prædictis patet, quod ſi ab archidiacono
appelletur ad epiſcopum, vel archiepiſcopum, valeat ap-
pellatio ad epiſcopum, cum ad archiepiſcopum non po-
8 tuerit appellari: & regulariter inutile† adiectum non vi-
tiat vtile.eodem tit.vtile.ſecus ſi conſuetudo haberet ad
eum appellari poſſe. ſupra eodem libro. de appellationi-
bus. Romana, ſecundo reſponſo. Idem dico de quatuor
principalibus patriarchis, ſi vera eſſet opinio, quod ad ip
ſos poſſet, omiſſis medijs, appellari. Super quo vide quod
dixi de priui. antiqua. in fine.

SVMMARIVM.

1 *Neceſſario quæ ſumpta ſunt, non debent in argumentum trahi, & num.11.*
2 *Miſericordiæ opera omnibus omnium ordinum hominibus neceſſaria.*
3 *Neceſſitas illicita, licita reddit.*
4 *Neceſſitas a periurio, & a furto excuſat, & ab homicidio.*
5 *Monacho an liceat poſtulare in iudicio. & nu.8. & num.12.*
6 *Monacho an liceat procurare in cauſis agendis.*
7 *Monacho quæ competant proprie.*
9 *Monachi & clerici pro patrocinijs ſalaria exigentes degradari debent.*
10 *Vſuras exercere non licet etiam pro redimendis captiuis.*
11 *Argumentari licet non ab ijs, quæ neceſſitate contra iuris prohibitionem ſunt conceſſa.*

REGVLA LXXVIII.

In argumentum. Io. mon. dicit ponen-
dũ caſum per c. ſicut
Deus.diſt.1. & per ca.
quanto.s̈.de conſuetudine. ¶ Prima gl. dicit vnde ſum-
pta. & ponit exempla, interſerens ſolutionem ſuperflui
tatis.ſecundo no.ex regula generali, quod determinatur.
1 ¶ In gl.1.ibi, quę propter neceſſitatem† recepta ſunt, non
debent in argumentum trahi.¶ In 1.gl.ibi[alias non lice
ret.] hoc ideo: quia ibi eſt prohibitio.dicit enim litera le
gis ſecundæ, id licere in hoc tantummodo caſu, alias vbi
non eſſet in contrarium prohibitio expreſſa, vel quę æqui
polleat expreſſe id, quod propter neceſſitatem conceſſũ
eſt, propter eandem, vel maiorem neceſſitatem bene poſ-
ſet in argumentum trahi. Nam quæ conueniunt in iden-
titate rationis, per conſtitutionem iur. ſeparari non dñt,
vt ff.de fonte.l.vna.§.hoc interdictum. & de iniuſ.teſta.l.
poſt humi. & per hunc modum dicit concordari glo.l.ſe-
cundæ ad gl.l.quæ propter.ff.eo.ti.cui videtur contraria.

QVAESTIO.

Hæc regula ſatis ſoluit quæſtionem, quam diſputauit
dominus meus dominus Marſilius, quia quærebat, an
bonus aduocatus in vtroque iure, & monachus monaſte
rij multum ęre alieno grauati de mandato, vel licentia ab
batis poſſet poſtulare in vtroq; foro, vt de lucro eius mo-
naſterium releuetur a debitis. Ad affirmatiuam inducun
tur 5. rationes. & duæ glo. ſecundo ad negatiuam tres ra
tiones. Vltimo datur ſolutio contrarij: & reſpondetur.
¶ Quod ergo poſſit, videtur: quia licet monachi prohi-
beantur poſtulare.16.qu.1.de præſentium.ab hac tamen
prohibitione excipitur vtilitas monaſterij cum imperio
abbatis.16.q.1.monachi.2.s̈.de poſt.c.2.ſed in terminis
quęſtionis vtrinque concurrit vtilitas monaſterij & abba
tis imperium, ergo poſtulare licebit. ¶ Secundo, cum re-
ſeruare monaſterium ab onere debitorum ſit pium opus
& appetibile. vnde propter id, ſicut & pro redemptione
capitiuorum, permittuntur ipſius monaſterij mobilia, &
immobilia diſtrahi. 10. q.2. hoc ius porrectum. & opera
2 †miſericordiæ communia ſunt, & neceſſaria omni ſtatui,
omnibus officijs, & omnibus ætatibus. 86.diſt. non ſatis.
ante ſi. ergo videtur non ſolum poſſe, ſed etiam teneri ad
id. fortificatur autem hoc dec.2.de teſt.1.reſpon.s̈.eod.
lib. vbi executio vltimæ voluntatis: quia pium eſt opus
de licentia ſui prælati religioſo permittitur. ¶ Tertio con
3 ſtat, quod alias † illicitum ꝑꝑ neceſſitatem ſit licitum. de
con.di.1.ſicut.& di.5.diſcipulos.de conſue.quãto.de ob-
ſer.ieiu.conſilium.s̈ e.ti.ꝙ non eſt ff.ad l.Rhod. de iac.l.
2.§.cum in eadem.Hinc eſt, ꝙ neceſſitas excuſat a periu-
4 rio † de iureiu.querelam.cum concor. & a furto.s̈.de fur.
ſi quis.& ab homicidio, vt patet in cle. de hõ. ſi furioſus.
5 in ſi. ergo propter neceſſitatem † monaſterij licebat hoc
monacho.¶ Quarto inducitur regula hoc eo.ti.qui ſẽtit.
cum concor.Cum.n.monaſterium ſentiat onus alimento
rum iſtius, & forſan iſte neſcit operari, decens eſt, vt ex ip
ſius opera aliquod commodum perciperet.¶ Quinto in-
ducitur, ꝙ vbi abbas mandat, monachus parere tenetur.
de tem.or.ad aures.de offi.ord.quanto.nec debet mona-
chus de ſui maioris ſnĩa iudicare, cuius officij eſt obedi-
re & implere, quæ iuſſa ſunt.vt dicit Hier.ad Ruſticũ. vi-
de in Hier.& eius imperio ſubeſt vice Dei, nec hẽt velle.
12.q.1.non dicatis.s̈.eo.li.de ele.ſi religioſus.in prĩ. & de
ſepul.c.ſi.pareat ergo.¶ Sexto ad hanc partem inducunẽ,
quæ ſcripſi poſt Inn.& Ho.de iud.cum I. & A. in glo.no.
per hoc, ver.tu vero dicas.vſque ad ſi. vbi tenet, ꝙ ẽt pro
6 amico mon.põt monachus† de abbatis lnĩa eſſe procu. &
opi.quæ hẽt, ꝙ pro miſerabilib. poſtulare pñt, quã ſcrip-
ſi.s̈.de poſt.c.2.ſuper 1.gl.¶ In contrarium inducitur p̃d.
7 c.de pñtiũ.16.q.1.vbi dñr mona.competere† quies, orõ, &
labor manuũ, qbus contraria ſunt cã ſi ſtrepitus, & publi
ca litigia, cui optime conuenit, qđ no.in cle.de ſta.mo.ne
in agro.§.qa vero.in gl.q̃ inci.de of.or. ¶ Scđo: qa ſi pro-
8 hibentur† leges audiri, multofortius in foro ciuili poſtula
re.patet primũ, ne cler.vel mo.ne in agro.& c.ſuper ſpec.
Eſt enim eis opprobrioſum, ſi velint videri periti ſecula-

Digitized by Google

tium negotiorum. C. de epi. & cle. repetita. de teſt. cõſul-
ta. & hac de cauſa ſuadetur eis, ꝙ pro negotijs monaſte-
rij conſtituant ſindicum. de ſin. c. vno. ¶ Tertio multũ fa-
9 cit can. 15. q. 2. c. vno, vbi non ſolum † monachi ſed & cle-
rici pro patrocinijs ſalaria exigentes, ſicut vſurarum exa-
ctores degradari iubẽtur. ſi ergo lucrum, de quo quęritur,
in eis illicitum eſt, nulla dubitatio, ꝙ officium pro tali lu
cro exercere non poterunt: ſicut nec licet exercere vſuras
10 † pro redimenda vita capti. de vſur. ſuper eo. & faciunt ibi
concordantiæ. 1. gl. & no. ne cle. vel mon. ne in agro. ¶ So.
11 dixit † per vlt. alle. monachum, de quo quæritur, poſtulare
non poſſe. Coadiuuando, dicatur, quod bene facit hæc re
gula, per quam patet, quod ſi contra prohibitionem iur.
aliquid de neceſſitate conceditur, de illo non licet argue-
re ad caſus etiam vbi vigeret ſimilis ratio, vt hic in regu-
la, quæ a iur. illa enim argumentatio conueniret his, quæ
cõſonant iuri communi, vt ibi ſcripſi. bene probatur hoc
dictum, ſupra eodem libro de regu. conſtitutionem. 1. rñ.
vt ibi no. in vlt. glo. & de pęn. Romana. de hære. ſtatutum
enim. in fi. 1. rñ. Reſtat ergo, ꝙ cum prohibitio, de qua lo-
quimur, ſit generalis, & habeat caſum exceptum, & ad a-
lios caſus exceptio extendenda non eſt, nec eſt verum, ꝙ
exceptio includat caſum, de quo loquimur, ꝙ intelligi-
12 tur de vtilitate † directa ex cauſa in qua patrocinãtur, pu
ta pro conſeruanda libertate mon. vel alijs rebus in iudi
cio defendendis, vel recuperãdis. vnde c. monachi enim.
16. q. 1. non ſimpliciter dixit, monaſterij poſcat vtilitas,
ſed dixit expoſcat, quaſi deſiderat, ꝙ directe poſcat. Con
ſtat autem, ꝙ cauſæ, cui patrocinatur pro lucro ad clien-
tulum, non ad mon. ſpectat vtilitas. & facit de priuil. au-
ctoritate. in fi. lib. 6. & cle. de deci. c. 1. in fi. & per hoc eſt re
ſponſum ad allegata primo. Ad allegata: ſecundo & vlti-
mo reſpondetur, quod opera pietatis non fiunt pro terre
no lucro, ſed pro diuina mercede. Conſtat autẽ, quod mo
nachus pro aliquo temporali lucro clauſtrum exire nõ de
bet. 16. q. 1. placuit. 2. q. princip. & monachus de nummis
loquens dicendus eſt inſtitor. ea. q. ſi cupis. quod allegaba
tur. Tertio loquitur de directa neceſſitate, qualis iſta non
eſt, cum etiam vltra id, quod facere poteſt, monaſterium
non teneatur. de ſolu. Odoardus. de reſt. ſpo. olim. 2. ff. de
ſolu. nam is. regula qui ſentit. non obſt. quia recipiendo
illum ad profeſſionem, obligauit ſe ad alimenta & multa
emolumenta licita. ſucceſſionem legatorum & conſilium
mon. ſperare & conſequi poteſt, quod allegatur quarto
procedit, quando præceptum abbatis non eſt de genere
prohibitorum, ſuper quo vide, quod nota. de tempori. or
dinan. ad aures. in glo. 2. Ioan. An.

SVMMARIVM.

1 *Ius ciuile vnum aliud tollit.*
2 *Teſtandi ius iuri naturali & gentium incognitum, introductum eſt per ius ciuile.*
3 *Querela per quam peruenitur ad hæreditatem peten. ſublata, & ipſa hæredi. petitio ſublata videtur.*
4 *Reprobare non licet, quem approbat papa.*
5 *Papa vni ius tollere, & alteri dare an poſſit.*
6 *Conceſſio per Papam contra ius commune an valeat.*
7 *Conceſſio per Papam contra ius particulare, quando valeat.*
8 *Mandata literarum beneficialium ambitioſa & reſtringenda.*
9 *Obligationum, ſeruitutum, & impedimentorum duorum altero ſublato, remanet alterum.*

REGVLA XVII.

Indultum. Hic tractat Dyn. & in quęſtionem
recludit caſum decre. paſtoralis.
§. de excep. an iudex ad dilatorias
proponendas poſſit ſtatuere terminum, poſt quem reus
non audiatur: quærit idem de peremptorijs, de quo ibi
ſcripſi ſuper 1. gl. ipſe vero tenet, quod cauſa cognita po-
teſt aſſignari, poſt quem etiam ante ſententiam non au-
ditur. Poſt hoc quærit, an legitima, quæ debetur filio in
bonis patris, poſſit auferri, vel minui per l. municipalem,
quod non poſſit, facit hęc regula, cum concor. in Auct. de
nup. §. ſi non ſor. Item cum l. municipalis ſit ius ciuile. ff.
de iuſt. & iure. l. ius ciuile. per quod iura ſanguinis diminui nõ
poſſunt. ff. eo. tit. l. iura. ergo &c. Item ius agnationis non
poteſt tolli per pęnam. ff. de pac. l. ius agnationis. ergo nec
per ſtatutum ſi vera eſt glo. C. de decu. ſuper rubrica, per
eundem modum. ar. de l. ſi quando. §. illud. C. de inoffic.
teſtam. Item de l. pactum. & l. fi. ff. de pac. per quarum pri
mam probatur, non valere pactum de pœna minuenda,
per ſecundam probatur, non valere pactum futuræ ſucceſ
ſionis, ergo nec ſtatutum. Item cum ius naturale, per
quod debetur legitima, ſit immutabile. ff. de capi. dimi. l.
eos. ergo & ipſum ius cõſequendi erat immutabile. ¶ Ad
1 contrarium inducitur: quia conſtat, quòd vnum † ius ci-
uile tollit aliud. Inſt. de iure na. §. pen. ff. de legi. de qui-
bus. & l. non eſt nouum. ſed quota debita filio taxata eſt
iur. ciuili, non iur. naturali, quo nil proprium erat, cum
iur. gentium dominia fuerint diſtincta. ff. de iuſti. & iure.
l. ex hoc iure. ergo illa taxatio per ius ciuile, ideſt muni-
cipale, tolli poterit. Item cum iur. naturali & gentium
2 fuerit incognitum † ius teſtandi, & per ius ciuile inductũ.
Inſtitu. de teſta. poſt princip. Item cum per petitionem
hæreditatis inductam iur. ciuili veniatur ad bona pater-
na. ff. de peti. hære. l. 1. & 2. ergo iſta per ius ciuile inducta
per illud tolli poterunt & ſublata petitione, quæ eſt me-
dium perueniri non poterit ad extremum: ſicut ſublata
3 querela † per quam peruenitur ad hæreditatis petitionẽ,
& ipſa petitio ſublata videtur. C. de inoff. teſt. ſancimus. §.
1. & ſublato iur. reſtitutionis per quod peruenitur ad re-
ſciſſoriam, & ipſa reſciſſoria ſublata videtur. ff. de act. &
ob. in honorarijs. §. ſi cum reſciſſo. Idem in pignoratitia,
ſublato iur. offerendi, per quod peruenitur ad illam. C. de
præſcrip. 30. an. cum notiſſimi. & no. ff. de dam. infe. ſi fini
ta. §. præterea. & quod dicitur de debito iure naturæ, ex-
ponitur ſcilicet iure ciuili, ſtatuto perſuadente naturali
coniunctione, vt allegatur & exponitur. ff. de ver. ſig. pro-
nunciatio. §. familiæ. per quæ tenet Dy. quòd de iuris rigo
re legitima diminui poſſit, & auferri per l. municipalem.
& ſi ęquitas ſuadet contrarium, eſt tamen in genere tradi
ta, quare rigor præualet, remittens in hoc ad id, quod no
taui eod. tit. poſſeſſor. pro hac ſolutione bene facit de te-
ſta. Ray. ad fi. ¶ Prima glo. ponit exempla. ſecunda oppo
nit de quatuor iuribus & ſoluit diſtinguendo & exempli-
ficando. 3. inducit ad quæſtionem. ¶ In 1. glo. ibi [l. 2] di-
cit id quod dec. quod ad conſultationem. ¶ In 1. glo. ibi
[commiſſa] hic intelligo quo ad pęnam iur. de qua ibi lo
quitur, hoc dico propter id quod notaui eod. tit. licet ca-
non. in glo. antepen. in princip. [ad appellandum] idem
hic Dy. per modum quæſtionis. & ibi. [hominẽ auferre]
Idem hic Dy. dicebat Io. mo. regulam procedere, vbi iur.
beneficium ſiſtit indulto, nec vltra procedit. Item nullo
extrinſecus operante. dicebat enim ipſe Io. mon. hanc re-
gulam fallere, quando duo indulta prouidẽt in diuerſis:
quia tunc priuilegium, quod eſt potius teneũdum. ff. de mi
nori. verum. in fine. ponit caſum, quando minor cõtraxit
cum filiofa. maiore. præualet enim beneficium ætatis ſena
tuſconſulto. minus ergo cedit in his digniori. ff. de iudi. l.
per minorem. ff. de albo ſcri. l. 1. C. de aduo. di. iudi. reſti-
tuendæ. in fi. ſ. de off. le. volentes. de cõ. ecc. vel alta. quod
in dubijs. ad dec. ſuper quæſtionum. §. ſi vero duo. reſpon-
det, quod ibi eſt quid imputari ei, qui recipit ſubdelega-
tionem, ex cuius mixtura impeditur procedere app. remo
ta. Item quia ibi minus dignum erat adiutum iur. com-
muni, quod permittit appellare, ideo vicit dignius, quod
non adiutum vinceretur a digniori. fallit etiam regula ſe-
cundum eum in concurſu diuerſarum obligationum in
eadem perſona, vt principalis & acceſſoria. quia punitur
acceſſoria. ff. de fideiuſ. Generaliter. Item fallit in caſibus,
quibus quis priuatur iur. ſuo ſine culpa, de quibus etiam
remittam j. eod. ſine culpa.

QVAE-

Digitized by Google

QVAESTIO.

Hæc regula facit ad qõnem ſatis utilem, diſputatam p
fratrem Iacobum, quæ ſic proponebatur. Legatus, cui ſpe
cialiter papa conceſſit, ut authoritate apoſtol. poſſet in
quolibet monaſterio ſuæ legationis unum monachum po
nere. Cuidam eadem authoritate conceſſit, ut reciperetur
in certo monaſterio & in monachum & in fratrem, quæ-
ritur, utrum annus probationis monaſterio reſeruetur. In
ducentur primum quatuor rationes ad negatiuam, ſecun
do totidem ad contrarium, tertio dabitur ęqua ſolutio cõ
cordans contraria. Et quod non ſeruetur, probatur, quia
legatus gerit uices papæ. de offic. leg. c. 1. & c. quod tran-
ſlationem. de præſum. mandata, maxime in ſpecialiter cõ-
miſſis, ut hic patet. de præbend. hi qui. ſed ſi papa pro illo
ſcripſiſſet, monaſterium non habet annum, cum non li-
4 ceat † reprobare, quem papa approbat, imo ſacrilegium
dicitur, indignum reputare, quem princeps elegit. 27. qu.
4. §. qui autem. C. de cri. ſal. l. 2. ergo nec habebit ſcribente
5 legato. cum ergo papa † ius unius tollere poſſit & alteri
concedere. 11. q. 3. cuncta. & c. principalem. & c. nunc ue-
ro. & c. conqueſtus. concedendo legato, quod ibi mona-
chum ponere poſſit, omnimodam poteſtatem monaſte-
rio abſtuliſſe uidetur, cum nil monaſterijs reſeruauerit, fa
cit de priui. cum olim eſſemus. ¶ Secundo ſic probatur,
6 cum papa aliquid † alicui concedit, ſi conceſſio eſt contra
ius commune, ualet, quaſi illud ius tollat quod non igno-
7 rat. C. de teſta. omnium. ſed ſi ſcribit contra † ius alicuius
particulare, quod ignorare poteſt, non ualet conceſſio,
niſi de illo fiat mentio. de reſcrip. conſtitutus. unde cum
exceptio probationis ſit exceptio iur. quam papa non i-
gnorat, concedendo quod ponat monachum, illam tol-
lit, etiam ſi id non exprimat. hæc probantur. ſ. eod. lib. de
conſti. c. 1. debebit ergo recipi, nec poterit prouiſionis hu-
ius effectus impediri, niſi crimen cum infamia opponere-
tur, de accuſ. accedens. ¶ Tertio ſic, conſtat, quod mona-
ſterium ſuo motu ſtatim poſſet aliquem ad profeſſionem
recipere, de regul. ad apoſtolicam. & ſ. eod. li. eo. titu. con-
ſtitutionem, fortius hic debet legato licere, qui ſuperior
eſt. facit de off. leg. dilectus. ſ. eo. li. de præb. ſi a ſede. obe-
diant ergo monachi legato, niſi oſtendant rationabilem
cauſam non parendi. de re. ſi quando. rationabiliter opor
tet, quod ſit de extanti, nõ de futuro. de excep. paſtoralis.
de elec. ut circa. & c. procurator. futura enim ſunt incer-
ta, 24. q. 3. corripiantur. de incertis non in dicta eccleſia.
22. di. erubeſcant. ergo ſi nil extans opponunt, recipere il
lum tenentur. ¶ Quarto ex contrario duo inconuenien-
tia ſequerentur, primum quod ex uoluntate abbatis &
monachorum penderet poteſtas legati, imo & papæ con-
ceſſa legato contra id, ſ. de poſtul. bonæ. 1. uerſi. nec no-
cebat. per id ergo nec impediri debet, nec differri gratia
facta legato, ſup. eo. li. de offic. leg. ſi ſuper gratia. quæ etiã
late interpretanda eſt, eo. li. de præb. ſi cui. de don. cum di
lecti. & quia res ualeat. de uer. ſig. abbate. & uerba habent
effectum. de cleri. non reſi. relatum. cum concor. Secunda
inconuenientia, quia per eundem modum in monaſterijs
habentibus certum numerum monacorum, ſi negligunt
numerum implere. inf. tempus concil. Later. inutilis eſſet
ſuperioris impletio, ex quo de arbitrio monachorum per
probationis annum illa penderet, contra id 9. q. 3. cum ſi
mus. in fin. & vide quod in cle. ſcripſi de ſup. ne. præ. c. v-
no. in gl. & in talibus. concluditur ergo, annum probatio-
nis monachis non dandum, nec ob. hæc regula, cum hic
fiat authoritate papę per legatum, & faciunt exempla hic
no. ¶ In contrarium primo inducitur hæc regula cum cõ
cor. cui ſtandum, vbi contrarium non exprimatur, vt hic
no. nam videtur, quod quandocunque papa ſcribat pro
beneficiando, rationabiles defenſiones admittuntur, niſi
aperte appareat ipſius contraria voluntas. de offi. dele. ex
parte. 2. de æta. & quali. accipimus. ergo & propter ſcribẽ-
tem reſeruaretur annus, fortius vbi ſcribit legatus, & ta-
lia quæ præiudicium alterius reſpiciunt, vel non nocent
alij, vel illa interpretantur ſtricte, dummodo aliquid con-
ferant, & ſm ius cõe, quantum fieri poteſt, hęc patent per
ordinem. ſ. eo. lib. de re. quamuis. de ec. ædi. ad audientiã.
de priuil. paſtoralis. & c. in his. de reſcrip. cauſam quæ. de
8 conſuet. c. cum dile. de off. or. licet. Item talia mandata † q̃
habent naturam literarum beneficialium ambitioſa ſunt
& reſtringenda. ſ. eo. lib. de præb. quãuis. alias dicemus,
ergo per tales literas vel mandatum ius cõe non tollitur,
de quo in reſcript. papæ mentio facta non fuit. de reſcrip.
nonnulli. de ca. mo. ex parte. & ſic annus probationis mo
na. reſeruatur. ¶ Secundo probatur ſic, Ex duabus obliga
9 tionibus, † ſeruitutibus, vel impedimentis vna, vel vno
ſublatis remanet reliquum. patet primo, de do. & con. cũ
dilecti. ſm ff. de ſeruit. vr. præ. ſi domus tua. tertium de vſu
pal. ex tuarum. ſed in creatione monachi duo concurrunt
electio, ſpectans ad abbatem, & conuentum, vel ad alte-
rum. ſ. eo. li. de regul. cap. vl. & ius probãdi per annum, vt
in c. ad apoſtolicam. licet ergo mona. priuetur primo iur.
non tamen ſecundo per prædicta iura. ¶ Tertio, ſic in gra
tia ſpecialiter facta legato duo notantur, primum, quod
ſubintelligitur, ſi is, pro quo legatus mandabit, erit ido-
neus. de præſump. dudum. de reſcri. cum adeo. Iſta vero i-
doneitas apparere non poteſt niſi per probationem. ergo
&c. Secundum, quia in ea non veniunt, quæ concedens
veriſimiliter non eſſet in ſpecie conceſſurus. inf. eo. in c. in
generali. cum concor. ſed veriſimile non eſt, quod papa
tollere velit monaſterio probationem monachi, qui curio
ſus eſt circa monaſteriorum quietem. 18. q. 3. quã ſit. Sed
probatione denegata forte reciperetur litigioſus, plenus
ſcandalis & diſcordijs, qui ſeruorum Dei contemplatio-
nem & quietem turbabit, quod certum eſt, papam nolle,
cum ex eo permittat etiam iam receptos eijci, & alibi col
locari. de regula. ca. fin. de ſta. mo. ea quæ. poſt prin. Bene
facit de ele. venerabilem. ver. nunquid enim. ¶ Quarto al
legatur notabiliter decre. ſuper eo. de offic. deleg. vbi per
mandatum factum legato dato ſuper quæſtione iur. præ-
ſentandi, quod ad præſentationem vincentis ordinet ee-
cleſiam, non præiudicatur illi, ad quem ſpectat inſtitutio.
Sic in propoſito non præiudicetur monaſterio cui com-
petit probatio. Cõcludatur ex p̃dictis monaſterio cõpete
re annum probationis, cui rei non obſiſtit mandatum le-
gati, qui mandauit illum recipi, & monachi recipiunt,
prout monachi recipi debent, ſ. cum beneficio probatio-
nis recipientis & recepti, cuius contrarium vt reprehenſi
bile fieri prohibetur. de regul. ad apoſtolicam. in prin. &
in fin. & 17. q. 1. Conſaldus. vbi etiam innuitur in regula
beati Benedicti, & conſtitutione Gregorij id eſſe prohibi
tum, quod multum facit. Soluit, quod beneficium annua
lis probationis reſeruatur monaſterio per vltimo alleg. nõ
tamen reſeruatur illa voluntaria repulſio, quę reſeruatur,
ſi legatus non ſcripſiſſet, ad mandatum ergo legati illum
recipiunt, ad quod alias non tenerentur. & in hoc valet
gratia legati, & ſic probabit legitimam repulſionis cau-
ſam, quam percipere potuerunt, ſi in ipſo tempore proba
tionis illum repellere potuerunt. & ſic gratia ſatis confert;
& ius commune non læditur, facit de conſuetudi. cum
dilectos. & per hunc modum videtur ſatisfactum eſſe con
trarijs.

SVMMARIVM.

1 *Infames quacunque infamia, dignitatibus participare non debent. & num. 2.*
3 *Infamia iuris quibus caſibus irrogetur.*
4 *Infamia facti quos habeat effectus, & quibus contingat modis.*
5 *Electo opponens infamiam, ſi non probet, an ſit puniendus.*
6 *Electo qui obijcit, an debeat iurare ſe probaturum, quæ ab eo obij-ciuntur.*
7 *Illegitimitatis infamia an transferat onus probandi.*
8 *Electionis canonicæ aſſertio an includat legitimitatem & ætatem idoneam.*

9 *Electo*

9 *Electo omni confirmatori duo probanda.*
10 *Alimentorum tranſactio tribus conſtare debet, quorum vno o-*
miſſo, an valeat.
11 *Adulterium potius præſumi de iure canonico, quam matrimoniũ*
in electo.
12 *Negatio rem dubiam reddit.*

REGVLA LXXXVII.

Infamibus. Dicit Dy. de infamia iur. & facti,
de quibus dicam ſuper gl. hanc re
gulam intelligi, cum in dignitati-
1 bus † participare non debeant infames quacunque infa-
mia. C. de decur. infamię. & l. ne quis. de infami. l. infames.
ff. de poſtula. l. 1. §. ait prætor. 2. & de aſſeſſ. l. 1. ff. de iud. cũ
prætor. §. non autem. ad l. Iul. de vi pri. l. 1. & dicit non ſo-
lum impedit præfici, ſed etiam remoueri facit a dignita-
tibus habitis. C. de dig. l. hæc infamia. lib. 10. & de dig. l. iu
dicis. lib. 12. [portæ non pateant] quaſi non aperiantur,
nec detur ingreſſus per illas, ſed obſerentur eis. De ſangui
ne Chriſti dicitur, quod fidelibus apparuit prius obſera-
ta ianua paradiſi. de bap. maiores. verſi. caute. Porta ſm
deriuatores dicitur a portando intus & extra. Sed olim
portæ dicebantur proprie ciuitatum, quas olim ædificare
volentes, in circuitu ducebant aratrum, per illud ſic ſulco
deſignantes locum murorum, ſed vbi debebat eſſe porta,
ſuſpendebant aratrum, ne terram tangeret, a qua porta-
tione dicta fuit porta, ſed hodie latius accipitur, vt patet
ſ. eo. li. de cõſe. eccl. vel alta. c. vno. in fi. habemus ianuas,
vt ſ. & 23. q. 4. tres pſonas, fores. 50. di. in capite, oſtia. de
pœ. di. 1. importuna. valuas. de ſpo. conſultationi. in prin.
quæ omnia propoſito conuenirent. ¶ Prima glo. ponit e-
xempla, remittit de infamia, & dicit hic dignitatem lar-
ge ſumi. In prima glo. ibi. [l. vna. lib. 10.] vbi dicitur, quod
2 infames non fungantur † honoribus curialium, tamen ci
uilium munerum vacationem non habent. In gloſ. 1. ibi
3 [porro infamia] Dyn. dicit hic, infamiam † iur. irrogari
per ſententiam his caſibus, quibus iure cauetur damnatũ,
eſſe infamem, vt in damnato furti, vi bo. rap. iniuriarum,
& de dolo malo, & in caſibus, qui habentur ff. de his qui
4 no. infa. l. 2. Infamia † vero facti opinionem lædit apud
bonos & graues, quod diuerſis modis contingit, vt ſi quis
damnetur actione deſcendente ex delicto, quæ iuris infa-
miam non irrogat, vel in condictione furtiua, de actionib.
& obligation. l. ceſſat. interdicto vnde vi. quod de iure nõ
infamat. ff. de vi & vi arm. l. neque iſta grauant opinionẽ.
ff. de obſequi. l. honori. & l. parens. & l. licet. Idem ſi pater
in teſtamento filium improperauit, vel iudex interloquẽ-
do dixit aliquem malæ vitæ. C. de infami. interlocutio. &
l. verbum. circa hoc vide de or. cog. c. 2. in fi. & quod ibi
no. in vl. gl. & ibi [arbiter eſſe.] cum arbitrium non ſit di
gnitas, cum nudam & ſimplicem cognitionem habeat, &
nullam iuriſdictionem. Idem in miniſterio procu. quod
non eſt dignitas, ſed onus viliſſimum. C. de decu. ſi quis
procurationem. ſecundum Dy.

QVAESTIO.

Hac regula certum eſt, ꝙ opponi poteſt infamia electo
ad dignitatem, habet tamen opponens illam probare. de
teſt. tam literis. de accu. accedens. ſed olim diſputaui quæ
ſtionem ſic propoſitam. Electo in prælatum opponuntur
defectus natalium & ætatis, quæritur, quis probet. Quod
probare teneatur opponens, probatur tribus rationibus
copioſis. Secundo totidem, & talibus quod electus. Ter-
tio quod vtrique per quatuor iura & duas glo. Quarto cir
ca primum articulum ponam tres opiniones, circa ſecun
dum ſex, demum ſoluam diſtinguendo pro & contra, con
cordando opiniones. ¶ Primum ſic oſtenditur, certum
5 eſt, quod opponens † aliquid in perſonam electi, ſi non
probat, punitur per decr. primam, de elec. li. eo. cum con-
cor. in Auth. de ſanctiſſ. epiſcopis. §. ſi quis autem ad ordi-
nationem. col. 9. & quomodo oportet epiſcopos. §. ſi quis
6 autem talis. col. 1. Item ſi propter † illos obiectus debet iu
rare ſe credere illos veros eſſe, & ſe poſſe probare, eod. ti-
tu. l. vt circa. Ad quid iuret ſe credere poſſe probari, ſi pro
bandi onus ſibi non incumberet. ſuperfluum eſſet iura-
mentum. contra iura eo. tit. ca. 2. de iureiuran. & ſi Chri-
ſtus. Item cle. eod. tit. conſtitutionem. 2. & vlt. reſpon. nec
ſpecificantem debito modo defectus in pœnam ab ipſo-
rum probatione repellit, quæ autem eſſet pœna, ſi proba-
re non deberet? Ex quibus communiter ad vtrunque de-
fectum concluditur, ꝙ ex quo punitur opponens, ſi non
probat, ſi non iurat ſe credere poſſe probare, ſi in pœnam
a probatione repellitur, ergo probare tenetur, ſpecialiter
autẽ de primo defectu videtur caſus, qui fil. ſint le, lator.
& c. cauſam. vt æquiparemus petenti hæreditatem eum
qui petit confirmari, ſed ſi primo opponitur illegitimitas
propria, vel parentis, ex cuius perſona vult ſuccedere, op
ponens probat, vt ibi. ſic & probet in caſu noſtro. ¶ De
ſecundo autem defectu videtur caſus de elec. dudum. 1. v-
bi opponens defectum ætatis præpoſito ſancti Gregorij
probare debet, ita qui dicit profeſſionem non valere ex
ætatis defectu, hoc probare debet. eo. ti. in pręſentia. de re
gularibus. ad noſtram. per hæc ergo communia & ſpecia-
lia concluditur ad hanc partem. ¶ Secundo per cõia ad v-
trunque probatur etiam ſic, excipiẽs typum gerit actoris,
& hoc quo ad onus probandi, de excep. pia. de reſti. ſpol.
frequens. li. eo. ff. e. l. quoties. & l. in exceptionibus. C. e. l. 1.
ff. de excep. l. 1. & 2. fortius ergo opponens, qui vl. voluntā
rius. de iudi. exhibita. Et licet negatiue opponat, dum ta-
men negatiuæ ſit qualitatis, illam probare tenetur, iuxta
no. 6. q. vlt. actor. de elec. bonæ. 1. ff. eo. l. 2. & hoc præcipue
in his terminis, in quibus negatiua reſoluitur in affirmati
uam, de renũ. ſuper hoc. de ſucceſ. ab inteſt. cum dilectus.
C. de codicil. nec codicillos. ¶ Tertio ſpecialiter ad primũ
defectum inducitur, ꝙ liberorũ cohabitatio præſumitur
matrimoniũ potius, q̃ concubinatus. ff. de ritu nup. in libe
ræ. ff. de concubi. in cõcubinatu. & in dubio quis pręſumi-
tur legitimus. qui fi. ſint legi. tranſmiſſæ. ff. de re. iur. ſemp.
in dubijs. & proli debetur fauor per quem iudicatur legi-
tima, quæ non eſt. qui fi. ſint le. ex tenore. & ca. perlatum.
dummodo fuerit ſeruata forma decr. vlt. de clan. deſpon.
Item cũ ponimus illum electum ponimus eũ in poſſeſſio-
ne legitimitatis, alias poſtulari debuiſſet, de ele. innotuit.
& ponimus eum in ſacris. de æta. & quali. præterea. & c. a
multis. Item ſicut filiatio ſic & eius qualitas probatur ab
appellante, primum parer. de fi. pręſ. Michael. ſm. e. ti. c. 2.
7 Plus video, ꝙ infamia † illegitimitatis nõ transfert onus
probandi, licet transferat onus purgandi, de purg. can. ac
cedens. multo minus exceptio, quæ minoris eſt efficaciæ,
vt probatur de accu. accedens. ¶ Ad contrarium ſic ar-
guitur. Petens confirmationẽ eſt actor, & petendo aſſerit
electionẽ canonicam, ſi ergo non probat, non confirmabi
tur, qui enim petit vt talis admitti, debet probare ſe talẽ.
42. di. quieſcamus. de cleri. peregri. c. 1. 2. & 3. & in extra-
uagan. Boni. iniunctæ. ff. de libe. ag. l. fi. qui ſatiſ. cog. ſi ve-
8 ro. §. 1. cum ergo in † aſſertione canonicæ electionis inclu
datur legitimitas & ætas, de ele. cum in cunctis. & c. nihil
9 eſt. ſi vult † confirmari, probet illa duo. de quibus confir-
matori conſtare debet, vt ibi, concor. ff. de tranſa. cum hi.
10 §. ſi prætor. vbi de tribus † conſtare debet in tranſactione
alimentorũ, quorũ vno prætermiſſo non valet tranſactio,
cui conuenit, quod ſcripſi de teſti. fraternitatis. in tertia
qõne. Aetas enim illius, qui ſe maiorem dicit cauſa cogni
ta eſt probanda. ff. de mino. de æta. & facit quod ibi no. in
princi. penu. gl. & in gl. vlti. circa medium. & facit eo. tit. l.
minor 25. an. Iſte vero dicendo ſe canonice electum, dicit
11 ſe legitimũ & maiorẽ, ergo &c. Cũ enim homines † ſoluti
& minores naſcantur, non præſumetur electus natus ex
coniugibus, neque maior, niſi hoc probet, maxime cum
iur. can. potius videatur præſumi adulterium, quam ma-
trimoniũ, 30. q. 5. aliter. & c. noſtrates. ergo iſte transfert
onus probandi. de præſcri. c. 1. & no. vt ec. benef. c. vno. ſ.
eo. tit.

Digitized by Google

noci.l.circa.¶ Secundo arguitur ſic. Hic negatur factum
ſcilicet matrimonium inter parentes,& ætas, & negatiua
transfert onus probandi,& probatur hoc ipſo, quod non
probatur contrarium.C.de non nu.pe.l.ſi ex cautione.&
l.aſſeueratio,& maxime, quia quo ad primum poſſet eſſe
probatio impoſſibilis,ſ.quando parentes nec contraxe-
runt,nec cohabitauerunt ad inuicem. nec forte ſcit vici-
nia,quis fuerit alter parentum.Facit,quod ſcripſi, qui ſi.
ſint le.peruenit.vide ſimile in defectu ordinis vel profeſ-
ſionis,quomodo enim probari poſſet,electum nõ eſſe ſub
diaconum,vel non expreſſe profeſſum,& facit quod not.
12 Inn.de accu.ſuper his,nec poteſt †negari,quin ſaltem ne
gatio faciat rem dubiam.C.qui ad liber.l.3.certificet ergo
electus hoc dubium,ad hoc enim veniunt inſtructores,de
elec.cupientes.§.ad hoc.lib.6. & facit s. de poſtul, bonæ,
2.ver.ſi autem illi,& alias non confirmabitur,de elect. in
notuit,& c.cum Vintonien,& c.nihil eſt,in authen.quo.o-
portet epiſcop.§.oportet.& §.ſe.colla.1.ſicut nec datur ve
nia ætatis,niſi de ætate 20.annorum in mare,& probitate
morum,& animi fiat fides.C.de his qui ve.æta.l. 2, ſic &
cum petitur Carboniana bonorum poſſeſſio,probari de
bet matrimonium indubitatum.C.de car.edic.l.ſi.¶ Ter
tio inducitur decre.ſi forte.de elec.li.eo. vbi ſi opponitur
euidens defectus contra electum, ſubijcitur examini. er-
go ipſe probat opponenti,ſcilicet per examen, cui ſe ſub-
mittit,probando ſe carere defectu,ſic ergo probet in hoc
caſu probando legitimitatem & ætatem.facit ad primũ,
qui ſi.ſint le.per tuas.ad ſecundum,de reſt. in int. conſti-
tutus.C.eo.tit.cum te.C.de reſti.in inte. ſi cum minorem,
ſic qui ſe excuſat ex defectu ætatis illum probat.C.quan-
do prouoc.non eſt ne.ſi pater apertius.2.quæſt.6.§. diffi-
nitiua.verſic.ſi propter.ex his &c.¶ Quarto arguitur,qđ
vterq; probet,per l.cum de ætate.ff.de prob. facit, de re-
nun.ſuper hoc.§.de prob.ex literis.de teſti.cum tu.& qđ
no.quod metus cau.c.1.in fin.pen.gl.& de reſti. in integ.
cum ex literis.in gl.ſed quæritur.¶ Ad euidentiam ſolu-
tionis de his defectibus tractando diuiſim,eſt ſciendum,
quod primus articulus fuit hic diſputatus per Lagonem
canonicum Bono.& per Octauantum de Florentia,& cir
ca illum notanda eſt triplex opinio,quia Io.6.q.vlt.actor.
Ber.in decr.bonæ.Guil.in ſpec.eo.tit.§.1.ver.reſtat. tractã
do de negatiua qualitatis dicunt,ꝙ negans aliquem legi-
timum, debet hoc probare,hoc idem tenet Arc.de ele.ſi
forte.li.eo.quo ad terminos electi, de quo tractamus, &
ibi alleg.no.per Inn.de dolo & con.cum olim. & c.ſuper
his.Item ſpeculator etiam in decr.vt circa.de elec. tenet,
quod ex quo in iudicio petitur confirmatio,& fama eſt,
quod electus non ſit legitimus,ipſe coram confirmatore,
qui procedit ex officio,probabit ſe legitimum, ad hoc fa
cit,quod ſcripſi poſt Ho.de presbi.non bapt. veniens. in
fin.quod no.Guil.in ſpe.de ſpon. in ſi. ¶ Secunda opinio
fuit Io.de Aguſt.de Ceſena,quam no.Guil.in præ. decre.
vt circa.& Archi.8.diſt.presbyter.& Octauantus hoc te-
nuit in diſputatione pdicta,ꝙ petens confirmationẽ pro-
bat alteram partem negatiuæ, niſi ſit in poſſeſſione filia-
tionis legitimæ,C.eo.tit.neque.& l.non nudis.ff.eod.qui-
dã.& facit ad hoc de ſen.excom.ſi iudex.li.eo.ad id, quod
dr̃ excipientem probare.Reſpondet,id verum in his,quę
aſſerit,non in his quæ negat.facit,quod not. in l. in exce-
ptionibus,ff.eo.ſcilicet,de exceptione non numeratæ do-
tis.¶ Tertia opinio fuit Lagonis in quæſtione prædicta
dicentis,quod neutro probante,confirmator inquiret in
loco conuerſationis, & ſi inueniat illum in poſſeſſione fi-
liationis legitimæ confirmabit,alias non confirmabit,te
net ipſe quæſtionem in electo ad ſimplex beneficium. Itẽ
ſciendum,quod quo ad ſecundum argumẽtum multiplex
fuit opin.vna Io.& Lau.78. d. presb. quod agens probet
ætatem,cui concor.Azo in ſumma,de proba.in ſi. & hoc
eo.titu.§.ſin.verſi.8.vbi etiam tenet,quod aſſerens ſe ma
iorem,vt a tutela liberetur,vel vt tanquam maior admit-
tatur,vel qui dicit ſe minorem,vt reſtituatur,probare de
bet.Et ſi tutores dicũt finitam tutelam,& minor negat,tu
tores probant. Cui etiam accedit opinio dicentiũ, quod
qui petit ſe admitti vt talem,probet ſe talẽ.¶ Secũda fuit
opin.Guil.qui conſulit in ſpe.de act. in prin. ꝙ negatiue
proponatur exceptio ætatis.ſ.nego,vel non credo te maio
rem,& eſt ſimile quod no.de procur.c.1.hoc dicit, niſi ꝑ
aſpectum appareat minor,quia tũc ſecure ponat affirma-
tiue.ſ.tu es minor.¶ Tertia opinio ſic diſtinguit,aut vnus
proponit affirmatiue,& alius negatiue, & tunc probet a-
ctor,aut vterque affirmatiue,& tunc probet etiam actor.
ſed gl.in prædi.l.de æta. vult, ꝙ qñ vterque proponit ne-
gatiue,præſumatur minor.Ioan.de Deo ſimplic.dicebat,
quod implicita probatur a negante, Bonaguida dicebat
obtentum,vt no.Arc.de reſcrip.ſi eo tpe.lib.eo.quod is,q
dicit,quem non idoneum propter minorem ætatem,illud
probet.¶ Opiniones Ia.de Ra.& Pe.de Bel.cum procura
tori opponitur defectus ætatis,no.Cynus in præ.l.cum te.
C.de proba. & volunt, quod eo caſu probet excipiens, nã
dicebat Ia.ꝙ dicens probet illa,quæ in petitione vel exce
ptione includuntur,ſed ætas procu. non eſt de his, & Pe.
trus dicebat,ꝙ edictum de procur. eſt prohibitorium,di-
cens ergo prohibitum probet. In permiſſorijs poſſet locũ
habere,quod probet dicens ſe permiſſum. ¶ Circa ſolu-
tionem habendam eſt ſciendum, ꝙ aliud eſt electionem
confirmare,aliud caſſare,aliud nec confirmare, nec caſſa
re,prima duo patent,tertium vide de reſtit.in integ. cap.
2.in ſi.& eſt ſimile quod dixi.eodem titu.de reſtit.in inte.
c. ſi.in quæſtione, 2. Item ſciendum, quod defectus, de
quibus quæritur,opponi poſſunt,vt caſſetur electio,& ex-
cipiendo ne confirmetur,licet hęc ſint diuerſa in hoc,qđ
primo caſu repellimus excommunicatum, ſecundo non.
& ſic ſoluitur contrarium.de decre.exhibita.de iudic. ad
decr.dilect.l.de exce.vt ibi ſcripſi. Soluendo tamen dico,
quod vtrobique onus probandi incumbit opponenti, ſi-
cut appellanti,vel non in tantum,quia ſi non probat, per-
dit inſtantiam,non caſſatur electio, repellitur opponens,
& pœnam patitur decre.primæ de elect.lib.eo. quam di-
co locum habere etiam cum ſuper obiectis non eſt appel-
latum ad papam,vt ſcripſi in cle.de procu.c.2.& ſic verifi
cetur prima opinio Io. Ber. & ſequacium circa primũ ar.
& Io.de Deo,& quos poſt ipſum recitaui. Circa ſecũdum
nec curo,an affirmatiue,vel negatiue proponatur,abſit e-
nim, ꝙ per ſophiſticationes verborum affirmatiuorum
natura mutetur.contra id.C.communia de leg.l.2.in fin.
de ele.commiſſa.§.porro.lib.6.& facit,quod no.ff.ex qui.
cau.ma.in ea.ad id quod dicebatur,quod quandoque cir
ca primum defectum occurreret pure negatiua, Reſpon.
probet opi.viciniæ.quomodo ille habetur pro illegitimo,
& excuſabilis erit.de elect.c.1.in fin.eo.lib. Et ſi nec id ꝓ-
bare poteſt,taceat.2.q.7.plerique.ſed licet repellatur, &
puniatur opponens, vt dictum eſt,non per hoc ſequitur
electionem confirmãdam,quod patet.de elect. ſi forte, &
c.cupientes.& c.indennitatibus.§.1. & §. cæterum. facit
de reſcri.olim.Ad illam igitur obtinendam neceſſe habet
electus probare ſe legitimum,& hoc eſt, quod voluit Ho.
de do.& cont.olim.vt ibi ſcripſi ſuper ver.canonice.pro-
batur hoc de ele. congregato. vbi oppoſito defectu litera-
turæ ad confirmationem obtinendã eſt neceſſe, quod con
ſtet electum non pati defectum,ad idem,eo.tit.cum inter
cano.in ſi.ibi,criminis.& c.cum nobis olim.nam vt ibi pa
tet.& eo.titu.nihil. etiam nullo opponente de his oportet
inquiri,fortius aliquo opponente & non probante, vt pa
tet,de app. conſtitutus. facit enim oppoſitio confirman-
tem malæfidei ad inſtar denunciationis.C. de rei vend. ſi
fund.facit 1.q.4.notandum.ff.de peti.hære.item veniũt.
§.a quo.& ſic ſit vera ſecunda opinio Io.Ceſen. & ſequa-
cium,quo ad primum ar.& Io.Lau.& ſequacium,quo ad
ſecundum,neutro vero probante ſuperior non tenetur cõ
firmare,nec caſſare,niſi poſſet per id alter appellare, cum

non

non grauetur, & eſt ſimile quod dixi de teſti.ex parte. ſu-
per gl. huius exceptionis. hic tamen locus eſt tertię opinio
ni Lagonis, vt ſcilicet ſuperior inquirat, ne diu protelетur
vacatio. & ſi inueniat illum legitimum, vel maiorem, con
firmabit. Si vero de veritate non conſtat, ſed de poſſeſſio-
ne, opinione & fama, aut ꝙ eſt legitimus. vel maior, & cō
firmabit. Aut quod eſt illegitimus, vel minor, & purgatio
nem indicet, qua præſtita confirmabit, & ſi defecerit, caſ-
ſabit. de purga. ca. accedens. de offic. ordi. ex parte. Si ve-
ro per inquiſitionem etiam de opinione, vel fama, pro vel
contra conſtare non poteſt, puto ꝙ certum terminum ſta
tuet electo, infra quem probet ſe legitimū maiorē, quod
ſi non fecerit, ſaltem quo ad poſſeſſionem caſſabit electio
nem, ne per hunc modum diu maneat eccleſia impedita.
facit de app. oblatæ. ad fi. & cle. eo. ti. quandiu. facit de re
ſti. ſpo. frequens. lib. eo. & quod no. de probatio. licet. in 1.
gl. ¶ Ad id quod tertio allegabatur dico, quod vtroque
probante locus eſt. l. cum de ætate. ff. eo. tit. & no. de teſt.
in noſtra. cum ſuis remiſ. & ſit hoc caſu cautus vterque,
vel ſi altero per teſtes probante vult iuuari per articulos
contrarios quos habet probare per teſtes, illos producat
ante publicationem primorum, quia poſtea non audire-
tur etiam in cauſa app. de teſti. fraternitatis. in clement.
apertius eo. tit. de teſtibus. per hunc ſoluendi modum quę
videbantur contraria ſunt ſoluta. Io.

SVMMARIVM.

1 *Genus quo ad omnia, tantum valet, quantum ſpecies, quo ad ſpe-
cialia & nu. 14.*
2 *Generalitas quinquaginta modis arctatur.*
3 *Generalitas quibus caſibus potius dicatur perimi, quam arctari.*
4 *Proteſtatio a quibus perſonis, & quando fieri debeat.*
5 *Proteſtatio, quid ſit.*
6 *Proteſtationum diuiſio quæ ſit, & nu. 7.*
8 *Proteſtatio cui facienda ſit.*
9 *Proteſtatio quando ſit facienda.*
10 *Proteſtatio qualiter & quomodo facienda ſit.*
11 *Proteſtationis effectus quis ſit, & quæ contineat, & nu. 12.*
13 *Petitorium quibus modis trahat ad ſe poſſeſſorium.*

REGVLA LXXXII.

In generali. veriſimiliter ergo præſumptio con
traria facit hic ceſſare quod dici-
1 mus, Tantum valere † genus quo
ad omnia, quantum ſpecies quo ad ſpecialia, ad quod al
lega. Dy. ff. de admini. tu. l. ſi duo. de lega. 3. l. ſi eorus. in
prin. de vſu & hab. l. ſi ita. C. de quadri. pręſcrip. l. 2. de prę
ſcrip. 30. ann. l. omnes. ¶ Primo gl. ponit exempla. Secun-
do æquiparat obſcurum & generale. Tertio quærit & ſol-
uit. 4. no. & ad quæſtionem arguit, de qua remittit. In gl.
1. ibi [premiſſurus eſt] vnde non concedit, quod donet. ff.
de dona. filiusfam. nec quod in fraudem creditorum alie
net. ff. quæ in frau. credi. l. ſi pater filio. ſecundum Dyn. &
ibi reſpondet. Idem Ioan. mona. qui etiam ponit exemplū
per l. inter eos. ff. de re iudi. cuius cauſam dixi de app. pa-
ſtoralis. ſuper gl. fi. & ibi cum ſimilib. s. e. li. de iureiu. c. 1.
de procu. qui ad agēdum. Sed Io. Mo. qui ſuper hac regu-
la, & regula locupletari. s. eo. ſcripſit tantum in contextu.
& pluſquam ſuper omnibus alijs regulis collegit hic qn
quaginta modos, quos per numerum diſtinguam, vt alle
2 gari diuiſim poſſint, quibus arctatur † generalitas. ¶ Pri
mus, cum veriſimilitudo reſiſtit, vt hic & in concor. Secū-
dus, vt non comprehendat conſiderationem perſonæ,
cui fit conceſſio, quod alias comprehenderet, vt in decre
ta. ſi eo tempore; & in decreta. ei cui. quas alleg. glo. Ter
tius, ſupra eodem lib. de reſcriptis. cap. 2. vbi genus arcta-
tur ad quatuor. Quartus, de reſcrip. ſedes. vbi genus non
extenditur ad maiora expreſſis. Quintus arctatur ad ſoli-
ta. ff. de dam. infec. ſi finita. in prin. & de contrahen. emp.
fiſtulas. §. fi. Sextus ad certa, non incerta, vel dubia, an ſint
ſub illo genere. ff. de an. leg. Seio. §. medico. Septimus arcta
tur, ne doloſe. facta comprehendat. ff. de pac. tres fratres,
Octauus ad ſubiecta. ſup. de ſen. excom. a nobis. 1. ſup. hoc.
l. de conſti. c. 2. ff. de bo. aut. iu. poſ. cum vnius. §. 1. Nonus,
ad prius nominatim expreſſa. C. fami. ercif. l. quo. & no. s.
de tranſact. c. 1. Decimus, ne conuentio de lucranda dote
proſit delinquenti. ſ. marito vxorem occidenti. ff. ſolu. ma
tri. ſi ab hoſtibus. §. 1. Vndecimus arctatur ad debita, ff. de
condit. & demonſtr. ſi procur. ſup. hoc. l. de præben. ſi epi-
ſcopo. 1. reſponſo. Duodecimus, generalis prohibitio ar-
ctatur ad illicita. de verb. ſignifica. ſuper quibuſdam. de re
ſti. ſpo. audita. Decimustertius arctatur ad præſentia tan-
tum. ff. de aur. & argen. le. l. ſi ita. & l. medico. de lega. 3. l.
nemen. §. 1. de dam. infec. l. dam. §. ſi is. de verb. ob. ſi ſtipu
latus fuerim illud. §. 1. ff. manda. ſi mandauero. §. is cui. de
contrahenda emptione. l. Rutilia. ff. de leg. 3. vxorem. §. te
ſtamento. niſi ſint talia, quæ ſui natura reſpiciunt futura,
vt lex, conſtitutio, priuilegium, quod eſt lex priuata. 3. di
ſtin. priuilegia. patet primum de conſtitut. c. fina. propter
hoc hic inſerit, an ad ligandum prouinciales ſit neceſſa-
ria publicatio legis vel canonis in prouincia, & quod te-
net, dicam infra ſuper data. ſuper vlt. glo. Decimusquar-
tus arctatur ad apparentia tempore generalis conceſſio-
nis. ff. de contrahenda emptio. l. in lege fundi. & de aqua
quotid. & æſti. l. 1. §. plane ſi aqua. Quintusdecimus arcta-
tur ad id, quod præcipue & in ſtatu potiſſimo genus par-
ticipat, de his qui ve. æta. l. vlt. ff. de lega. 2. ſi ita quis. §. 1.
& l. cum pater. § hæreditatem. de verborum obligatio. ex
ea. §. in inſula. s. de priuil. quoniam, ſupra titu. proxi. priui
legium. & no. in Auth. de nup. §. per occaſionem. Decimus
ſextus arctatur ad arbitrium boni viri. ff. de verbo. obliga-
tio. continuus. §. cum ita. & §. ſequ. Decimusſeptimus ad
veriſimilius. ff. de conditio. & demonſtr. quæ conditio. §.
quibus. & l. cum virum vxori. Decimusoctauus ad id, qđ
participat genus proprie & totaliter. ff. de leg. 3. l. hoc le-
gatum. ſupra eo. lib. de priuileg. abbates. Decimusnonus
ad completum ſeu perfectum. ff. de legat. 2. l. librorum. §.
quod ergo. & l. ligni. §. 1. Vigeſimus ad ciuilē modū non
pernicioſum concedenti vel alteri. ff. de ſeruitu. ſi cui. ff.
de teſti. l. 1. ſup. de teſti. licet. 2. & c. ſignificauerunt. Viceſi
musprimus ad id, quod iur. ff. quando di. leg. ce. l. quod &
pupillæ. ff. de condit. & demonſtr. hæc conditio. 2. reſpōſ.
Vigeſimusſecundus ad minora. ff. de leg. 3. l. nummis. ſu-
pra de præben. c. fina. de cenſi. ex parte. Vigeſimustertius
non includit illa, quæ ſunt cap. in genere. C. de aquæduc.
l. eos. lib. 11. & ſup. eo. lib. de præbend. quamuis. 1. nec ob-
ſtat. ff. de verb. ſigni. familiæ, quia hic eſſet præiudicium
ibi non, & illud, ne princeps ſit ſine membris, nec mēbra
ſine capite. Vigeſimusquartus arctatur ad perpetuum, nō
temporale tantum. ff. de fund. inſtruc. quæſitum. §. Papi-
nianus. & §. ſeq. de hæred. inſtit. ex facto. §. reo. Vigeſimus
quintus non reſpicit illa, de quibus ſpecialiter eſt iur. cau
tum. ff. de pœn. ſanctio. de verbo. obli. doli. Vigeſimusſex-
tus arctatur ad illa, quæ commode fieri poſſunt. ff. de ver
bo. ſignific. l. nepos. Vigeſimusſeptimus arctatur, ne ſe ex-
tendat ad alterius incommodum. ff. ne quid in lo. pu. l. 2.
§. ſi quis a principe. & ſupra de conſuet. cum omnis. Vige
ſimusoctauus, ne ius commune lædatur, ſi aliter poteſt ha
bere effectum. s. de priuileg. in his. & c. paſtoralis. & ratio
redditur. ſup. de conſuetu. cum dilectus. C. de ſtatuis & i-
maginibus. l. fin. de iur. immu. l. 1. in fin. de excuſa. tut. l. ſed
& milites. 2. reſpon. ſup. eodem lib. de priuile. apoſtolicæ.
& ff. de ali. leg. alimenta. §. baſilicæ. & de leg. 3. hæres. §. 1.
Vigeſimusnonus arctatur, ne contineat id, quod incipit
eſſe iniquum. ſupra de deci. ſuggeſtum. ff. de vulg. & pu-
pil. ſub. ex facto. §. 1. Trigeſimus arctatur, ne comprehen-
dat poteſtatem priuilegialiter conceſſam, ar. ff. de offic. e-
ius cui man. eſt iur. lege 1. reſpon. 2. de hoc datur exem-
plum, quod vide ſupra eodē, generi. ſuper gl. Trigeſimus-
primus arctatur, vt nil videatur fieri in præiudicium com
miſſionis factæ, per quod ipſa attenuatur. ff. de donat. fi-
liusfami. ff. de officio procura. Cæ. l. 1. §. 1. Trigeſimus ſe-
cundus,

eundus,ne ſpecialiter prohibita comprehendat.C.de ca-
lumn.l.fallaciter.ff.de ritu nuptia.quãquam.Trigeſimus-
tertius,ne cõprehendat caſum captioſum.C.de ſer.l. 2. ff.
de tranſa.cum Aquiliana.Trigeſimusquartus arctat acce
ptilationẽ.ff.de ſer.ſi cui.verſ.verum.ff.de op.le.apud Au-
fidiũ.Trigeſimusquintus electione,q̃ qñq; neceſſe eſt fieri
š.e.li.de ele.ne quis duas.de poſtula.ca.vno. in fi. Trigeſi-
musſextus propter effectum,qui eſt ſpecialis , licet literæ
ſint generales.š.de offi.deleg.ex parte . Trigeſimusſepti-
mus,vt euitetur infinitas.ff.de verb.obli.eum qui calẽdis.
Trigeſimusoctauus,vt onus graue euitetur.ff.de leg. 3. fi-
deicõ nilſa.§.ſi quis.10.Trigeſimusnonus p̃finitione tpis.
C.de inge.ma.diffamari.ff.de op.leg.l.mancipiorũ.& his
3 † caſibus generalilas proprie dr̃ perimi,non arctari,ſicut
ſolutione.ff.de leg.1. cũ incerta. Quadrageſimus propter
loquentis conſuetudinem.ff.de vſufru. leg.l. Sempronio.
§.fi.de leg.1.ſi ſeruus plurium.§. vlt. Quadrageſimuspri-
mus,propter conceſſionem ſpeciei de genere alteri facta.
ff.de manu.vin.ſi peculium.de adi.le.l. qui hominem , de
leg.3.vxorem.§. Feliciſſimo.& eſt ratio artiſtarum , quod
intelligitur in alio.Sed ſi exprimatur amplius non intelli
gitur.ff.de hær.inſt.l.quo.ſi ſeruus & ſic loquitur š.de re-
ſcr.paſtoralis.Quadrageſimusſecundus arctatur,ne cla-
ues eccleſiæ vilipendantur.de priui.vt priuilegia.§.illud.
Quadrageſimustertius,ne genus comprehendat,quod al
ter poſſidet.š.de priu.dudũ.Si enim illud cõprehenderet
poſſidens a poſſeſſione remoueretur cauſa non cognita.,
quod eſſe non dẽt.š.de ſimonia.querelam . Quadrageſi-
musquartus, ne cõprehendat illud, ſup quo lis pendet. š.
vt lit.pen.c.fi.de teſti.cauſam.2.Quadrigeſimusquintus,
ne cõprehẽdat pſonã loquẽtẽ,nec illã,q̃ pari iure gaudet.
ff.de ſena.l.1.C.de ſolu.inquiſitio.ff.de excu.tut.l.admi-
niſtratores.§.fi.Quadrageſimusſextus arctatur,qñ genus
habet vnũ ſolũ indiuiduũ , quia tunc perinde eſt, ac ſi in
ſpecie dictum eſſet,vnde filius Io.eſt indiuiduum,ſi ſit ſi-
bi vnus filius,facit ff. de lib. & poſt.l. nominatim. ex quo
concluditur quod ſicut eſſet inutilis impetratio,cũ impe-
traret bñficium viuentis.š.de conce.præ.c.2.ſic eſt inuti-
lis,ſi ille,ad cuius collationẽ impetratur,habeat vnũ ſolũ
& dicit ſic ſcripſiſſe Clem.IIII.in facto præpoſituræ ſan-
ctæ Mariæ de Brugis contra impetrantem dignitatẽ in ge
nere,cũ ibi eſſet vnica,& propter præpoſitionẽ, quæ erat
in literis,& vide,quod hic ponitur no.in cle.1.in glo. de
iſto.Itẽ talia reſcripta ambitioſa reſtringuntur, ita quod
in eis appellatio dignitatis non cõprehendat curata, ſup.
eo.li.de præ.cum in illis,etiam ſi non ſint ibi dignitates ſi
ne cura,& ſoluit contrarium,de decr. ei cui.eo. tit. vt ibi
dixi ſuper ver.quod poſſit.Item propter id,quod non cõ-
prehenditur in reſcriptis,electio, niſi exprimatur vt præ.
dec.cũ in illis.§.1.quaſi vniuerſitatẽ vel pluralitatẽ Papa
grauare non intẽdat.& quod ſuper hoc hic dixit, ibi ſcri
pſi ſuper gl.electio. Recitat ẽt hic de verbo, beneficia, &
de ipſorum pluralitate, quomodo ſm diuerſam materiã
contrariam interpretationem recipiunt, id quod ſcripſi,
ſup.eo.lib.de ſenten.excõica.ſi ciuitas. ſuper verb. latio-
rem.Quadrageſimusſeptimus, verbum generale arctatũ
ne gratiam adijciat gratiæ de prima mentione non facta,
dicens.quod ſi hoc eſt in caſu ſpeciali.š.eo.lib.de fil.pre-
sbyte.c.2.magis hic erit in genere,p quod tollitur, quod
legitimatus per diſpenſationem non eſt idem,ac ſi nõ in-
diguiſſet diſpenſatione,licet ſit arg.cõtra ff.de ædil. edic.
l.quod ita.& 50.di.ferrum,ſed vt dicit,legitimatus nõ eſt
legitimus, nec plene curatus , ſed quoad quid tantum.ſ.
quoad conceſſum.š.de fil.presbyte.cap.1. & faciunt hæc
ad ea quæ ſcripſi eodem titulo.ca.1.& 2.ſuper verſi.veri-
ſimile.Quadrageſimusoctauus arctatur , vt conceſſum in
genere aliud ius concedentis non lædat,ar.ff.de ſerui. vr.
præ.ſi domus.& eſt ratio,quia duobus habitis vno con-
ceſſo aliud non lædo,niſi expreſſe hic agatur,vt d. l. ſi do-
mus.Quadrageſimusnonus arctatur, ne id quod prius ſit
comprehendat.ff.de pu.& vec.l.Cæſar.& de cond. & de-
mon.l.2. Quinquageſimus arcta t̃ proteſtatione.ff.de ac-
quir.hære.pro hærede.§.1.& ſumpta hac occaſione ponit
prolixum tractatum de proteſtatione , quem , quia vtilis
eſt,non omittam,& quia potius,vt dixi,nomen habet tra
ctatus quam gl.illud non decidam, vel decurtabo, ſed,vt
ſui laboris honorem ferat,ipſius verba ad literã ponenda
ſcriptori cõmittam. Præmitto tñ,ꝙ Vinc.in decr. de elect.
4 Cumana.ſic dicebat,quod † proteſtatio qñque interponi
tur a ſuperiore,quandoque a litigante,quandoque a iudi
ce,quandoque a contrahentibus,quandoque a teſtatore,
cuius verba hic non proſequor ad literam,poſuit Arc.27.
diſt.1.ibi vide.ſed Io.Mo. aliter loquens, dicit, videndũ
quid ſit proteſtatio,quæ ſit proteſtationum diuiſio, & no
tandum,quod iura, de proteſtatione tractantia nomina
infra ſcripta ſynonyma reputantur,hoc eſt idem ſignifi-
cantia,ſ.proteſtatio,conteſtatio,deteſtatio,atteſtatio.Pro
teſtatio accipitur pro valde teſtari,vel delectari , ſecus ſi
accipiatur pro execrari & abominari.Has acceptiones ha
bet hoc verbũ deteſtari, vt dicit Hug.hęc probantur.ff.de
no.oper.nuncia.de pupillo.§.ſi qs ipſi prętori.& de admi
ni.tut.ſcire oportet.§.ſcire.C.de arbit.l.pen.§.ſinautem .
C.de ijs qui me.iudic.non appella.l.2.& š.de app.c.fin.&
š.de elect.Cumana.ff.de verb.ſignificatio.deteſtatio.ſimi
liter denunciatio pro proteſtatione accipitur, Nam ab ali
quibus appellatur denunciatio.C. de reſcindenda vendi.
ſi maior.& ff.ad Trebellia. l.hæres, alibi teſtatio dicitur.
ff.de his quæ in fraud. credi. ait prætor.§. ſi quis parti-
ceps.& ff.quod vi aut clam.l.1.§.1. & §. ſed ſi quis contra
teſtimonium.& dicta l.de pupillo.§.ſi quis ipſi. pro eodẽ
5 vtrunque vocabulum ponitur. Eſt autem † proteſtatio
clamoſa denunciatio ad cautelam, proteſtantium ac de-
nunciantium inuenta. Et quod proteſtatio ſit clamoſa, di
cit Papias.& probatur š.de reſcrip. ſanctorum . & etiam
denunciatio cum teſtatione.ff.de verborum ſignific. ſub
ſignatum.§.deteſtari.& l.ſeq.& l.plebs.§.primo, & eſt te-
ſtatio idem quod iudicium,ſeu nota,qua probabatur in-
tentio teſtantis.vt dicit Papias.Eſt autem proteſtatio cau
tela protegens proteſtantem, vt ff.de admi.tuto.l. quidam
decedens,ibi nemo huiuſmodi cautionib. & ff. nau. cau.
ſtabu.l.fi.§.idem ſi prædixerat,nã proteſtari,vt ait Papias,
eſt denunciare manifeſte cauenda,hoc eſt ad cautelã pro
teſtantis,etenim per proteſtationem quiſq; proteſtans ca
uere ſibi intendit,prout hæc omnia ex proteſtationum di-
6 uiſione apparebunt.¶ Proteſtationum † alia inutilis,& il
la eſt ſpernenda.C.de reſcindenda vendit.ſi maior.vt po-
te quia intereſt proteſtantis,redditur etiam in alijs cauſis
inutilis,vt infra liquebit.& no.27.diſtinctio.diaconus. &
ſupra eodem libro.de elec. vt quis. alia expediens , hæc
voluntaria a doctoribus appellatur.C.de præſcrip.long.
tempo.emptor.& C.de excep. præſcriptionem,& l.ſi qui
dem.ſimiliter proteſtatio eſt voluntaria, ſi actor proteſte-
tur ſuper probatione replicationis proponendæ,nam ita
actor poſt publicationem atteſtationum ſuper exceptio-
ne rerum habitarum poteſt replicationem probare ſine
aliqua proteſtatione præmiſſa, ſicut & reus exceptionem
ſibi competentem poſt fundatam intentionem actoris,vt
dicta l.ſi quidem.& š.de cogna.ſpiri.c.fin.& not.š.de te-
ſta.c.de teſtibus.& de probatio.iurauit, & facit, quod re-
plicatio poſſit poſt probari.š.de præſcr.c.cum auditis. &
hoc eſt indubitatum,niſi probatio peteretur fieri per in-
ſtrumenta,vel confeſſionem,arg. š. de fide inſtrumento-
rum.cum dilectus.1.reſpon.& no.C.de proba.authen.qui
ſemel,quæ eſt in Auth.de teſti.§.illud tamen.& ibi no. &
idem ſi peteretur fieri probatio per teſtes per iura pręmiſ
ſa,ſed contra præmiſſa.C.de proba.l.exceptionem,ar. di-
ctæ auth. ſed hic eſt caſus diuerſus non aduerſus, ibi in-
telligitur.quando ille idem,qui teſtes producit,poſt teſti
ficata didicita vult adhuc probationem per teſtes ſuper
eodẽ inducere,quo caſu nõ põt.& eſt ratio, quia eſt præ-
ſumptio

Digitized by Google

ſumptio, quod vellet malignari & ſupplere probationem diminutam, ſic in propoſito ille, cuius atteſtationes ſunt publicatæ, non producit, ſed aliter ſuper nouo facto, ſcilicet alicuius exceptionis vel replicationis competentis, ſuper qua nondum ſunt teſtes producti, quod non eſt ꝓhibitũ, argumento iuriũ prædi. gl. tñ dictæ aut. qui ſemel. innuit contrariũ ſuper verbo didicerit. in d. §. illud. hoc non colligitur, ſed innuitur ibidem, quod ille, qui teſtes producit, & teſtificata didicerit, vel quia vidit, ſeu q̃a per diſputationem aduerſarij liqueret teſtificata non tenere, q̃a forte ꝓbauit teſtes productos eſſe excõicatos, non admittitur ad probandum per teſtes, tũc .n. actor denuo nõ admittit̃ ad probandũ per teſtes, q̃a eſt quid tunc imputandũ actori, qui ſibi diligenter non proſpexit. & eo caſu dicta gl. eſſet intelligenda, alias non continet veritatẽ. & de hoc no. ſ. de hære. c. fin. Alia ſi quidẽ eſt proteſtatio neceſſaria, & hæc ſine pͥudicio non eſt committenda, & hæc dr̃ neceſſaria non neceſſitate præciſa, ſed neceſſitate quæ eſt iuri ſuo conſonatiua, ſic accipitur neceſſitas. ff. de ſeparat. l. vlt. C. de bo. auth. iud. poſ. l. 2. Et hæc proteſtatio † eſt

7 multiplex. Nam quædam eſt ad iur. proteſtantis conſeruationẽ, vt ſi ego electus ſeu opponens aſtrictus conſtitutione, cupientes, ſeu conſtitutione, ſtatuimus. non obſeruo ipſas conſtitutiones, ius meum amitto, vt per p̃rã conſtitutionis, cupientes, vel quod experiri in curia non potero, vt per conſtitutionem. ſtatuimus. dictis caſibus infra t̃pa dictarum conſtitutionum facere debeo, prout conſtitutiones iniungunt, vt ius meum conſeruem, quod ſi non poſſim, habeo proteſtari exprimendo genus impotentiæ, vtpote quia ad papam non poteſt haberi ingreſſus. Alia eſt ad iur. creãdi aduerſariꝰ impeditionem, ff. de no. ope. nun. de pupillo. §. ſi quis ipſi. C. de non nume. pecu. in contractibus. §. in omni. & C. de an. ex. vt perfectius. Alia eſt ad dubij, quod in poſterum oriri poſſit remotionem, vt q̃ſicunque vnum factum vno modo ſpecificatum poteſt obeſſe, & alio non obeſſe. vt ff. de acqu. hæredi. l. pro hærede. §. 1. 2. reſpon. ff. de religio. & ſum. fu. at ſi quis. §. ſed interdum. & §. plerique. & not. 7. q. 1. pontifices. ſ. hoc l. de homi. prælatis. & vt ſit ad vnum dicere, vbicunque aliq̃d poteſt intelligi dupliciter, vt reſponſione facta ad narrationem actoris, quæ poteſt fieri aĩo litem conteſtandi, ſeu aĩo iudicem inſtruendi, ideo eſt neceſſaria proteſtatio, & etiam aliud exemplum. ff. de neg. geſt. Neſennius. & ſupra de regu. conſulti. & ff. quorum le. l. 1. §. quia autem. & ff. de concubin. in concubinatu. Alia eſt ad facti, quod proteſtanti poſſet eſſe præiudiciale, reprobationẽ, ſeu impugnationem, & hic caſus plurimos comprehendit. ſ. de teſtib. præſentium. & C. de fi. fa. & quemadmodum pater ꝓ eis teneatur. l. 1. & 2. & ſ. de offi. deleg. cum olim. 1. & ff. de tribu. l. 1. § ſcientiam. & ſ. de reſt. in inte. c. 2. de appell. cum cauſam. & C. de erro. aduo. l. 1. Alia eſt ad acquirendum, C. de epiſco. au. authen. ſi liberi. Alia ad malam fidem cõuincendam. C. de rei ven. l. 1. §. ſi fundum. Alia ad pœnam vitandam. C. de iur. emphyteu. l. 2. in prin. ¶ Viſo quæ ſit

8 proteſtationũ diuiſio, videamus cui † facienda ſit proteſtatio, ſeu coram quo, vel in quo articulo, ſic eſt diſtinguẽdum. Aut proteſtans non habet aduerſarium in eo, ſuper quo proteſtatur, & tunc ſufficit, quod docere poſſit eſſe proteſtatum. ff. de reli. & ſump. fu. at ſi quis. §. plerique. aut habet aduerſantem, & hoc dupliciter, aut principalẽ aut non principalem, & ſemper eſt neceſſe, quod fiat proteſtatio coram illo, cuius factum principaliter per proteſtationem impugnatur. ver. gratia. Iudex facit aliquid, & licet ſit commodum partis, attamen coram ipſo eſt facienda proteſtatio. ſ. de offi. or. paſtoralis. §. fi. & eſt ratio, q̃a principaliter volo reſcindere factum iudicis, ſicut ſi appellaui ad ſuperiorem, pars me non grauauit, ſed iudex a quo appellaui, de cuius iniquitate detegenda in iudicio appellationis agere habeo. hæc eſt ratio, quare iura volunt appellari coram iudice, & non coram parte, licet iudicatum ſit ad commodum partis. auth. de app. in prin. col. 4. ff. de ap. cum quidam. C. de ap. eos. in fi. & hoc verum, vbi copiam poteſt habere iudicis, alias ſufficit proteſtari, prout habetur ſ. de ap. ſi iuſtus. & eſt omnino ſimile in dicto c. paſtoral. & C. de fi. fa. l. 1. & ſecunda. ſed vbi pars eſt principalior, coram ipſa eſt facienda proteſtatio. Auth. de temp. non ſol. do. §. conteſtationem. coll. 7. & C. de epiſ. au. l. ſi p̃ſens. & dicta l. in contractibus. Item cõis ratio ad omnia præmiſſa eſt euidens, quia cum proteſtans proteſtatur ad ſui commodum, & alterius incommodum, eſſet iniquũ, quod pars grauaretur per id quod ad eius notitiam non perueniſſet. ff. quæ ſen. ſine appel. reſcinden. l. 1. §. item cũ ex edicto. ex quo enim ius meum ſeruare volo, & ius alterius infringere, illi debeo denuntiare. ff. de no. ope. nunc. de pupillo. §. denuntiationem, alias ignorantiam obligarem, ꝙ eſſe non debet. C. de tab. exhi. l. generali. lib. 10. & hæc ſunt vera vbi habetur copia illorum, contra quos ꝓteſtationes fiunt, alioquin ſeruetur forma iu. vt pſectius, paſtoralis. &, ſi præſens, vbi tñ proteſtor ad dubium remouendum, quod oriri poſſet ex facto meo, vel geſtu, hoc declarare eſt in me ſolo, & ſufficit, ſi proteſtor & exprimo mentem meam vbicunque, vt d. l. pro hærede. & l. at ſi q̃s. §. plerique. Sed quæritur, an ſufficiat proteſtari coram ꝓcu. vbi haberi poſſit copia domini, & dic ꝙ non. ff. de peti. hæ. item veniunt. §. petitã. vide cle. de ele. cauſam. in prin. & quod ibi no. ſed ſicut in citatione eſt ordo tenẽdus, qui traditur ſ. de do. & contu. cauſam. ff. de dam. infect. l. 4. §. prætor. ff. ex qui. cau. in poſ. ea. hoc autem. §. 1. & ſicut ordo iſte reperitur in ap. emittenda, vt eſt præmiſſum, ſic dicam in ꝓteſtatione, vt fiat domino, ſi inueniatur. ff. quod vi aut clã. l. aut qui. § & ſi forte, alioquin procuratori, vel coram publicis perſonis ſecundum formam l. ſi præſens. & iurium prædictorum. Sed ꝙ nuntiatio facta procuratori obſit domino, eſt ar. ff. de no. ope. nun. de pupillo. §. nũtiare. & §. ſe. So. ibi eſt denuntiatio potius facta rei, quam perſonæ, ſed hic per proteſtationem factam perſonæ impugnatur, & ob hoc præciſa potius requiritur denuntiatio hic, q̃ ibi. Sed quæro, habeo proteſtari cõtra fœminam vel ciuitatem, nunquid ſufficit proteſtari coram marito vel curatore reipublicæ. Reſpondeo ꝙ ſic. ff. quod vi. l. aut qui aliter. §. ſed & ſeruus. & §. ſe. Subſequenter quæritur,

9 quando † facienda eſt proteſtatio? Quo caſu diſtinguo, aut proteſtor ſuper facto, quod eſt mihi proteſtanti omnino liberum vſque ad certum tempus, in quo ille, contra quem proteſtatur, non eſt in acquirendo ex ſe, ſed ſola deſidia proteſtantis in tempore ſtatuto negligentis, & tunc omni parte dicti temporis eſt mihi liberum proteſtari, vt in filia religionem intrante. 20. q. 2. puella. & C. de his qui met. iudi. non appel. l. 2. & C. de non numera. pecunia. in contractibus. §. fin. aut proteſtor ſuper facto, in quo habeo certum, illud tamen non eſt liberum vt prius, ſed aduerſarius iuuatur nedum ex negligentia proteſtari deſinẽtis, ſed facto ſuo, quia eſt in præſcribendo, vt in multis iuribus ſ. poſitis, quo caſu poſſum proteſtari uſque ad conſumatam læſionem. 16. q. 3. §. poteſt. ibi, infra conſtituta tempora, ſcilicet præſcriptionis. caueam tamen, ne nimis arcte proſequar, quia illud ſolum tempus mihi ſupererit, quod remanebit a die proteſtationis uſque ad diem conſumatæ læſionis, ſi nõ fuiſſem proteſtatus, ar. ff. de minor. l. ult. aut non eſt certum tempus a iur. limitatum, infra quod proteſtari debeam, & tunc protinus habeo proteſtari. Ex quo enim ſcio ex facto, contra quem proteſtor, poſſe mihi parari præiudicium, ſtatim habeo proteſtari. ff. ad Macedo. ſi filiusfami. ſupra de offi. deleg. cum olim. 1. 22. q. 1. primum. & 1. q. 3. c. tribus, & 33. queſt. 2. mulier. & hoc eſt uerum, ſiue proteſtatio interponatur ad impugnationem facti alterius, ut in iuribus prædictis, aut ſuper facto meo, ut ſi funus patris mei certa die feci, & creditores hæreditarij per hoc dicerent me immiſcuiſſe hæreditati paternæ, & dicerem me proteſtatum poſt dictam

diem

Digitized by Google

diem, hæc proteſtatio non me releuaret, cũ iam forte eſ-
ſet ius aduerſarijs acquiſitũ, ar. s̈. de teſti. præſentium. illa
enim quæ habent releuare factũ, debẽt ineſſe incontinen
ti, ar. C. de dona. quæ ſub modo. perfecta. & C. de pac. pe-
tens. & intellige confeſtim, vt ff. ad tertul. l. 2. §. confeſtim.
Sed quæro appellaui abſente aduerſario meo in cauſa be-
neficiali, & proteſtatus fui de appel. huiuſmodi appellato
denuntianda, & cum poſſem infra menſem ſibi denuntia
re, poſt denuntiaui eidem, an valeat talis denuntiatio? Vi-
detur quod non, quia qui tenetur ad factum illud imple-
re debet infra tempus arbitrio boni viri moderandum. ff.
de verb. oblig. continuus. §. cum ita. & ſi non fecerit infra
dictum tempus, faciendo poſtea, non facit, quod promi-
ſit, vt a promiſſione liberetur. ff. de verb. oblig. ſi inſulam.
igitur iſte appellans, & proteſtans, & denuntians, vt præ-
mittitur, tali denuntiatione non iuuatur. Solutio. conſti-
tutio, ſtatuimus. ſup. hoc lib. de elec. loquitur in appella-
tione denuntiata, alias dicta conſtitutio non arctaret ap-
pellantẽ, & appellatũ & alios, quorum intereſt, ad iter ar
ripiẽdũ, vt ibidem habetur, & eſt ratio, vbi eſt citatio ho-
minis, certũ eſt ad hoc quod liget, oportet, quod ſit facta.
ff. de iudi. ſi quis poſtea. ſup. de offi. deleg. gratum. & s̈. de
foro competen. propoſuiſti. ſic in dicta conſtitutione, ſta
tuimus. oportet, quod ſit talis appellatio citans denuntia-
ta, nam appellatio non citat, ſed appella. denuntiata, vt
dicta conſtitutione, & ita appellans non eſt in caſu dictæ
conſtitutionis, niſi poſt denunciationem. Sed op. appellãs
prædictus, vt præmittitur, tenetur ad factum, & tale factũ
quod ſummopere exerceri debet, & in quo dilationum
materia eſt amputanda. C. de tempo. ap. l. 2. in prin. & l. fi.
§. illud. & præſertim appellatio in beneficialibus celerita-
tem deſiderat s̈. de do. & con. finem. igitur prædictam o-
mittens appellans, beneficio dictæ conſtitutionis nõ gau-
debit, ſed dic quod hæc non inducunt preſcriptionem in
dicta appellatione, ſed in forma conſtitutionis prædictæ
non ſeruata, quæ non punit in præſcriptione appellatio-
nis ſed deuolutionis, vt in curia non tractetur, & ideo cũ
actus dictæ deuolutionis initiatus per appellationem, co-
pleatur per denuntiationem, nihil videtur actum quo ad
ficti deuolutionem, cum aliquid ſupereſt ad agendũ, ar.
C. ad Sil. l. cũ Sillanianũ. in fi. ex quo rñd. ad argumenta,
nã §. cum ita. loquitur in actu in ſe cõpleto, ſi factũ ſeque
retur, ſed in propoſito eſt factũ ap. quo exemplo adhuc re
ſtat aliud, quo ad deuolutionis effectum, ſicut denũtiatio
quæ perficit deuolutionis actum. vnde hic non agitur de
præſcriptione ap. interponendæ, quæ infra decendiũ de-
bet interponi, ẽt de actu iudiciali, vt. s̈. hoc lib. de appella.
concertationi. C. de appellat. auth. hodie. Authen. de ap-
pellat. in princ. col. 4. nec interpoſitæ appellationis proſe
quendæ, quæ debet proſequi infra annum, aut ex iuſta in
fra biennium, & quandoque vltra. 2. q. 6. §. tempus. & ca.
ſeq. & ſup. de appella. ex ratione, ſed duntaxat hic agitur
de præſcriptione deuolutionis, & ideo ſi non eſt præſcri-
ptum primo, ſecundo, nec tertio, præſcriptio contra deuo
lutionem non currit ante appellationem deuoluentem,
in qua duo requiruntur, vnum vt exordium, vt appella-
tio, & aliud vt exordij complementum, vt denuntiatio, vt
prædixi. ſed ſi non ſit appellatum, nec proſecutum, vt pri-
mo caſu, & ſecundo præſcriptum eſt deuolutioni, quia ſe-
quitur, non eſt appellatum, vel appellatio eſt reducta ad
effectum non appellationis, s̈. hoc lib. de appel. Romana.
§. ſi vero. ergo talis appel. non deuoluit, quia toto fruſtra
to & pars fruſtratur, ar. ff. de excep. rei iudica. ſi quis cum
totum. in prin. & deſtructis primis impoſſibile eſt aliquid
aliorum remanere, ar. ff. de except. rei iudi. egi. ex quibus
concluditur, quod ex quo eſt appellatũ, & appellatio de-
nuntiata quæ iam citat, & auditor non impetratur ĩ. tem
pora dictæ conſtitutionis, ſtatuimus. aut vbi non proteſta
tur, vt eſt moris, agere volens, aut ſi ſemel proteſtatur, ni
ſi negligentia proteſtandi poteſt impingi, vt ſupra hoc li.
de elec. cupientes. negotium non eſſe deuolutum in curia
tractandum, ſed eſt deuolutioni præſcriptum non proſe-
cutioni appellationis, quin impetrari poſſet per audientã
principis, nec eſt mirum, ſi leuius præſcribitur dictæ deuo
lutioni, quæ eſt contra ius cõe, q̃ iuri cõi, quod vult nego
tiũ appel. in conſiſtorio principis regulariter non tracta-
ri. res leuiter ad ſuam naturam reuertitur, & leuius tollũ-
tur iura ſpecialia, q̃ cõia. ff. de pac. l. ſi vnus. §. pactus. Au-
th. de re. ec. non ali. §. quia vero veriſimile. vide quod no-
taui in cle. cauſam. de elec. in gloſ. quod ergo. Sed quid in
eccleſijs regularibus, vel epiſcopalibus & ſpiritualibus, v-
bi quis arctatur ad comparitionem papalem. ſup. hoc lib.
de ele. cupientes, ſicut vidi, quod quidam monachus ap-
pellauit contra electũ ſui monaſterij exiſtens in curia, &
cum poſſet infra menſem denuntiare, ſeptimo menſe de-
nuntiauit, & ante denuntiationem appellat. electus fuit
confirmatus & benedictus, ita quod nihil reſtabat explẽ-
dum in electo, nunquid iſte electus adſtringitur dicta cõ-
ſtitutione, videtur quod ſic, arg. dictorum iurium, ſed dic
contra, arg. ſup. de appella. conſtitutus. Item pone cauſã
in contradictore, quod leuius repellitur, quam competi-
tor. ff. de decur. generaliter. §. ſpurius Item, vt eſt prędictũ,
tutius præſcribitur deuolutioni, quàm appellationi, ſic
facilius præſcribitur deuolutioni perſonali, quã deuolu-
tioni ſimpliciter, quia in caſu conſtitutionis, cupientes.
fortius arctatur electus quam per conſtitutionem, ſtatui-
mus. Et ideo appellans in vno caſu arctius debet arctari,
cum vno caſu maius ſit periculum, & ideo tutius occurrẽ
dum, cum huius negotium celeritatem deſideret, & dila-
tio in eo ſit periculoſa. ff. de Carbo. l. 1. §. 1. ſupra eod. libr.
vbi de electio. in princi. ff. de dam. infec. l. 1. & hoc liquet
ex mente conſtitutionis, cupientes, arctantis veriſimiliter
appellantem & appellatum ad veniendum, quàm cito cõ
mode poterunt, & per conſequẽs ad illa, per quæ ad hoc
deuenitur. ff. de iur. omn. iudi. l. 2. ſicut denuntiare appel-
lationem, non eſſet in poteſtate appellantis non denuntiã
tis cito, quando vellet aſtringere ad veniendum ad curiã
perſonaliter per denunciationem ſuam appellatum. Sed
dices idem inconueniens in primo caſu. So. Iam eſt di-
ctum, grauior eſt ſecundus caſus primo, & durius eſt ſta-
tim perdere in ſecundo caſu, quàm in primo, ſed obijci-
tur. Commodum eſt appellato quando tardius ſibi deuũ
tiatur, quia expeditius eſt appellato tarde habere brigã
quam cito, ergo ſi appellatus de eo habet commodum,
culpam non poterit impingere appellanti. ff. de iur. doti.
cum in fundo. ff. ne quid in loco pub. l. 1. §. idem Labeo.
Vnde verſus.

Vt culpent alij, te me laudare neceſſe eſt.

So. hoc caſu nedũ recipitur principaliter intereſſe appellã
tis & appellati, vt in contrarijs, & caſu primo, ad ment. hu
ius conſtitutionis imponentis celeritatem in proſecutio-
ne horum negotiorum dicta conſtitutione, cupientes. cõ-
prehenſorũ magis in ſecundo caſu q̃ in primo, vt dictum
eſt. & ob hęc dicta prorogatio pati nõ debet, ar. ff. de Car.
10 edic. l. 3. §. hoc aũt. ¶ Nunc videamus † qualiter faciẽda
ſit proteſtatio, & primo quæritur, cur in ſcriptis ſit faciẽ-
da? Quo caſu diſtinguo, aut proteſtor ſuper tali facto, ſup
quo agerem, ſi perſonam rei haberem. aut non. primo ca-
ſu cum proteſtatio ſubrogetur loco libelli conuentionalis
ſicut eſt neceſſe regulariter dare libellum in ſcriptis, ita
proteſtationem loco libelli ſubrogatam, loco enim peti-
tionis proteſtatio habetur. ff. de nau. fœ. l. 2. ar. dictæ l. vt
perfectius. & 16. qu. 3. §. poteſt. in Auth. de tempo. non ſo.
do. §. conteſtationem. & hoc caſu proteſtatio habet effe-
ctum interrumpendi præſcriptionem, vt dictis iuribus, &
hic tollit effectum poſſeſſorij, qui eſt præſcribere. In alijs
caſibus non eſt neceſſe, q̃ fiat proteſtatio in ſcriptis, cum
hoc non reperiatur in iure cautum, & ideo ſtabitur regu-
læ. C. de pact. pactum, qui bona. Item proteſtatio debet
plene continere factũ, ſuper quo fiat proteſtatio, ad hoc
quod

Digitized by Google

quod proteſtans de proteſtatione huius poſſit ſe iuuare,
verbi gratia, Poſſum funerare patrē meū non aīo hæredi-
tatis paternæ aſſequendæ, & ēt vt ſumptus conſeruem, vt
qui ad iſta duo vult ſe iuuare, plene hēt proteſtari. ff. de re
li. & ſumpt. at ſi quis. §. plerique. in fi. nam in non expreſ-
ſo nō iuuabitur proteſtans, nec mirū, quia proteſtatio ad
expreſſum intendebat, & ideo in hoc proderit, ar. C. de in
ge. ma. ingenuum. Item ꝓteſtatio debet eſſe clara, & tem-
pore competenti facta. ff. quod vi aut clam. qui aliter. in
11 prin. & §. 1. Nunc † quæritur, quid ſit effectus proteſtatio
nis. & dic, quod multiplex. nam quandoque habet ius il-
læſum conſeruare, qūque dubium declarare, & plerunq;
nexum obligationis euitare, & alios effectus, vt in diuiſio
ne neceſſariarū proteſtationū. ꝫ. euidenter colligitur. Ha-
bet enim proteſtatio acquiſitionem poſſeſſionis quando-
que impedire, vt no. 7. q. 1. pontifices. & regulariter prote
ſtatio habet effectum infringendi id, ſuper quo interponi
tur pro modo proteſtantis, & ſic omnis appellat. legiti-
mum habet terminum a quo, vt intereſſe, pro quo tuendo
interponitur, alias ſi non intereſſet, non admittetur appel
latio. ꝫ. de ele. cum inter R. & de con. præb. relatum. & 2.
q. 6. non ſolent. & terminum ad quem. ſ. illum ad cuius re-
ceptionem interponitur. ff. de appel. l. 1. nec app. reſcindit
quodlibet factum, ſed illicite attentatum contra appella
tionem. ꝫ. de elec. cum nobis. ſic proteſtatio quæ pinguius
quandoque ſubuenit, quam ap. C. de filijſfa. l. 1. & 2. habe
re debet terminum a quo, ſ. intereſſe proteſtantis, quod
proteſtatio tueretur, & terminum ad quem, ſ. id, quod eſt
onerosum, ſeu illicitum, proteſtanti gratioſum impugna-
re, remouere, ſeu retractare, quod vigorem cōſequeretur
12 proteſtatione non emiſſa. Ex quibus † colligitur proteſta
tionem legitimam continere duo, ſcilicet intereſſe prote-
ſtantis, & impugnationem iuſtam, alias proteſtatio eſt re-
ſpuenda, vt ex ſuperioribus probatur. Item proteſtatio ha
bet effectum interrumpendæ pręſcriptionis, vt. C. de epiſ.
au. ſi præſes. & l. fi. quod intelligo indiſ. quando præſcri-
ptio ex ſola negligentia illius, contra quem præſcribitur,
procedit, vt dictis l. & C. de his qui met. iudi. non appel-
lat. l. ſecunda. de non numerata pecunia. in contractibus.
§. fi. ſed vbi præſcriptio procedit nedum ex negligentia
illius, contra quem præſcribitur, ſed ēt cum hoc ex poſſeſ
ſione illius, qui eſt in præſcribendo, dubitari conſueuit,
an proteſtatio hoc caſu interrumpat pręſcriptionem. Dic
ꝙ ſic, vt in l. vt perfectius. Vel dic, ꝙ illa loquitur in qua-
tuor ſpecialibus caſibus. Sed nunquid proteſtatio poſſeſ-
ſoriū tollit, vt non proſit. ver. gra. In eo ꝗ eſt in poſſeſſione
eligendi, vel coeligendi, & proteſtatio fit contra eum, ꝙ
vox eius non præſtet ſuffragium niſi de conſuetudine, vel
de iure vocē habeat in electione, an per huiuſmodi prote
ſtationem cōmodum poſſeſſionis ſit ablatum. & primo vr̃
quod proteſtatio non tollat effectum poſſeſſorij, quia etiā
lis mota ſeu pendens effectum poſſeſſorij non tollit, ergo
minus proteſtatio ſola. ꝫ. de in inte. re. c. 2. & vt lit. pen. c. 1.
& ꝫ. de iur. pa. ex literis. ar. ff. de rei ven. l. vtique. nec peti-
tio facta in iudicio quē facit reum. 15. q. 8. c. fi. imo prius
debet conuinci, quam aliquid auferatur ab eo. C. de iur.
fiſ. facultas. & l. fi. ſed contra, ſup. de elec. Cumana. dicunt
quidam, ꝙ proteſtatio commodum poſſeſſionis non tol-
lit. ꝫ. de ele. in Geneſi. & 56. di. ſatis. ſed dico diſtinguen-
dū in hoc articulo, nam aut proteſtans nititur contra ius
cōe, aut ſm, aut præter. primo caſu non tollit proteſtatio
commodum poſſeſſorij. ſic loquitur c. in Gen. vel ibi pro-
bauit ſe canonicum ille contra quem fuerat proteſtatum.
Secundo proteſtatio tollit commodum poſſeſſorij. & ſic lo
quitur dec. Cumana. ibi enim pro proteſtantibus erat ius
cōe. 16. q. fi. ca. fi. vnde probato petitorio, quod erat fun-
datū iure cōi pro proteſtantibus, & probato ſolo poſſeſſo
13 rio per illos contra quos fiebat proteſtatio, petitoriū † tra
hit ad ſe poſſeſſoriū, vt ipſum ſolum non proſit. ꝫ. de cauſa
poſ. & ꝓprie. cum dilectus. Si enim probaui petitoriū pro
me contra te poſſeſſorem, conſtat, quod poſſeſſio a te eſt
auferenda, ergo multo magis vbi tu actor probaſti de poſ
ſeſſorio, & ego reus de petitorio excipere potero, non eſt
tibi efficax hæc poſſeſſio probata, quia per me conſtat de
petitorio, quo probato fiet contra te executio, & ſic cum
detur actio, multomagis except. ff. de ſuperfi. l. 1. & hoc di
cit l. ff. de rei ven. officiū. Vbi. n. probaui rē meā eſſe, ne-
ceſſe hēt reus rem reſtituere. & ita probatio petitorij extin
guit factū poſſeſſorij. Nec aduerſatur dec. ꝫ. de cā poſ. cū
eccleſia. ibi nulla fuit proteſtatio a parte canonicorū Su-
trinorū emiſſa, & a clericis admiſſa, ſed vtentes iure cōi
elegerunt, & electione facta clerici collegiatarum eccleſia
rum dicentes ſe debuiſſe intereſſe petierunt illam electio
nem infirmari, & deduxerunt tam petitorium quam poſ-
ſeſſorium in iudiciū vt fatui, qa ſi ſolū poſſeſſoriū indu-
xiſſent obtinuiſſent, ar. ꝫ. de iur. pa. cōſultationibus. & ꝫ.
de ele. querela. Sed qa poſſeſſoriū & petitoriū ſimul intea
tauerunt, & erat probatū iure cōi petitoriū pro canonicis
Sutrinis, nec clerici collegiatarū eccleſiarū poterant hoc
ius cōe conſuetudine vel alio modo infringere. Petitoriū
probatū iure cōi ſuſtulit fructū poſſeſſorij. & ſic eſt caſus
ꝫ. de cenſi. olim cauſam. vbi eps petebat in certis terminis
ſibi ſolui noīe ſynodatici certum numerū denariorum Pa
pien. pclericos plebis Rupinæ. & clerici dicebant ſe non
teneri niſi ad denarios Lucen. quos dñs eps recepit vno
anno, ita tñ ſuū proteſtatū fuit, & ibidē dicitur, quod ſi
clerici ſic perſoluiſſent per 40. annos, pſcriptione tuti eſ-
ſent, ſed non eſſent tuti, ſi dicta ꝓteſtatio ipſum poſſeſſo
riū ſuſtuliſſet, qa tunc minime præſcriberetur. ff. de vſuc.
ſine poſſeſſione. Sed forſan dicet aliqs, quod proteſtatio
nihil operata fuit in dicta decr. quia fuit ab illa receſſum
per contrariū actū, vt innuit ibi gl. & ob hoc proteſtatio,
quæ vires non habuit, dicto caſu non ſuſtulit ipſum poſ-
ſeſſoriū, ſed dici poſſet, ꝙ actus receptionis Lucen. non
fuit directe contrarius proteſtationi, quia ſi eps nomine
eccleſiæ ſuæ habebat a dictis clericis recipere Papien. iur.
eccleſiæ non fuit derogatū facto epi in receptione Lucē.
ergo proteſtatio ſtetit poſt receptionem Lucen. licet ſi eſ-
ſent Lucen. recepti per ſpatiū 40. an. fuiſſet pīudicatū ec-
cleſiæ, & per conſequens proteſtationi, quæ ius eccleſiæ
tuebatur. quia prælatus poteſt facere deteriorem cōditio
nē eccleſiæ negligendo, & ſi alias regulariter non poſſet.
16. q. 6. ſi epiſcopum. & ꝫ de excep. cum venerabilis. & ꝫ.
eo. delictum. Item etiā eps recipiendo partem ſynodatici
ſciens ſe ius pinguius habere per vſum partis totum reti-
nebat. ff. de vſufr. is ꝗ vſumfructum. ſaltem quouſq; eſſet
pſcriptum. item dato, quod eſſet receſſum in dicto caſu a
proteſtatione, nihilominus dico, quod proteſtatio nō tol
lit poſſeſſoriū, niſi ille, cōtra quem proteſtor, non innita-
tur iure cōi, vt fuit in dicto caſu. Nā licet ſoluere ſynodati
cū ſit de iure cōi, ꝫ. de of. or. conquerente, ſoluere tñ hoc
genus monetę, vel illud, eſt pter ius cōe, & ideo ſolutio Lu
cen. iure cōi nō impugnata, ſi pſeueret vſq; ad 40. annos
ꝓteſtatione non obſt. pſcriptionem pariet. Et ſubditus cō
tra ſuperiorem pſcribere poteſt, qđ ſoluat certā ſummam
& plus exactus poteſt contradicere. C. in qui. ca. col. do.
ac. poſ. li. 11. & dico qđ proteſtatio regulariter non tollit
poſſeſſoriū, nec effectū eius, qui eſt pſcribere, & ſi qñ tol-
lat effectū poſſeſſorij, vt in dec. Cumana. hoc facit petito-
riū probatū, vt ꝫ. declarat, ſic effectus poſſeſſorij, qui eſt
pſcribere, tollitur qñq; per conteſtationē, vt qñ agere nō
poterat ꝓteſtans, vt in l. vt pfectius. alias proteſtatio cur-
ſum pſcriptionis nō impediret, ar. præ. l. ¶ Poſtmodū q̄ri
tur, qñ a proteſtatione recedatur, & dic, quod qñ factum
ꝓteſtantis oīno liberū cū proteſtatione ante facta ſe com
pati non pōt, receditur a proteſtatione. ꝫ. de ap. ſolicitudi
nē. & ꝫ de conſti. cum M. & ff. de acquir. hære. l. pro hære-
de. 1. rñ. §. vlt. in fi. eiuſdē l. & eſt rō pdictorū, quia plus de
claro volūtatē meā facto, q̄ verbo. ff. de ædil. ædic. l. ſi tñ.
ç. ei qui. Et qa p facta plus iudicor q̄ per verba. 22. q. 5. ca
uete.

Digitized by Google

pete.2.q.1.cum omnis. Et dixi generaliter factum omnino liberum proteſtationi aduerſum ipſam proteſtationẽ tollere, ſecus ſi non eſſet liberum, vt quia metus interueniſſet.ſ.quod met.cauſa.c.1.aut voluntas ſuperioris, quæ factum proteſtationi contrarium iniunxit.vt 28.diſt.diaconi.& iſtis duobus caſibus factum contrarium proteſtationi proteſtationem non tollit, nec eſt mirum, quia dictis caſibus facientes, faciendo magis videntur pati, quam agere. ¶ Sed quæro vnus aduerſarius proteſtatur, & aduerſarius in contrarium, vt quotidie fit, nunquid ſecunda proteſtatio tollit primam. Et videtur quòd ſic.ff.de libe.ag. l. 1.§.denunciare.& §.ſeq.ſed contra vr̃, quia licitũ eſt vnicuique, vt vult, rei ſuæ legem imponere.ff.de ſol. l. 1. ergo & proteſtari ſuper ea. So. cum proteſtationes hincinde fiunt, aut actus cõis vtrique proteſtantium ita ꝙ directo intereſſet vtriuſque, & hoc caſu ſecunda proteſtatio tollit efficaciam primæ, vt dicta l.de libe.ag.aut non, & hoc tripliciter, quia factum, ſuper quo fiunt hincinde proteſtationes, eſt principaliter pro proteſtante primo, aut econtra, aut eſt dubium, primo caſu proteſtatio prima nõ eneruatur, verbi gratia Reus proteſtatur, quod ſi aliqua dicat, quæ ſapiant lit.conte. non vult lit. haberi pro conteſtata, actor in contrarium, per iſtam ſecundam non tollitur prima, & cum verba lit.conteſtationis fieri poſſint animo conteſtandi lit. & animo informandi iudicem, iſta verba ambigua quę ſunt principaliter rei, poteſt ipſe reus per ſuam proteſtationem interpretari.ff.de pac.iur. gen. §.quod fere.& ff.de iudi.l.ſi quis intentione.ſed ſecundo caſu & tertio proteſtatio ſequens tolleret efficaciam primæ.arg.ff.quod vi, aut clam, aut qualiter.§.ſi quis, cum & in primo membro, & in iſtis poteſt eſſe ratio. in re cõmuni regulariter melior eſt conditio prohibentis.ff. communi di.Sabinus.& de cura.fur.conſilio.in fine.& ob hoc vbi factum eſt commune, ſeu etiam principalius intereſt proteſtantis ſecundario in contrarium, ſeu vbi eſt dubiũ, cuius interſit principalius, prima proteſtatio non habet effectum conſenſu aduerſarij non veſtita. Item primus proteſtans vr̃ impetere, & ſecundus defendere, & ob hoc in re dubia ſecundo proteſtanti eſt magis inſiſtendum vt ſ. de prob.ex literis.& ſ.e.cum ſunt.ſicut etiam vbi factum eſt commune, cum fauorabilia ſunt iura tam reis quã actoribus.ff.de act.& obl.Arrianus.& ff.de re.iur.fauorabiliores ergo multo magis vbi principalius intereſt ſecundo proteſtanti, ſecunda proteſtatio primam eneruabit. ¶ Vltimo quæritur, pone in termino peremptorio dato ad ponẽdum, vel ad articulandum, vel alias proteſtatur dans poſitiones vel articulos, ꝙ articulos datos poſſit declarare, diminuere, interpretari, corrigere, vel mutare, & nouos dare, ſi ad eius notitiam peruenerit, an hæc proteſtatio valeat? Rñdeo, dicta proteſtatio eſt vtilis quoad declarationẽ, arg.ff.de acq.re.do.adeo.§.cum quis.in fin.& ff. de teſta.hæredes.§.quod vero quis obſcure. Idem dico quoad interpretationẽ.ff.de iud.l.ſi quis intentione & ſ.de acc.cum dilectus.q̃dam tñ diſtinguũt in p̃dictis, an in principio, medio, vel fine fiat declaratio, ſeu interpretatio. vt no.ſ.de reſt.ſpol.cum ad ſedem.ſed quoad diminutionẽ diſtingue, aut eſt q̃ſitum ex narratione articuli parti aduerſæ, & tunc non licet diminuere, quatenus facit pro aduerſario, ar.Auth.de his qui ingre.ad app.§. illud ẽt. col. 1.ff.depo.l.Publia.§.fin.& l.1.§.ſi rem.verb.gratia.appellat quis obijciens in perſonam, vel formam, & articulat ſuper hoc, vult detrahere hos articulos, dico, quod non poteſt in p̃iudiciũ appel.cui ex dicta articulatione accreſcit ius.ſ.quod alia non poteſt opponere appellans. ar.ſ. hoc li.de ele.ab eo.non prout dicit cõſtitutio, vt circa, aut nõ facit pro aduerſario & tunc poteſt tollere, quia hoc caſu ſolus fauor articulãtis verſat̃. Simili modo dico in eo, qui mutare vult, vel corrigere diſtinguendo. In eo vero q̃ vult articulos nouos dare poſt perempto. prætextu proteſtationis appellationis antefactæ vr̃ diſtinguendũ, aut articuli de nouo poſiti non ſapiunt crimen vel defectũ, aut ſapiunt, primo caſu, ſiue articuli nouiter poſiti ſint poſt terminũ peremptorium nati vel noti, & de hoc conſtat, quod ſaltem per iuramentum poſſunt admitti, arg.ſ.de excep.paſtoralis, & de offi.dele.inſinuante. ar. Præſertim ſi de facto in articulo contento competeret ius agendi ex natis poſt perempt.q̃a in illis ẽt ſñia lata nõ obſtat, ergo minus perẽ.obſtabit, ar.ff.de excep.rei iud.ſi inſtm. §. eandẽ. ſed in notis poſt terminum diſtingue, aut poſt huius terminũ reſtat cognitio, & dic tunc vt prius, aut non reſtat, vt quia eſt concluſum, quo caſu non eſt cognoſcere, ſed cognitũ eſſe, tunc non admittitur, & eſt ratio. eſt enim quod ipſi imputetur, qui ante iudicium præparare debuit iuſtitiã, & diligenter inquirere. Sed nunquid ead. diſt. adhibetur in natis, dic, aut ſunt nata, ex quibus competit ius agẽdi, aut excipiendi, ſi excipiendi admittã, ſi agẽdi, aut de hoc articulat actor, aut reus, ſi reus, dic vt prius, ſi actor, aut libellũ põt iuuare ex cauſa de nouo orta, & ſic dic vt prius, aut non.tunc.n.admittam.probatur ſ.hoc lib.de re iudi. abbate.nec valet, ſi dicas, valet ad agendum, ergo ad excipiendũ, rñ hic eſt figura dictionis, hic.n.mutatur quid in vbi. Secundo caſu no. dixit B.Cõpo. quod non debet admitti, vt no.ſ.de ele.quod ſicut.cui opinioni aſſentio in notis, ſed non in natis, nam poſt perempt. iur. dilatoriarũ vt eſt lit.conteſt.dilatoria orta poſt proponi poteſt. vt d.c.inſinuante. Secus dico in his, quæ nata ſunt de nouo poſt peremptoriũ propter rationes per dictum B. allegatus, & eſt ratio diuerſitatis, articulans potuit ſibi præuidẽre in notis poſt articulationẽ, ſed non in natis, & ideo ſibi imputatur, arg.ſ.de re iudi.ſuborta.nec valet proteſtatio quoad not.quia factum peremptorium proteſtationi obuiat, quod eſt fortius, vt no.in caſu decr.ſ de ele.ca. cum Vintonienſis.arg.ff.de mino.verum.§.fina. & proteſtatio dictis caſibus eſt magis voluntaria quam neceſſaria. Prædictis ergo modis generalia ſpecialia non comprehẽdũt. Regulare tñ eſt, ꝙ genus ſpeciẽ comprehendit, ſicut totũ partem.ff.eo.ſemper ſpecialia.& ſ.eod.in toto. Eſt etiam
14 † regulare, ꝙ tantum facit generale in omnibus, quantũ ſpeciale in ſingulis.ff.de admi.tut.l.ſi duo.C. de præſcri.30.vel 40.anno.omnes.de quadri.præſcrip.l.2.& verbum generale generaliter eſt intelligendum.ff.de ſerui.vr.præ.l.ſi ſeruitus.19.di.ſi Romanorum.ſ. de priuil. quia circa. quod aũt generale ſpeciale non comprehendat, hoc facit materia, modus, ſeu qualitas, & aliæ circunſtantiæ generales arctantes, vt per inſtantias ſupra poſitas probatur.

SVMMARIVM.

1 *Paterna poteſtas non atrocitate, ſed pietate mouetur.*

2 *Iudices in noxios quo affectu moueri debeant, & prelati erga ſubditos.*

REGVLA XII.

In Iudicijs. Ad intellectum huius regulæ curioſus videre poſſet Thomam ſecunda ſecundæ.q.63.per totum. & maxime articulo vltimo. Dyn. de æqualitate in iudicijs ſeruanda, ſiue partes ſint pares ſiue impares, allegat in authentic.iuſ.iur.quod præſta. ab his §.& econtrario. & §. & primum.ibi.nequaquam ſi id inclinato.&c. & vt iudi. ſine quoquo ſuffra.§.deinde.& §.quod autem. & defenſiui.§.iuſiurandum. Cum enim iudices circa ſubiectos ſe habere debeant, vt patres circa filios. in Authen. vt iudic.ſine quoquo ſuffragio.§.reos. & iuſiuran. quod præ-
1 ſtatur ab his.§.deuotos.paterna † vero poteſtas non atrocitate ſed pietate mouetur, & pro liberis conſilium capib. ff.ad l.Iul.de parrici.l.Diuus.& de adult. l.nec in ea.§.pe-
2 nul.concluditur iudices & prælatos circa † ſubditos pios eſſe debere, & inter eos in iudicijs æqualitatem ſeruare, nam inæqualitas etiam in extraiudicialibus & in arbitrijs iura reprobãt.ff.de arbitris.l.ſi de meis.circa prin. & l.Pedius.§.in ſeruũ.& l.ſi cũ dies.§.pe.ff.de vul. & pu. ſub l.iã hoc iuſ.& l. Lucius.C.de reſc.ve.l.ratas.de re.mi. & l.

Digitized by Google

in teſtã.de impub.& alijs ſubſtit.l.hæreditatem,& l.quamuis. ¶ Prima gl.ponit exẽpla,ſecundo ſignat in cõtrariũ quatuor canones,quatuor decr.& duas leges.ſoluit,& dat quinque ſimilia.Tertio ponit quatuor modos,quibus d r̃ iudiciũ,in fi.no.& inſtruit.Io.An.¶ In 1.gl.ibi.§.ſi arbiter,ſtatuit locũ,in quem altera pars non põt honeſte venire,nõ arctat et eũ q venire poterat,abſurda .n.eſſet inæqualitas illa,quod ſolũ vna partiũ ligaret,& ibi [aut facta] verſ.pſona.ibi in eodẽ gñe delicti aliter punit̃ ſeruus q̃ liber.Idẽ a iter quod fit in parentẽ vel patronũ,q̃ quod fit in extraneũ,& ibi in ſacris.& vide ĩ.e.non licet.¶ In 1.gl.ibi in ſacris,& l.vnicuique.li.12.vnde & priuilegiũ vnius litigãtiũ tranſit ad alterũ.C.de fruc.& litiũ expen.l.fi.ſignatur ad hoc contrariũ.inſtit.de iure natu.§.ſed qđ principi.vbi de hoc,& hoc per Dy.cui nõ placent ſolutiones illæ,quarũ prima diſtinguit,an priuilegiũ detur ad litis executionẽ,& tunc aduerſario prodeſt,aut ad deciſionem,& tunc ſecus,q̃ probat per l.C.ſi aduer.tranſa.l.1.& 2.C.de repu.q fi.l.vna.ſecunda diſtinguit,an proprio motu conceſſum fuerit,& tunc nõ prodeſt aduerſario an ad petitionem,& tunc prodeſt,quam etiam improbat p præ.l.fi.C.de fruc.& lit.ex.diſtinguit ergo ſic.Aut priuilegiũ continet ius iniquum,quia conceſſum in alterius læſionẽ,& tunc diſtinguitur.quia ſi id ad petitionem vti dẽt impetrans eo.iur.facit ĩ.de mutu.pe.c.2.ſi ſine poſtul.non cogitur.ff.quod quiſque iur.l.1.& 2.Si vero non continet ius iniquum,ſed fauorem illius,cui conceditur,& aliquã iur.communis relaxationem,ſiue proprio motu,ſiue ad petitionem ſit conceſſum,prodeſt ſolum impetranti,& non alteri eum non contingenti,vt in §.ſed quod principi.Prodeſt etiam litiganti cum illo,vt vitetur inæqualitas,& quia vr̃ eum contingere,& ſic loquitur l.vlt.C.de fruc.cum concor.& ibi.c.pen.in fi.Io.mon.ponit 15.ſignificationes ſuper rubr.de iudi.quas dat per hos verſus.

Actio,lis,authoritas,forus,arbiter,vltima velle,
Quæſtio,diſcretio,ſententia,inſtantia,diſcuſſio,poſſe,
Pernicies,pœna,proceſſus iudicialis.

Actió.ĩ.de probatio.ex literis,ff.de iudi.in tribus.inſti.q.non eſt per.ſa.§.præterea.Lis.ff.de pecu.quod debetur,ad Treb.l.12.reſpon.Authoritas.ĩ.de iudi.decernimus.73.diſt.c.1.Forus.de iudi.quanto.Arbiter.2.qu.6.a iudicib.ff.q ſatiſda.cog.ab arbitro.ĩ.e.li.de offi.delega.ab arbitris.Si.n.arbiter eſt iudex,ergo arbitrariũ iudiciũ.Vltima velle.vt hic in gl.& C.de ſacroſan.& l.hẽat.qõ.C.de or.iudi.l.qſtionũ.Diſcretio.vt in gl.& ff.de iudi.l.cũ prætor.& de præb.graue.32.q.4.origo.Sentẽtia.61.diſt.neophitus.de re iudi.in cauſis.de appel.ſi duobus.ĩ.de præſcr.c.fin.ff.de lega.3.qui concubinã.§.ſi hæres,& eccle.18.ante iudiciũ & iuſtitiã te para.Inſtantia.C.de iudi.properandũ.ĩ.de iudi.c.pen.Diſcuſſio.ĩ.de ver.ſi.forus.in prin.Poſſe.ff.de iudic.iudicium ſoluitur.Idẽ poteſtas iudicandi.Pernicies.1.ad Corinth.11.ibi,Qui manducat & bibit indigne,iudicium,ideſt perniciẽ ſibi manducat & bibit,dicit gl.condemnationem pœnæ.50.di.& purgabit.in princip.In Io.5.c.qui mala egerunt in reſurrectionem iudicij.i.pœnæ æternæ.Proceſſus iudicialis.ĩ.eo.li.de iudi.c.1.de excep.pia.Archi.qui de hoc aliquid tractauit ĩ.eo.li.de reſti.ſtatutum.§.inſuper.dicit,quod qñque ponitur pro tẽpore.55.diſt.præcepta.pro deliberatione,vel examinatione,& 19.diſt.c.1.in fi.47.di.de Pet.in fine.

QVAESTIO.

Hæc regula facit ad qõnẽ de actore,& reo priilegiatis de certo iudice,q̃ omitto,quia illã poſui ĩ.e.li.de priui.c.1.§.& idipſum.Sed proſequar qõnem fratris Huberti,q̃ ſic proponebat.Eccleſiæ collegiatæ conceſſit Papa priuilegiũ,q pſcriptio minor cẽtenaria in ſuis bonis vel iuribus non currat contra eã,agit plătus contra capitulũ,vel ecõtra,quorũ bona ſunt diſcreta ſuper re alias pſcriptibili,q̃rebat an alter contra alterũ illo priuilegio poſſet vti,hãc aũt abbreuiabo.Ad affirmatiuam 5.ad negatiuam 4.allegando.tertio ponitur ſolutio & pro confirmatione ſolutione diſtinctio.Ad primum,quod poſſit,inducebat,q appellatione eccleſiæ epiſcopus & capitulum continetur.de ver.ſignifica.cum clerici requiſiſti,de teſta.nec mirum,puta ad corpus conſtituendum neceſſaria ſunt caput & membra,quæ hic cõcurrunt,de his quæ fi.a præla.nouit.facit 12.diſt.c.1.45.di.cum B.de præſcript.cum non liceat.Si ergo prælato & capitulo datum intelligitur,videamus contra quos datum ſit,& vr̃ q contra oẽm antiquũ ſtatum,iure communi,priuilegio,vel alias in eccleſia laudabiliter obſeruatum immutare volentem,& hoc facit p̃ ſcribens,ergo contra illum competit.Ad primum inducitur,25.q.1.per totũ.2.q.3.ſi ea.& c.ſeruatis,& c.inſtitutionis,per q̃ patet,quod euerſor dicitur,qui id facit,& extra eccleſiam eſt,licet videatur intra.93.diſt.ſi inimicus.ergo ſtans pro ſtatu antiquo vtetur priuilegio contra præſcribentem ſicut contra extraneum.¶ Secundo probatur ſic.Prout ſe habent ſingulares eccleſiæ ad uniuerſalẽ,cuius ſunt mẽbra,ita membra ſingularis eccleſiæ ad ipſam eccleſiã,facit 1.q.1.multi.7.q.1.Nouatianus.24.q.1.loquitur.ſed priuilegio vniuerſalis eccleſiæ conceſſo vna eccleſia vtitur contra alteram.Nam priuilegium contra præſcriptionem 10.20.vel 30.ann.datum eſt eccleſiæ.De 40.annis.16.q.1.quas accuſationes.2.q.3.neque decenij.de præſcrip.de quarta.& illo vtitur eccleſia contra eccleſiam vt ibi.16.q.4.volumus Itẽ priuilegiũ reſt.in inte.iure minoris datum eccleſiæ,quo tñ vna contra aliam vtitur.de reſt.in integ.auditis.ſic ergo vnũ membrũ eccleſiæ contra aliud vtetur priuilegio,de quo loquimur.Et ſimile de priu.Velleiani dato mulieribus fideiubentibus,quo vna contra aliam vtitur,C.ad Velleia.ſi ſine.Idẽ in Macedoniano,quo vnus filiusfa.iuuatur contra alium.ff.ad Maced.ſi filius.Idem etiam in priuilegio religioſorum de nõ ſol.deci.ĩ.de deci.ex parte,15.q.1.quæſtu.nec obſt.ſi dicatur talia priuilegia non data collegio,quia priuilegium clericorum quoad forum datum eſt collegio clericali,de foro compet.ſi diligenti.& tamen contra clericum vtitur clericus illo,eo.ti.c.1.11.q.1.inolita.ſic & in propoſito cum quilibet de eccleſia participet priuilegio.ĩ.eo.li.de priuile.per excep.dicam in rebus eccleſiæ quemlibet de eccleſia illo vti poſſe.¶ Tertio ſpecialiter de priuilegiato ſic probatur.Si minor mutuat filiofami.bene vtitur priuile.minoris ætatis contra priuilegium Macedonianum.ff.de mino.verum,in fin.& l.ſequẽ.& hoc maxime,quia is,contra quem præſcribitur,tractat de damno vitando,& alter de lucro,quorum non eſt par ratio.C.de codic.l.fina.facit 12.q.4.quicunque.¶ Quarto ſic,Quod commune eſt duobus proficit vni contra alterum,vnde communis tutor duorum pupillorum agit pro vno contra reliquum,ff.de autho.tu.accipientis.Sic dicamus de iſto priuilegio.¶ Quinto cum præſcriptio ſit contra naturalem æquitatem ſecundum quam pars cum aliena iactura locupletari non debet.eo.ti.locupletari.Si ergo vnus contra alium priuilegio uti poſſit impediente locupletatione p̃dicta,& ſic benignior eſt talis interpretatio,maxime quia res ad ſuam naturã facile reuertitur,quo olim omnes eccleſiæ gaudebant priuilegio centenariæ præſcriptionis.C.de ſac.ſan.ecc.ut inter diuinum.facit 35.diſt.ab exordio.ff.de pact.ſi unus.§.q ſi non totum.ex his concluditur,q alter contra alterum priuilegio ſe defendit.¶ In contrarium,priuilegium,quod eſt lex priuata contra ius commune non plus concedit,quam uerba ſonent,& reſtringitur ad eos,qbus & contra quos & ad ea ſuper quibus eſt conceſſum,hæc patent per ordinem.7.qõ.1.petiſti.de priuil.ſane.de uer.ſig.ex parte.de decimis.ex parte.propter id iubet uideri & cõſeruari priuilegiorũ tenor.de priuile.porro.Sed ex tenore priuilegij,qđ ponit thema,paret tũc illud cõpetere,cũ cõtra ipſam minor pſcriptio allegatur.Sed in terminis quæſtionis non allegatur contra ipſam eccleſiam cum in iure indefinita æquipolleat uniuerſali,

de

Digitized by Google

de quo ſ. de elec. vt circa. erit idem dicere contra eccleſiã, & contra totã eccleſiam. Solus autem ꝑlatus vel ſolũ capitulũ non faciunt illam totã, ſed eius partẽ tm̃. de his q̃ fi. a præla. nouit. ergo allegatio ꝑſcriptionis, q̃ facit alter cõtra alterũ, non eſt contra totã eccleſiam, ſed eſt mẽbri cõtra membrũ, ad quẽ caſum non vr̃ priuilegium pertinere. ¶ Secundo ſic, cum vis corporis non ſit ſingularium de corpore. 12. q. 2. qui manumittitur. & qu. 1. §. ſi ergo. ff. de rerum di. §. in tantum. priuilegium datum eccleſiæ nõ eſt datum ſingularibus, ſingulares ſunt prælatus & capitulũ, cum diuiſim de illis loquimur, ergo priuilegio eccleſiæ quaſi ſibi non dato alter ſolus maxime contra alterũ vti non poterit. facit ſ. eo. lib. de præb. manda. alias etiam ſequeretur, ꝙ qui vt ſingularis de corpore participare debet priuilegio, læderetur ex illo, quod eſſet abſurdum, vt eo. tit. ꝙ ob gratiam. cum concor. ꝙ enim, vt dixi in prin. primæ partis, prælatus & capitulum cenſeantur eccleſia, cui priuilegium datum eſt, ſi contra ipſorum alterum admittatur, cõtra eccleſiam induceretur, ergo eccleſia ſibiipſi erit contraria, inducendo iſtud pro ſe & contra ſe, & ſic ſecum diffidendo nulli conueniet. 23. q. 6. ꝙ autem. de pœ. diſt. 1. §. his proteſtantibus. de app. ſolicitudinem. Melius eſt ergo, vt canon dicit, neutrum de ſuis iuuari, quam alterum lædi. 14. q. 5. denique. de ſepul. c. 1. quod ergo cõmune eſt, neutri proſit, vel noceat. 24. q. 1. q̃m vetus. ff. de in ius voc. communis. ff. de rap. vir. illud. facit quod no. de poſtula. c. vl. nec exigat huius corporis alter contra alterum, quod contra ſe nolit. 30. q. 6. nihil iniquius. ¶ Tertio quod priuilegiatus contra priuilegiatũ priuilegio nõ vtatur, inducit prolixe, quod no. de prob. in ꝑſentia. in gl. ingreſſus. in prin. & quod no. e. ti. q. prior. in fi. gl. & decr. cũ dilectus. de ord. co. ver. nos autẽ. ex quibus patet priuilegium euaneſcere ſubſtitutionis, vel dotis, vel ſpoliationis ceſſare contra illum, qui parem cauſam fouet. ¶ Quarto inducitur, ꝙ in omni ſcriptura ad intentionem ſcribentis eſt recurrendum. de reſcr. ſup literis. de arbit. expoſita. de præb. c. ſi. Intentio vero papæ in hoc caſu eſt, ꝙ ꝑ minorẽ præſcriptionem centenaria eccleſia non cadit a iure ſuo. Sed quicunque vincat, vel ſuccumbat ex litigantibus eccleſiæ, nil deperit. ergo priuilegio non eſt locus, quia non eſt iſte caſus, cui voluit prouidere cõcedens, & faciant ſimilia, quæ nota. ſ. de his q̃ fi. a præla. cum apoſtolica. in gl. Ideo. & vide quod dixi de præb. ex literis. ſuper verſi. egreſſus. poſt prin. ex quibus concluditur, alterum contra alterum priuilegio vti non poſſe. ¶ Soluẽdo dixit ꝑlatum contra capitulũ, vel econtra, illo priuilegio vti non poſſe, ſed eius vſum eſſe cõtra omnẽ, qui rem eccleſiæ ab ipſius dominio aduocaret. Dicit aũt, ꝙ vniuerſaliũ priuilegiorũ quędam reſpiciunt fauorem ꝑſonarũ datũ certis cauſis & in certis articulis, tale dicit priuilegiũ minorũ, & eccleſiarũ, in reſt. in integ. ff. de minori. l. 1. & ꝑ totũ, & mulierum in Velleiano, & filiorum fa. in Mace. q̃ proprie non põt dici data vniuerſitati, vel corpori, ſed ſunt vr̃a, & iſtis vtit̃ vnus talis cõtra alium talẽ, vt dixi in 2. arg. primæ partis. Aliud datur corpori vel vniuerſitati, fauore tã vniuerſitatis, q̃ ſingulariũ, & iſto põt vti ad ſui defenſionem tam vniuerſitas q̃ ſingulares ipſius perſonæ, & contra alios ſingulares ipſius corporis, vt et ibi dixi in fi. De priuilegio fori clericorũ aliud eſt quod datur vniuerſitati vel corpori ipſius fauore non partis vel ſingularium perſonarum, hoc vtitur vniuerſitas, vel alius ꝑ ipſa, ne ipſius ius pereat, aliter illi priuilegio non eſt vſus, vt dixi in fi. ſecũdæ partis, & ꝑ hoc contraria ſunt ſoluta, & vide qđ dixi in quæſtione ſuper regula priuilegium. in prin. ſolutionis.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio ſecunda non præiudicat priori.*
2 *Clericus ſi diuerſorum epiſcopatuum beneficia duo habeat, vtri potius obedire teneatur.*
3 *Obligationi omni ſubintelligantur ineſſe quatuor.*
4 *Delictum quod non excuſet ſuperioris authoritas, vbi ſit.*

REGVLA LXIX.

In malis promiſſis. [Fidem.] Multas ſignificationes fidei, vide de ſum. tri. ſup rubrica, Expedit ſm vtilitatẽ, nec decet ſm honeſtatẽ, & de his omnibus ſ. de voto, magnæ, poſt prin. ¶ Prima gl. pro exemplis & materia remittit & diſtinguit malum promiſſum a male promiſſo. ¶ Prima gl. in fi. idem Dy. qui dicit mala promiſſa ipſo iure viciari. & de pac. iuriſgen. §. & generaliter, & de verb. ob. l. generaliter. l. veluti. l. ſtipulatio hoc modo. & l. plagij. & l. ſi ſtipuler. inſt. de inu. ſtip. §. quod turpi. ſed male promiſſa, puta per dolũ, vel metũ vitiãtur interdũ ope exceptionis. C. de inuti. ſtipu. l. dolo. ff. de ver. ob. ſi qs cũ aliter, & nihil intereſt, actionem non haberi, vel haberi ꝑ exceptionẽ elidẽdam. ff. eo. tit. l. nihil.

QVAESTIO.

Hæc regula adducitur ad qõnẽ diſputatã per dñm Io. de Azarolis nũc epum Ceſena. qua q̃rebat, an ſcholaris, q̃ iurauit creditori nõ exire diſtrictũ Bonon. ante ſolutionẽ ſine ipſius ſnia filiusfa. ex iuſta cã reuocatus a patre, vel clericus bñficiatus reuocatus ab epõ ad reſidẽtiã, vel ſim pr̃ ſit piurus, qa nõ obtẽta ſnia creditoris licet petita ante ſolutionẽ repatriauit. Pro ſcholare inducunt̃ ſex. ſcdo cõtra ipſũ alia ſex, tertio de q̃ſtione eliciunt̃ tres caſus nõ dubij, ſed dubius ſoluit diſtinguẽdo, & ſic contrarijs rñdetur. ¶ Ad primũ, ꝙ nõ incurrerit piuriũ inducebat 6. vinculi prioritatẽ, ipſius maioritatẽ, ſubintellectã quadruplicitatẽ, ſuperioris authoritatẽ, iurãtis qualitatẽ, & reuerentialẽ poſſibilitatẽ. De primo patet, ꝙ ipſe prius obligatus
1 erat obedire patri & epõ, ſed oĩs ſecũda † obligatio intelligit̃ fieri ſine piudicio prioris. e. ti. q. prior. cũ concor. ꝓbat idẽ de fo. cõp. c. pe. de re. cũ cõtingat. ſ. e. li. e. ti. tibi q. & c. duobus. de iur. pa. poſtulaſti. de decimis, ex multiplici. de ſen. excõ. ſi vere, & optime de iureiu. tua. & c. veniẽs. & c. intellecto. & c. eã te. q̃ ẽt in iuro loquuntur. Et uide, qđ de bñficiato duarũ eccleſiarũ aduocato & vaſallo no. de poſtul. in c. ult. in ult. gl. & quod ſup ea ſcripſi, & dixi hoc titulo in regula, contractus. in prima q̃ſtione, q̃ ꝑp breuitatẽ nũc exprimere omitto. facit, quod ſcripſi poſt Inno.
2 de pb. cũ iã dudũ. poſt prin. magnæ gl. de clerico † habẽte duo beneficia diuerſorũ epõrũ, q̃ plus tenet̃ obedire primo, & uide quod no. Ho. de hoc in ſum. de ma. & obe. §. & ad qđ obediens. uer. qđ ſi duo. ex quibus concludit̃, ꝙ ex quo tenebat̃ plus obedire patri, uel epõ, q̃bus prius erat aſtrictus, faciẽdo qđ de iure debuit, non peccauit. 23. q. 4. q peccat. & ſic non eſt periurus. De ſecũdo, ſ. de maioritate conſtat, ꝙ in duobus quibus qs eſt obligatus, ꝑcipientibus contraria, maiori eſt obe. 8. diſt. q̃ cõtra mores. 11. q. 3. q̃ reſiſtit. 23. q. 1. qđ culpat̃. facit de ma. & obe. ꝑ tuas. ſ. e. li. de pb. ſi a ſede. & cle. ut lite pen. c. 1. uer. neutro. ſed hic habemus creditorẽ, cui iurauit ſtudẽs nõ exire deſtrictũ. Ex altera parte eſt uinculũ naturale, quo qs tenetur obedire patri. 1. diſt. ius naturale. 33. q. 5. eſt ordo. & diuinum ꝑceptũ. exo. 20. honora patrẽ. facit 23. q. 4. duo iſta. & qđ not. 11. q. 4. q̃m multos. in gl. ſed nunquid. in fi. & 30. di. c. 1. uel iure communi, quo tenetur epiſcopo. de maio. & obe. ſi quis uenerit. de offi. or. conquerente. quandoque per iuramentum. 23. diſt. quanquam. de uer. ſigni. cum clerici. Iſti autem duo epiſcopus & pater ſunt quoad debitorem maiores creditore, ergo eorum cuique debuit obedi
3 re, & ſic non fuit periurus. De tertio ſic oſtẽditur. In † omni obligatione iuramento firmata ſubintelliguntur iſta quatuor, facultas rei, perſeuerantia, uerisimilitudo, & cogitatũ. De primo patet, de iur. iur. breui. & c. quære'ã facit e. ti. quemadmodum. 22. q. 5. de forma. & q. 2. faciat, ſed hic eſt difficultas propter inobedientiam epi uel patris, ergo &c. De ſecũdo patet, qa res nõ perſeuerauit in primo ſtatu propter ſuperueniens mandatũ contrariũ, & ſic ad illud iuramentum non tenetur. 22. q. 2. ne quis. facit de hęre. c. ſi. 15. q. 6. nos ſanctorum, & ſępe ſuperueniens cauſa licere

Digitized by Google

licere facit aliaſ illicitum, de excep. paſtoralis. ſup. eo. li. de elec. nulli. de procu. c. 2. Tertium etiam patet per decr. cum iuramento, de hom. eſt. n. veriſimile, ꝙ hic iurando non intellexit. ſ. quòd per id fieri poſſet inobediens epiſcopo vel patri, & iuramenta debent intelligi ſecundum intentionem iurantis. 22. quæſtio. 5. humanæ. de iur. iur. veniens. ergo debuit epiſcopo vel patri obedire, & ſic obediendo non fuit periurus. De quarto probatur, de iureiuran. c. pen. quia iuramentum non extenditur ad ea, de quibus cogitatum non fuit. iſte vero non cogitauit, nec cogitare debuit venire contra ſanctiones canonicas. de iur. iuran. ad noſtram. ergo &c. de ſuperioris authoritate certũ eſt, quod in iuramentis intelligitur excepta. 12. qu. 2. beatus. de iureiuran. venientes. de reſcrip. conſtitutus. de do. inter dilectos. facit, quod de pacto dicitur. 8. diſt. quæ contra mores. & de voto. 27. quæſt. 1. §. cum ergo. vnde excuſat etiam ab eo ad quod quis de iure tenetur, puta ad reſidendum in eccleſia. 6. quæſtio. 1. peruenit. & c. ſi quis in clero. de cler. non reſi. ex parte. ſup. eo. li. de elec. licet canon. nam talis etiam iuramento aſtrictus ad id licite abeſt in ſeruitio epiſcopi. de cleri. non reſi. de cætero. & c. ad audientiam. ex hoc procedit, quod iurans alicui obedire non aſtringitur per id contra ſuperiorem, vt no. 22. qu. 5. de forma. & de iureiur. petitio. Item cum præceptum inducat neceſſitatem. 13. q. 1. quod præcipitur, & neceſſitas excuſat a periurio. de iureiuran. querelam. ergo excuſatus eſt iſte ſcholaris a periurio, cum præceptũ iudicis excuſet a pœna. hoc eo. ti. quod quis. cum concor. Item cum iuramentum ſolum aſtringit ad poſſibilia & honeſta. ſup. eo. li. de iureiur. c. 1. & inhoneſtum eſſet epiſcopo, vel patri non obedire. ergo ad id non aſtringit, cum non vinculet ad iniquitatem, de iureiurando, quanto. nec liget in alterius præiudicium, eodem titulo, cum contingat. cõfunditur autem eccleſiaſticus ordo, ſi ſua cuique epiſcopo iuriſdictio non ſeruatur. 11. quæſtione prima, peruenit. facit bene ad quæſtionem, quod de illo, qui iurauit non exire domum vel locum infra certum tempus, no. Guil. in Spe. de cita. §. 1. in fi. Ad quintum. ſcilicet qualitatem iurantis adducitur quod no. Guil. in Spe. de renun. & con. §. 1. ver. item eſt beneficium, vbi notat, talia pacta in ſcholaribus non tenere. alle. C. de patri. qui fi. diſt. l. 1. facit ſ. de pig. c. 1. non teneat ergo iuramentum acceſſorium. de fo. comp. ſi diligenti. & ſic per iſtam regulam & reg. non eſt. eo. tit. tranſgreſſio non inducit periurium, cum promiſſio fuerit contra hominis libertatem. Item clericus ſine licẽtia epiſcopi, vel filiusfa. ſine licentia patris peregrinationis votum non adimplent, patet primum de con. diſt. 5. non oportet. De ſecundo, 22. q. 3. tribus. & q. 5. pueri. & vide quod Inn. & Ho. ſcripſer. de voto. in glo. mag. ver. quid de impubere. qui tenet, votum filijfam. etiam puberis præter votum religionis pendere ex poteſtate patris, & facit quod de vxore dicitur. 22. q. 5. voluit. & c. manifeſtum. epiſcopo ergo vel patri ex iuſta cauſa reuocanti neceſſe habuit ſtudens iſte parere, ergo non eſt periurus. Ad ſextum, quod de reuerentiali poſſibilitate dixit, inducebat, quod iſte fecit, quod potuit, petẽdo licentiam a creditore, & ſibi & iuramento reuerentiam adhibendo, ſibi ergo non imputetur, ſup. e. cum non ſtat. ſunt enim caſus, in quibus ſufficit licentiam petere, licet non obtineatur, de reg. licet. & in clemen. de fo. compe. c. vno. §. volumus. de ſepul. dudũ. ver. ſi vero. de ap. quamuis. ſic & hic ſufficiat petere licet non exhibeatur.

¶ In contrarium, quòd ſit periurus, inducebat alia ſex. ſ. iuramentum in ſe licitum, debitis comitibus ſociatum. ſ. diſpenſationis non ſuſceptiuum, a mandante non præcogitatum, in ſui forma purũ, in tranſgreſſione voluntarium. De primo, licet diuerſis modis ſumatur periurium no. 22. q. 2. in ſumma. de iur. iur. tua. 1. proprie tamen periurus eſt tranſgreſſor liciti iuramenti. 22. q. 2. c. 1. 2. q. 3. innocens. de iur. iur. querelam. & c. cũ contingat. Quod autem iſtud fuerit licitum probant iura permittentia obſides dari. de iur. iur. ex reſcripto. de arbitris expoſita. 23. q. 8. vt pridem. quæ intelligantur de iurantibus ſtare certo loco, donec ſolutum fuerit debitum, vt no. Inn. & Hoſt. in c. præd. ex reſcript. Cum talia ergo iuramẽta ſin licita, facit de fideiuſ. peruenit. in fi. & ſeruari poſſunt ſine ſalutis interitu, ergo ſeruanda ſunt. de iur. iur. ſi vero. ſupra eo. li. de pac. c. 2. nec excuſat epiſcopi vel patris authoritas. 22. q. 5. qui compulſus. & duobus c. ſeq. nec enim excuſat in delictis ſuperioris authoritas. 12. q. 2. quicunque. 11. q. 3. non ſemper. & c. ſequentibus. 16. q. 1. in canonibus. & q. 7. decimas. 25. q. 1. omne quod. 36. q. 2. nullus. & ſpecialiter de patre facit, quod not. 22. q. 5. de forma. Sic ſi fuit licitũ, & ſeruari poteſt ſine peccato, nec excuſet ſuperioris authoritas tranſgredientem. ergo eſt priuatus. De ſecundo ſcilicet, ꝙ iuramentum ſecum habuerit debitos comites, ſcilicet veritatem iudicium, & iuſtitiam, quæ tria requiruntur in eo. 22. q. 1. & iurabunt. & q. 2. animaduertendum. de iureiu. & ſi Chriſtus. De primo. ſ. de veritate, ſatis patet, quo ad iuramentum aſſertoriũ, ſed quia de promiſſorio loquimur, illud debet habere veritatem in animo iurãtis, ꝙ. ſ. verificet, ꝙ iurat, alias quo ad ipſum ipſo inſtanti eſſe periurum. 22. q. 2. c. 1. Item debet habere iudicium. i. diſcretionem, & deliberationẽ, & tale fuit illud, cum forte pp neceſſitates ſtudij aliter non poſſet ſibi ſubuenire, niſi ſe taliter obligaſſet, ꝙ ſæpiſſime experientia docuit, & Epiſcopus vel pater dando licentiã eundi ad ſtudium, videtur conceſſiſſe, ꝙ omnia poſſit ad ſtudium neceſſaria, de off. dele. præterea. faciunt no. 12. q. 2. non dicatis. 2. q. 7. cum paſtoris. de accuſ. ex parte. in gl. 2. De tertio comite. ſ. de iuſtitia, dixi ſ. proxima parte per decre. ex reſcripto. de iureiur. ex quibus cõcluditur, ꝙ fuit de iure diuino, & poſitiuo ſeruandum.

¶ Ad tertiũ principale facile peruenitur, cum in dubium reducamus, an papa diſpenſare poſſit in iuſo licito, de quo diſputat 15. q. 6. auctoritatem. de iureiur. quanto. & vide quod not. in Spe. de leg. §. nunc tractemus. ver. ſed ſi legatus. De epo ergo, vel patre indubitatum, ꝙ non poſſunt, q̃ graue autem ſit crimen periurij patet 22. q. ſi ille qui. Concluſio ad ꝓpoſitum patet.

¶ Ad quartum. ſ. ꝙ mandans non præcogitauit eum obligatum per iuſm, & etiam ſi abſoluere, & diſpenſare potuiſſet, non tamen id intendebat, ex quo id ignorabat, vel ꝙ id non expreſſit, & ideo ad illud ſeruandum tenetur. & inducitur, ꝙ expreſſit non obſtante iuro, de reſcrip. conſtitutus. vbi de hoc, ad idem de teſti. conſtitutus. 1. de te. co. c. fi. ſup. eo. li. de ele. vbi periculum. ver. & vos. de ſupplen. neg. præ. c. 2. de re. ecc. nõ ali. c. 2. Imo nõ ſufficeret epiſcopum ſcire, niſi diſpenſaret, & ſe hoc velle exprimeret. De hoc de ſciſ. c. fi. ſed cum papa dicat, quod non vult aperire viam periurijs, de iur. iur. cum contingat nec dare licentiam veniendi contra iuramentum. eo. tit. ſi vero. & c. mulieri. multo minus hic debet velle epiſcopus vel pater iurantis, dato quod hoc poſſent. Ad quintũ venio de puritate iuramenti, in quo fuit nulla conditio, & q̃ ſine conditione promittuntur. & c. 32. quæſt. vlt. c. vno. & etiam hoſti ſeruanda eſt fides. 33. q. 1. noli. 22. quæſt. 4. innocens. multo fortius benefactori & creditori. Peccatum ergo mortale, quod committitur in tranſgreſſione fidei iuratæ propter timorem epiſcopi, vel patris, vel grauaminum, quæ per eos poſſent inferri, committi non debet, cũ potius quis debeat omne malum pati &c. 32. quæſtio. 4. ſanctius. & quæſtio. 5. ita ne. de reſti. ſpol. literas. quod me. cauſa. ſacris. de ſenten. excom. inquiſitionis. Ad ſextum, de propria voluntate, veniendo, certum eſt, quod iſte noluit tranſgredi, quia non ponimus arctationem vel coactionem abſolutam. & dato quod poneremus conditionalem, includo tamen uoluntatem. 15. quæſt. 1. merito quæritur. ergo eſt periurus. Inducitur, quod ſcripſi poſt Hoſt. de cen ſi. ſignificauit. ſuper. 2. gl. qñ ſcilicet iudex præcipit debitori q iurauerat ſoluere, ne ſoluat creditori, ibi dicit iuſm ſeruandum. Itẽ iſte perplexus inter iuramentum, &

contra-

contrarium præceptum epiſcopi vel patris debet eligere minus malum, quod eſt potius obedire Deo q̃ epiſcopo vel patri. 13. di. c. 1. & 2. cum illis non ſit obediendum cõtra iuramentum prius licite factum. de iud. c. veniens. & ſi dubitaretur, an eſſet licitum, authoritas Papæ requirenda eſt. de elect. venerabilem. quod dictum eſt de petitione licentiæ non iuuat in iuramento præſtito homini, ſed neceſſe eſt illud impleri, nec ſufficit iſtud in melius commutari ſicut in iuramento præſtito Deo. de iur. iur. peruenit. neceſſe eſt ergo iuramentum homini præſtitum impleri, vel ab ipſo abſolutionem haberi, quod eſſe poteſt, de iur. iur. c. 1. de cenſi. ſignificauit. de ſpon. præterea. ex his omnibus concluditur eum periurum. ¶ Soluere volens, meũ morem allegans, excludebat primo tres caſus nõ dubios. primus cum ſcholaris in fraudem creditoris procurauit vocationem ſui, quo caſu periurus eſt, de offi. delega. paſtoralis. in fin. & de pœ. cle. multorum. verſi. illis pœnam. & l. 1. allegata. ff. ſi quis cau. l. 1. in fin. Secundus, ſi potuit debitum ſoluere, & ſic vtrique parere, tunc dicitur voluntate contra iuramentum veniſſe, & ſic eſt periurus, de iur. iur. querelam. & vide, quod no. in dicta dec. paſtoralis. §. vlt. in 1. gl. Tertius, quando ipſe ſcholaris prius per iuramẽtum ſe obligauerat epiſcopo, vel patri ad reditum vel ad obedientiam. In duobus enim iuramentum licitum, primo præſtitum præfertur ſecundo. de iur. iur. veniens. & c. intellecto. faciunt not. eo. tit. licet. ſupra eo. li. & ſic remanet dubium, qñ ſtudens non aſtrictus patri, nec epiſcopo per iuramentum, nõ procurans etiam reuocationem ſuã, nec ſoluere valens repatriauit, & tunc diſtinguit, aut de licentia epiſcopi vel patris erat in ſtudio, aut ſine licentia. Primo caſu ſi licentia fuerit indeterminata non ſtringens eum ad reditum ea die, nec excludens potentiam faciendi mutuum, & pro ſtudij neceſſitatibus illud contraxit, arctat illum ad iuramentum, cum ex datione licentiæ omnia videantur conceſſa, ſine quibus &c. vt dixi ſupra parte ſecunda. In ſecundo membro, ver. item debet habere. valeat ergo indiſſolubiliter factum de tali tacita licentia, quod alias ſine licentia factum non valuiſſet, ſicut de facto futuræ ſucceſſionis dicitur, quando fit de voluntate eius, cuius erat hæreditas. C. de pac. l. vlt. Secundo caſu ſicut eum non obligatum epiſcopus poterat ſaltem ad reſidentiam reuocare, de cler. non reſi. ex parte. cum ca. ſequ. & pater etiam ſaltem ex iuſta cauſa, vt ponit thema, ſic & obligatum, cum patri vel epiſcopo per iuramentum præiudicare non potuerit, quare ad ipſorum mandatum repatriando periurium non incurrit, per prius allegata, maxime quæ dixi in ver. ad quintum, cap. qui compulſus. cũ ſequentibus, loquatur de his qui ad præceptum dominorum iurant falſum, illi enim nõ excuſantur, quod dicitur, quod in delictis non excuſat ſuperioris authoritas, verũ eſt, cum præcipit ſuperior id quod de ſe eſt delictum, vel cum præcipit, quod ad ſuum non ſpectat officium, vt no. hoc e. tit. in regula, quod quis, & bene facit, quod no. 20. q. 2. in ſum. in ſi. vbi nota. filium non peccare obediendo patri, cum canonis authoritate id facit. Ad reliqua contraria ſic fit diſtinguendo reſponſum.

SVMMARIVM.

1 *Obſcuris in rebus quid ſequendum, & nu. 2.*
3 *Reipublicæ cauſa puniuntur malefacta.*
4 *Homicida ex quo ſtatim intelligatur ante perpetratũ homicidiũ.*
5 *Principium ſuo fine nobilius.*
6 *Delictum vnum plures perſonas tangens, quomodo vnicuique in ſolidum tribuatur.*
7 *Forum vbinam ſortiatur quis in contractibus, & nu. 8.*

REGVLA XXX.


Digitized by Google

citurnitate confirmatur C. ſi maior factus ſine decreta.l. ſi quando. Item ſola taciturnitate matrimonium confirmatur.§.eod.lib.de deſpon. impu.c.vno.ff.de ri.nup. minorem.multo fortius venditio. Quarto,pro hac parte videtur textus,vel caſus decre. ſecundæ, de his, quæ fiunt
16 a præla.¶ Soluunt Dama.& Bartho.alienationem † non valuiſſe,& ſic reuocandam eſſe per ca. ſine exceptione.& ſecundum Da.decret.2.de his,quæ fi.a præla.loquitur de collatione decimarum,nomine beneficij perſonaliter facta,vbi ſufficit patientia.vnde dixit Bar.illam intelligi de conceſſione facta cauſa pietatis, vel de re minima,vel ad certum factum,vel ad certum tempus.& vide quod no.in 1.& 3.gl.& quod ſuper eis dixi.eod.tit. cum nos. ſuper ſi. glo.vlt.per quæ patet,quod vera eſt huius quæſtionis ſolutio, quod neceſſario concluditur ex præcedenti tractatu, qui neceſſarius eſt in alienatione perpetua.§.eod.li.de re.ec.nō alie.dudum.ex quo ſequitur,taciturnitatem, vel patientiam non ſufficere,& ſic reſponſum ſit ad primum. ſecundum concedatur.in l.ſi quando.& l.minorē.& dec. vnica. allegatis in contrarium ceſſauit impedimentū ætatis: quia minor lapſu temporis factus eſt maior; hic durat cauſa impediens: quia temporis lapſus non mutat ſtatutum eccleſiæ. ¶ In quarta quæſtione domini mei breuiter: quia non dubia,allegatur negatiue.& affirmatiue datur ſolutio,quæ reprobatur,& contrarijs reſpondetur. Et quod non poſſit exequi, inducebat, quod prohibetur ſecularibus procurationibus vel actibus ſe immiſcere. 86. diſtin. peruenit. nec mirum: quia etiam ſpiritualia exercere prohibentur, vt puta baptizare, & pœnitentiam dare.16.q.1.c.1.& 2.monachus.& reputatur mortuus.ea.q. placuit.2.prohibentur clauſtrum exire.ne cler,vel mona. non mirum,ergo prohiberi debet ab executione.¶ In cōtrarium: quia poſſunt miſericordiæ opera exercere & miſerabilium perſonarum curam & tutelam recipere,vt pręalleg.c.peruenit,& conducunt terras ad laborandum . de decimis . dilecti.& propter vrgentes neceſſitates poſſunt tractare ſeculares actiones.16.q.1.qui vere,& abbate impetrante ſe immiſcent ſecularibus actibus.de poſtul.cap. ſecundo.& præficiūtur ſecularibus eccleſijs.55.diſtinctione. priſcis.ergo & pias voluntates exequi poterunt, cum nihil ſit,quod tantum debeatur hominibus &c. de ſacro ſan.eccl.l.1.facit decreta,tua.de teſtamentis.¶ Soluebat, quod etiam de tacita voluntate abbatis poterat exercere prædicta eo contradicente, no.de poſtulan.c.ſecundo.ff. de re mili.l.tertia.§.in bello. Secunda pars ſolutionis vera: ſed de illa non quærebatur, ſed de prima: quia taciturnitas, vel patientia prælati hoc caſu non ſufficit: cum enim religioſus velle, vel nolle non habeat,omnis talis actus,quem aggreditur ante licentiam,eſt illicitus, & per illum frangitur obedientia,& abdicatio propriæ voluntatis. facit clemen.de procuratorib. religioſus, & quod ibi nota.in glo.repete.Patientia igitur non poſſet illum facere licitum.vnde requiritur,quod ſuper hoc prius petatur, & obtineatur licentia: vt patet ſupra eodem lib.de teſtamen.c.2.1.reſponſo.& in clemen. eodem titu.c.1.vbi etiā
17 dixi in glo.reprobatum. Et ibi etiam † notaui,an licentiā datam poſſit prælatus reuocare. & in gl. ſequenti vide de fratribus minoribus,qui ad executiones hodie non licentiantur. Ad ca.peruenit.& c.dilecti.reſponde,vt in eis nota.c.qui vero. loquitur, cum id ſit epiſcopo iubente. Ad cap.priſcis.reſpondeo,quod priuilegiatum eſt in hoc officium prædicandi.de ſtatu mo. quod Dei timorem.& ibi etiam in tranſitu,imo etiam in conſenſu requiritur abbatis licentia.eod.lib. de ele.ſi religioſus.

REGVLAE DIGESTORVM
huius literæ I. ſunt hæ.

Paulus. Lex *V.*
In negotijs cōtrahendis alia cauſa habita eſt furioſorum: alia eorum, qui fari poſſunt: quamuis actum rei non intelligant. Nam furioſus nullum negotium contrahere poteſt:pupillus omnia negotia tutore authore agere poteſt.

Pomponius. Lex VII.
Ius noſtrum non patitur eundem in paganis,& teſtato,& inteſtato deceſſiſſe,earumque rerum naturaliter inter ſe pugna eſt, vt quis teſtatus & inteſtatus decedat.

Idem. Lex VIII.
Iura ſanguinis nullo iure ciuili dirimi poſſunt.

Idem. Lex XI.
Id, quod noſtrum eſt, ſine facto noſtro ad alium tranſire non poteſt.

Paulus. Lex XII.
In teſtamentis plenius voluntas teſtantium interpretatur.

Pomponius. Lex XIV.
In omnibus obligationibus, in quibus dies non apponitur,præſenti die debetur.

Paulus. Lex XVI.
Imaginaria venditio non eſt pretio accedente.

Vlpianus. Lex XXIII.
In perſonam ſeruilem nulla cadit obligatio. Generaliter probandum eſt, vbicunque in bonæ fidei iudicijs confertur in arbitrium domini, vel proc. eius cōditio,pro boni viri arbitrio hoc habendum eſſe.

Pomponius. Lex XXXIV.
In eo,quod vel is,qui petit, vel is a quo petitur,lucri petiturus eſt,durior eſt cauſa petitoris.

Idem. Lex XL.
In omnibus cauſis pro facto accipitur id,in quo quis aliū perhorreſcit,quo minus fiat.

Vlpianus. Lex LXIX.
In omnibus cauſis id obſeruatur,vt vbi perſonæ conditio locum facit beneficio, ibi deficiente ea beneficiū quoque deficiat. vbi vero genus actionis id deſiderat, ibi (ad quemuis perſecutio eius deuenerit)non deficiet ratio auxilij.

Paulus. Lex LXX.
Inuito beneficium non datur.

Papinianus. Lex LXXVII.
In totum,omnia,quę animi deſtinatione agenda ſunt,nō niſi vera & certa ſcientia perfici poſſunt.

Papinianus. Lex VIII.
In toto iure. vide in regula,generi.

Paulus. Lex LXXXVI.
In ambiguis pro dotibus reſpondere melius eſt. non eſt nouum. vide in regula, factum. Quoties æquitatem, deſiderij naturalis ratio aut dubitatio iur. mutantur, iuſtis decretis res temperanda eſt.

Idem. Lex XCI.
In omnibus quidem, maxime tamen in iure æquitas ſpectanda eſt.

Metianus. Lex XCVII.
In ambiguis orationibus maxime ſententia ſpectanda eſt eius,qui eas protuliſſet.

Paulus. Lex CXI.
In eo, quod plus eſt,ſemper ineſt & minus.

¶ Nemo alienæ rei expromiſſor idoneus videtur,niſi cū ſatiſdatione. Pupillus pati poſſe non intelligitur. Vbi verba coniuncta non ſunt, ſufficit alterutrum eſſe factum. Mulieribus tunc ſuccurrendum eſt,cum defenduntur,non vt facilius calumnientur.

Paulus. Lex CXV.
In obſcuris inſpic. vide in regula, inſpicimus.

Vlpianus. Lex CXXII.
In iure ciuili. vide in regula, cum conſtat.

Vlpianus. Lex CXXX.
Is damnū dat,qui iubet dare.eius vero nulla culpa eſt,cui parere neceſſe ſit. Quod pēdet non eſt pro eo,quaſi ſit.

Idem.

Digitized by Google

Idem. *Lex* *CXXXV.*

In contrahenda venditione: vide in regula: contra eum.

Vlpianus. *Lex* *LXXIV.*

In condemnatione perſonarum, quæ in id, quod facere poſſunt, damnantur, non totum, quod habeant, extorquendum eſt, ſed & ipſarum ratio habenda eſt, ne egeant. Cum verbum reſtituas, in lege inuenitur, & ſi non ſpecialiter de fructibus additum ſit: tamen etiam fructus ſunt reſtituendi. Vnicuique ſua mora nocet, quod & in duobus reis promittendi obſeruatur. Dolo facit, qui petit, quod reſtiturus eſt.

Vlpianus. *Lex* *CXXXVI.*

In omnibus officijs quæ fieri per liberas perſonas leges deſiderant, ſeruus interuenire non poteſt. Non debeo melioris conditionis eſſe, quam auctor meus, a quo in me ius tranſit.

Paulus. *Lex* *CXL.*

In obſcura voluntate manumittentis fauendum eſt libertati.

Marcellus. *Lex* *CXLV.*

Impoſſibilium nulla eſt obligatio.

Paulus. *Lex* *CLXXI.*

In pari cauſa. vide in regula: in pari.

Caius. *Lex* *CLXXIV.*

Imperitia culpæ adnumeratur.

Vlpianus. *Lex* *CXCVIII.*

Inuitus nemo cogitur defendere rem, de qua agitur. Cui damus actionem, eidem exceptionem: multo magis, quis dixerit.

Cum quis in locum alicuius ſucceſſerit, non eſt æquum ei nocere hoc, quod aduerſus eum non nocuit, in cuius locum ſucceſſit. Plerunque emptoris eadem cauſa debet eſſe circa petendum ac defendendum, quæ fuit auctoris. Quod cuique præſtatur, inuito non tribuitur.

Vlpianus. Lex *CCVI.*

Iure naturæ æquum eſt, neminem cum alterius detrimento & iniuria fieri locupletiorem.

SVMMARIVM.

1 *Iactura large ſumitur. Et vnde dicatur.*

2 *Et diſiuncta, ponitur pro coniuncta.*

3 *Sequeſtratio quid. Et vnde dicatur.*
Omnis idem ſequeſter eſt depoſitarius, non econtra. Et ſequeſtrationis vſus. num. 5. & 10.

4 *Contractus a principio voluntarius eſt, ſed poſt neceſſarius. Et quid de ſequeſtro.*

6 *Sequeſtratio fit iudicis officio quadrupliciter. & num. 7.*

8 *Ad ſequeſtrationem an admitti debeat, qui ad poſſeſſionem potiora iura habet. & num. 11.*

9 *Sequeſtratio ſubſidiaria.*

12 *Sequeſtratio eſt minor pœna miſſione in poſſeſſionem.*

13 *Sequeſtratio per iudicem qualiter fiat, etiam ad partis inſtãtiam. Et quid in negotio appellationis ante executionem.*

14 *Sequeſtratio quando non ſit poſſibilis.*

REGVLA XLIX.

1 Locupletari. [Iactura] large † ſumitur pro omni damno: de pœn. ſuam. tamen ſtricte dicitur a iacio iacis, pro iactura, quæ fit pro exoneranda naue tempore periculi, de qua ff. ad legem Rhod. de iac. Et iacientes non habent res pro derelictis. eodem titu. qui leuandæ, quare hi ad quos peruenerunt, illas reſtituere tenentur, ne locupletentur cum aliena iactura. ¶ Prima glo. dicit, vnde ſumpta, & ponit exempla. ſecundo, ponit quatuor caſus: quibus fallit, rationem reddens & exponens hic diſiunctam pro coniuncta. ¶ Tertio alleg. concor. ſignat contraria, & ſoluit, & regulam exponit de enormi iactura.

¶ In prima glo. ibi [iure naturæ] ver. æquum eſt. neminem cum alterius detrimento, & iniuria fieri locupletiorem. & ibi [ſi quis presby.] vbi eccleſia presbytero non ſuccedit in his, quæ ſcripta erant cenſibus, iur. patronatus, vel curiæ: & ibi [re aliena] ad quas non datur actio: licet poſſidenti detur exceptio doli. hoc vult l. Paulus, & ibi, l. penultima. Inſtitu. legatum, fideicommiſſum,
2 libertas, vel tutela ſic relicta, ille vel ille, vtrique † debetur, & diſiuncta ponitur pro coniuncta. & ibi [fiſtulam.] ſi aſſiduus eſt vſus balnei, vt per humorem vicino noceat, prohiberi poteſt. & ibi [l. vltima.] in fine. non licet vicino ædificare ſic, quod neceſſarium ventum areæ ad ſecernendos fructus a paleis auferat. & ibi [§. vltimo.] ſi per puteum, quem in meo feci, venæ tui putei ſint præciſæ, non per hoc teneor damni infecti. & ibi [Proculus] ex ſtipulatione damni infecti tibi non tenetur is, qui aliquid fecit in ſuo: licet per id tibi conſuetum commodum auferat. & ibi [§. denique.] non licet mihi in fundo meo facere animo nocendi, quod fundo vicino noceat. & ibi [l. quoties.] per reſcriptum iudicis peti poteſt dilatio, non remiſſio debiti. ¶ In 1. glo. ibi [& vſucapionibus] vt dicit Ioan. mon. hic, ne rerum dominia ſint in incerto. ff. de vſuca. l. prima. vt ſit finis litium. ff. pro ſuo. l. fi. & ob puniendam deſidiam dominorum. C. de an. ex. l. fi. in fi. ſupra de præſcrip. vigilanti. & ibi. [contractibus] dicit hic Dy. ſe credere de æquitate cano. quod vbi ſciens ſe nõ numeraſſe, recipit confeſſionem, exceptio non numeratæ pecuniæ non excludatur biennio, per regulam. poſſeſſor, ſup. eod. de hoc plene ſcripſi poſt Hoſt. ẽ, de ſol. c. fi. & ibi [iniuria] idem Accur. in prædictis tribus, vel quatuor caſibus. Et idem Dyn. per modum obiectionum. & ibi cautius dicebat propter hoc Dy. quod regula iuris ciuilis propter copulam ponebat vnũ caſum. Iſta videtur ponere duos propter diſiunctam. Ad primum alle. ff. de condi. & de. l. cum pupillus. §. diſiunctiuæ. ad ſecundum. eo. tit. ſi hæredi plures. Et ſciendum, quod Ioan. mon. exquirens cauſam ponendi tractatum ſequeſtrationum. dicit ad euitandas iacturas quandoque inuentas ſequeſtrationes, vt patet ex notatis ſupra de ſequeſt. poſ. c. penult. Quare volens de illis tractare, dicit diuiſionem earum præmittendam: per quam res fit lucidior. ff. de dol. ex. l. 1. Verba cuius ponam ad literã, repetito quod dixi in regula: in generali. in prin.
3 tractatus proteſtationum. Dicit † ergo, quod ſequeſtratio eſt rei, quæ in controuerſiam deducitur, conſenſu conteſtãtium apud tertium depoſitio. ff. depo. l. licet. & l. apud. in princip. & §. fina. & iſte tertius ſequeſter vocatur a ſequendo: quia vterque de contendentibus fidem ipſius ſequitur, dictis iuribus. & ff. de verborum ſignifica. ſequeſter. Eſt enim omnis ſequeſter depoſitarius: non ecõtra. Nam licet plures poſſent deponere apud vnum, tamen ſequeſtrum non niſi plures deponere poſſunt: & tunc quilibet deponit inſolidum, vt in d. l. licet. & l. ei, apud. Et iſte depoſitarius ſequeſter tantum habet poteſtatis, quãtum conuentio deponentium ſequeſtro tribuit, vt in d. l. ei, apud. §. fi. Nec mirum, cum hic ſit contractus depoſiti, qui ſicut cæteri contractus ex conuentione legem recipit. ff. depoſi. l. 1. §. ſi conuenerit. ſic eſt in omni depoſito. Eſt tamen differentia huius depoſiti ad alia, quia in alijs depoſitarius non poſſidet; ſed poſſidet hic, ſi ſit actum. & tunc neutra partium poteſt ſe iuuare poſſeſſione contra alios quoad actum vſucapionis: cum iam ſit interruptum. Sed ſi nihil ſit actum expreſſe poſſeſſio proderit victo contra alios; ſed vnus contra alterum de illa poſſeſſione non poterit ſe iuuare. Sequeſtrum, cum ipſis deponentibus ſit inutilis inter ſe, ſed quo ad alios proficit victori. & eſt ratio; quia certantes de re, deponentes eandem penes ſequeſtrum, fidem eius ſequuntur. vnde hoc pendente vnus contra alterum iuuari de poſſeſſione nequit; ſed contra illos ſic; cum quo ad alios victor liberas ædes habeat. ff. ſi ſer. ven. l. loci corpus. §. competit. ſic

intelligo,ff.de acquiren.poſ.intereſſe puto,& dicta l.licet.
& iſto caſu ſequeſtratio non eſt prohibita, ſed iur.appro-
4 bata.ſiue contractus † legitimus, & eſt voluntaria princ.
ſicut cæteri approbati contractus.C.de actio.& obl.ſicut.
ſed ex quo conuentum eſt,recedere non licet,nec quo ad
partes contrahentes : nec quo ad certum ſequeſtrum reci
piendum,niſi ex cauſa ; vt d.l.ei.§.ſi velit. & qua actione
agatur hoc caſu,notatur in d.l.licet. alia autem ſequeſtra
tio ſit iudicis poteſtate,& hoc contingit dupliciter. Aut
fit de re non contentioſa,hoc dupliciter. Aut eſt ad iuris
5 ſui conſeruationem;aut oneris † euitationem. Exemplum
de primo,vt puta, plures ſunt hæredes, quorum quilibet
recognoſcit hæreditatem, vult tamen quilibet ius ſuũ in
poſterum præſeuerare,ſicut in tabulis teſtamẽti, & in cau
tionibus ſeu alijs ipſis hæredibus communibus,tũc ſi ius
iſtos non concordat,ſeu ſi prędicti conuenire non poſsũt,
fit ſequeſtratio.ff.fami.erciſcun.l.cæteræ.§.fi. & l.ſequen.
ff.de fi.inſtrum.l.fi.exemplum de ſecundo, vt C.de vſur.
acceptam.ff.eod.tit.debitor. & iſtis caſibus ſequeſtratio
eſt rei liquidæ ſui iuris tuendi, ſeu oneris euitandi gratia
depoſitio. Si vero fit de re contentioſa,tunc ſequeſtratio
eſt rei poſſeſſæ ſeu detentæ aut fructuum eius,quæ in con-
trouerſia vertitur a poſſeſſore ſeu detinente iudi. officio
ex cauſa ſeparatio, & penes alium depoſitio. & hoc caſu
ſequeſtratio dicitur a ſequeſtrando,quod eſt idem in vna
ſignificatione,quod ſeparare præſertim certantes ſeu pa-
cificare. & ex primo bene geſto ſequitur pacificatio,& ſi
non ſimpliciter,ſaltem ad tempus ſeu quo ad aliud,& di-
ctis modis omnibus ſequeſter eſt,qui certantibus medius
interuenit ſecundum Iſido.Primo caſu ex partium cõuen
tione. Secundo ex iudi.auctoritate.& primum magis ap-
probo ; cum non ſit neceſſaria regulariter iudicis aucto-
ritas,niſi partes concordent,argumen.ff.de no.ope.l.1.§.
6 & poſt operis. & hæc ſequeſtratio iudi.officio † fit qua-
drupliciter;aut mero officio præſidẽtis,aut mercenario,
aut petitione ſequeſtri,aut alterius partis. Verbigratia.
Primo caſu, vt ſi præſes videt aliquos ad arma & rixas ve
nire,quos poteſt ſua iuriſdictione compeſcere; vt ff.de v-
ſufruct.æquiſſimum.dicere debet ſuperior, vt aliquibus
locis fit, recipio hanc contentionem in manu mea;& rem
cuſtodiri faciam, & coram me veniatis,ius veſtrum pro-
ſecuturi. hoc fit in Normania in iudicio reſtitutorio, in
quo iudex fundum,de cuius reſtitutione agitur, manda-
to ſuo facit coli ; & reſtituit fructus obtinenti, ne iſti con
tendentes ad arma proſiliant,quod ſæpe contingit in iſtis
ſpoliationibus,& ſic ſequeſtratio mero iud.officio incum
bit; cum iudex ſubditos videt ad arma paratos, neutra
partium curante componere,ſeu iudicem adire.Secundo
7 † modo,vt pote, quia illud officium eſt mercenarium ſeu
deſeruit,& tunc ſi illud ſeruitium eſt debitum,propter il
lud poteſt fieri ſequeſtratio. verbi gratia. aliquis benefi-
ciatus non vult ſeruire beneficio ; præſidens ſic habet cu-
rare beneficium,quod eius officium non negligatur,tunc
quantumcunque appellet beneficiatus, fructus poterunt
ſequeſtrari quo ad hoc, vt beneficium ſaltem officietur.
ſup.de appellatio.peruenit. Exemplum, quod poni po-
teſt.C.qui.ad lib.procla.non licet.l.3. C.de aſſe.tol.l.1.§.
ſuper peculio. quibus iuribus videtur,quod ſi duo conten
dunt de beneficio, quorum nullus fuit poſſeſſor pacifice
fructus poterunt ſequeſtrari; cum dictum beneficium
non duos miniſtros, ſed vnum debeat obtinere, ſaltem
quouſque contentio ſopiatur; argumen.ſup.de reſcrip.
cum contingit.argumen.ff.depo.l.1.§.a priuile. Nec mi-
rum; nam iudex videt,quod duo dicunt ſe habere digni-
tatem,de qua agitur,inſolidum,in qua ius creari non po
teſt ex poſſeſſione,ſed ex canonica inſtitutione.ff.de decu.
& ſup.eod.c.1. nec iſta dignitas duos ſponſos habere de-
bet, nec iſta dignitas interim debet inofficioſa remanere
fructus tam ad officium faciendum, quam ad obſeruan-
dũ ipſos fructus ei,qui obtinebit,iudicis officio poterunt
ſequeſtrari; argumen.iurium prædictorum. & ff.de tab.
ex.l.fi.ff.vt leg.no.cau.poſtquam.§.1. Et eſt ratio ad præ-
mitia; quia quandocunque aſpicit iudex onus imminere
alicui,& illud non facit,ille,cui incumbit, vt decet, præ-
ſes debet vocare illum,cui dictum onus incumbit, quod
ſi ipſe non fecit,debet fieri ſequeſtratio,vt eſt caſus.ff.ſo-
luto matrimo. ſi cum dotem.§.ſi autem.ſupra de do.poſt
diuor.reſtitu. per veſtras. & hæc eſt ratio decre.præalleg.
peruenit.& hoc credo indubitatum in beneficiali. vbi an-
te poſſeſsionem alterius pacificam apparet controuerſia
in limine prouiſionis faciendæ,vel factæ.ꝫ.de iure patro.
c.1.2.& 3. ſic etiam dicerem in contractu. & ſic intelligo.
11.q.1.c.quia res.ibi enim habet prouidere prætor,& pro
pter quietem partium,vt onera rei incumbentia cõplean
tur:& res recte gubernetur. Ex quibus colligo,quod iudi.
officium mercenarium deſeruit ſequeſtrationi faciendæ,
aut propter onus rei incumbens, quod non completur,
vt dictum eſt,ſeu rei conceſſæ ad vſum.& ſic loquitur de-
cre.peruenit. & ſup.ſol.mat. ſi cum dotem.§.ſi autem.ꝫ.
de ſequeſtratione.cap.2. Aut iſtud officium deſeruit ſe-
queſtrationi ex qualitate perſonarum concertantium. &
quando qualitas perſonarum eſt talis, quod facti natura
inducit incompatibilitatem, tunc prouidet partibus per
cautionem.i.per cautelam ſequeſtrationis,vt dicit gl.pro
uidere.verbi gratia.P.eſt liber,eſt tamen alter in poſſeſsio
ne ſeruitutis ipſius P.proclamat P.in libertatem.multæ res
ſunt apud P. quarum aliquas confitetur P.acquiſitas ex
re poſseſsoris,aut opera ipſius P. iſtæ ſtatim debent reſti-
tui poſseſsori. aliæ quæ ex donatione vel legato prouени-
unt ipſi P. detecta libertate ipſius debent adſignari. Sed
interim,cum dubitatur de aliquibus rebus,an ſic ſint ac-
quiſitæ, tunc cautela ſequeſtrationis eſt adhibenda. Sic
loquitur C.quibus ad libe.procla. nõ licet.l.3. & de aſſer.
tol.l.prima.§.ſuper peculio.nam in dictis iuribus incom-
patibilitas facti ad perſonas inducit, & d.caſibus eſt ne-
ceſſaria ſequeſtratio neceſſaria, & hoc intelligo, vbi poſ-
ſeſsor cauere non poterat. C.de ordine cognitionis.l.fin.
Sed cum qualitas vnius perſonæ hic induceret,& tunc pe-
teret fieri ab alia parte per iudicem. Sic eſſet caſualis ſeu
ſpecialis contra regulam, vt iam dicam,& credo,ꝙ quan
do contenditur ſuper iudicio vniuerſali,quod eſt triplex,
vel quaſi;ſicut eſt,vbi contenditur de beneficio, vt not.ꝫ.
de libel.ob.c.1.citius inducitur ſequeſtratio, quam in iu-
dicio ſingulari,quo peto meum, vel mihi debitum, vt aſ-
ſero agendo. vnde iura inducentia ſequeſtrationem faciẽ
dam loquuntur multum in iudicio vniuerſali, vel quaſi,
vt ff.de tabu.exhi.l.fina.de collatio.bono.l.prima.C.de aſ
ſe.tollen.l.prima.§.ſuper peculio.C.quibus ad lib.procla
ma.non lic.l.3.& eſt ratio,vbi ago contra P.ad certã rem,
ibi contenditur de eo,quod alter tenet,vel de quo eſt præ
ſumptio reum ſe ad hoc non ligatum, vbi ad hoc probe-
tur,vt iam dicam;ſed vbi contenditur ſuper vniuerſitate,
vel ubi non eſt præſumptio pro detinente tam efficax, ſi-
cut eſt in præcepto prædicto caſu, cum poſſidens uniuer-
ſa ſingula non poſsideat.ff.de acquirenda poſſeſ. qui uni-
8 uerſas. in princip. Item, ex æquitate † dictorum iurium
dicerem,quod ſi duo contenderent de uno beneficio, &
ubi potiora iura apparerent.pro uno quam pro alio, ille
qui offert iura potiora, eſſet in poſseſsione tenendus, uel
mittendus,arg.C.de edi.di. Adria.tol.l.fi. quo caſu ſi iſte
peteret ſequeſtrationem fieri, deberet audiri;cum enim
admittendus ſit ad plus, ut ad poſseſsionem magis ergo
ad ſequeſtrationem. Si autem fiat ſequeſtratio tertio mo-
do hoc eſt, petitione ſequeſtri,dic ut ff.depoſi.l.ei, apud.
§.ſi uelit.Si aũt fiat quarto mõ,ſ.ad petitionem partis per
iudicẽ,hic pẽdẽt leges,& prophetæ,& hic diſtingue. Aut
petitur ſequeſtratio pẽdẽte principali negotio,aut pẽden
te negotio ap.ab executore interiecto. Primo caſu dupli-
citer, aut ꝓcedit a parte cõtra partẽ pſentẽ,aut a parte in
partis cõtumaciã.Primo caſu dupliciter;aut contẽditur ſuper
re,de

Digitized by Google

re, de qua eſt magis præſumptio pro reo: verbi gratia, pe
to rem ex aliquo contractu, ius præſumit te non ligatum,
niſi proberis ligatus: quo caſu ſequeſtrationis neceſſitas
conquieſcit: & eſt in iſto caſu inhibita. nam primo debet
debitor conuinci: & tunc demum ad ſolutionem conſtrin
gi. C. de prohi. ſe. l. vna. C. de act. & ob. negantes. & de iu.
fiſ. l. fi. lib. 10. idem dico, ſi res eſt talis, cuius poſſeſſio in-
differenter cadat inter eos, qui contendunt. verbi gratia:
habere fundum ita cadit in me, ſicut in Petro. Ago contra
Pe. ad fundum: quia Pe. eo ipſo quòd poſſeſſor, plus ha-
bet, quam ego. Inſtit. de interdict. §. commodum. C. de rei
vendi. l. res alienas. nunquam principali pendente nego-
tio debet fieri ſequeſtratio, ſic loquitur decret. 1. de ſeque
ſtratio. & ff. de rei vendi. vtique. verum vbi dicta præſum-
ptio vinceretur aliqua æquitate: vt ſupra. de ſponſa. cum
locum. & de reſtitutione ſpolia. literas. ff. de offic. præſid.
ſenatus. tunc iudicis officio eſſet ſequeſtratio permiſſa. Si
iudicis æquitate ſuadente videretur: vt expreſſum eſt in
dictis iuribus. & ff. qui ſatiſdare cogantur, ſi fideiuſſor. §.
fina. & hic ſunt caſus ſpeciales contra regulam ibi: cum
ſuſpicio, quæ habetur contra reum, vt prouideatur parti
agenti, inducit ſequeſtrationem, vnde cum interſit iudi-
cis, ne iudicium ſit eluſorium. ff. ne quid in loco publi. l. fi-
na. habet iudex prouidere, & tam in principali, quam in
fructibus. Cautela conueniens præſtetur in re mobili: vt
dicta lege ſi fideiuſſor. & pari æquitate idem eſt in fructi-
9 bus rei immobilis. vnde † ſi reus non poſſit cauere iudici,
æquum videbitur, vt fiat ſequeſtratio: nam cum aliquid
incumbit in iudicijs, & iudex non poteſt facere, vt ius pręcipit, debet prouidere, vt poteſt. C. de aſſert. tol. l. prima.
§. ſi vero re vera. & ff. de collatio. bono. l. 1. §. ſi ſuper. & hoc
caſu ſequeſtratio eſt ſubſidiaria. & ſic loquitur. C. de ag.
& cenſit. litibus. libro 11. Eſt ergo regulare, vt quando
aliquid incumbit alicui, & ille onus annexum non im-
plet, ſed abutitur, iudex ex officio habet prouidere. ver-
bi gratia, Petrus eſt miſſus in poſſeſſionem rei petitæ cau
ſa rei ſeruandæ. iſte non facit fructus ſuos, ſi illos conſu-
mat, iudex habet prouidere ſuper hoc, vt ſequeſtrentur:
vt ſupra de ſequeſtratione. capitu. ſecundo, & dicta de-
cretali. per veſtras. & §. prædict. ſinautem. & hoc fieri de
bet cum cauſæ cognitione: nam cum nedum poſſeſſor,
ſed & in poſſeſſione exiſtens, non ſit a poſſeſſione ſeu de-
tentione ſine cauſæ cognitione amouendus: vt ſupra de
ſimonia. querelam. C. ſi per vim vel alio modo. l. fina. In
prædictis verſatur cauſæ cognitio, & eſt expreſſum in di-
cta decretali ſecunda. de ſequeſtratio. Si autem proce-
datur in contumaciam, hoc eſt dupliciter. Aut eſt cau-
ſa, in qua poteſt procedi ad miſſionem in poſſeſſionem,
aut non. Sed ſi non: vt quia agitur de beneficio, vt be-
neficium, quo caſu non habet locum miſſio in poſſeſſio-
nem, ſupra hoc titulo, de eo, q mittit. in poſſeſſio. capitulo
actor. & hoc caſu fieri poteſt ſequeſtratio. ſic loquitur
decreta. expreſſa ſupra de præſcriptionibus. olim. nam
cum miſſio in hoc caſu ceſſaret, id, quod erat illis ſimi-
lius, vt vicinius debuit fieri. vnde quod gloſſ. dicit ibi,
quod male facta fuit ſequeſtratio, male dicit: cum eadem
decreta. proſequatur factum ſequeſtrationis: quod non
faceret, ſi indebite facta fuiſſet, vt apparet ex textu dictæ
decreta. mihi Ioanni Andreæ hoc non apparet. Si ve-
ro eſt cauſa, in qua poſſit procedi ad miſſionem in poſ-
ſeſſionem: tunc cum ſit via ordinaria de mittendo in poſ-
ſeſſionem, tunc illa regulariter eſt ſeruanda. C. vbi in rem
actio. l. ſecunda. in fine. intuitu tamen religionis dicūt ali-
qui, quod iudex ad ſequeſtrationem poteſt procedere a-
lia iuſta cauſa: & ſic intelligunt de dolo, & contumacia.
c. 2. Sed hoc caſu dicerem, cum reus eſt contumax, ſua cō-
tumacia de iure eſt punienda: & hoc eſt neceſſarium aut
in re, de qua contenditur, aut in perſona. In perſona, vbi
in re non poteſt. ſ. vt lit. conteſt. c. tua. In re dupliciter, vt
10 † eſt præmiſſum. nam vbi miſſio non eſt poſſibilis, tunc
excommunicatio, aut ſequeſtratio eſt neceſſaria, nec ali-
qua punitio contumaciæ iur. eſt vicinior miſsioni in poſ-
ſeſsionem ipſa ſequeſtratione, quæ ſe habet ad miſsio-
nem in poſſeſsionem vt excedens & exceſſum. Nam con-
tumaci eſt magis luctuoſum, quòd aduerſarius ſit in poſ-
ſeſsione, & ipſum contumacem tædio afficit: quàm ſi
apud bonum virum res eſſet ad cuſtodiendum depoſita
per iudicem, argumento C. de bo. quæ lib. cum oportet.
plus tamen recedetur a re per ſequeſtrationem factā pro-
pter contumaciam quam in miſsione in poſſeſsionem,
& ſecundum hos reſpectus, vel alios dici poteſt, quando-
que plus eſt, quandoque minus miſsio in poſſeſsionem re
ſpectu ſequeſtrationis. vide, quod ibi dixi ſuper ver. re-
ligionis. & ſuper 3. glo. & propter reſpectum aliquem di-
ctum eſt in d. c. factam ſequeſtrationem intuitu religionis:
nam magis competit religioſo litigāti quòd fiat ſequeſtra
tio, quam in poſſeſsionem miſsio, quæ eſt ad afficiendum
tædio contumacem, quod non cadit. hoc eſt, cadere non
11 habet in religio. & iſto caſu, quo fieri † poſſet miſsio in
poſſeſsionem, poſſet fieri ſequeſtratio. regularius tamen
hoc caſu ponam remiſsionem, cum hoc ſit ordinarium. ſ.
vt lite non conteſt. quoniam. §. in alijs. iudex tamen cuius
officium eſt latiſsimum. ff. de iuriſdictio. omnium iudi. l.
1. debet attendere, qua via reus contumax magis adſtrin-
gi valeat, vt ſuam contumaciam agnoſcat: & illam pur-
get. Item, illam viam exequatur, ſiue excommunicando,
ſiue mittendo in poſſeſsionem, ſiue ſequeſtrando, cum. n.
contumacia quandoque damno litis coerceatur. ff. de re
iudica. contumacia. C. de ingenu. manumiſ. diffamari. ſup.
de probatio. licet. circa princi. multo magis punire iudex
poterit contumacem per ſequeſtrationem. Iudex enim pę
nali iudicio poteſt iuriſdictionem ſuam defendere. ff. ſi
quis ius dicen. non obtemperauer. l. prima. inter quæ pœ-
nalia iudicia ſequeſtrationis pœna continetur. Et dico,
12 quod ſequeſtratio † eſt minor pœna miſsione in poſſeſsio
nem: vt dicta decre. de dolo & contu. nam ex miſsione
poteſt fieri verus poſſeſſor, ſaltem poſt annum: non ſic ex
ſequeſtratione. quod tamen credebant dicti religioſi, &
ſic legit eam Inno. ſed cōtra in illa decr. vt dicit textus ex-
preſſe, poterat fieri miſsio in poſſeſsionē. ſi ergo facta eſt
ſequeſtratio fauore religionis, & eſt minus, quam mittere
in poſſeſsionem, ergo non eſt fauor, ſed potius grauatur
eccleſia. Sol. tam miſsio, quam ſequeſtratio ſit, vt reus tæ-
dio affectus cogatur iudicio ſtare, vt dicta decr. hic tamen
pœna prius cadit in miſsionem, quam in ſequeſtrationē.
vnde cum religioſi contendunt, non habeant tædiū quę-
rere, nec pœnam aduerſarijs. argum. ſ. de pœn. ſuam. licet
ius ſuum proſequi poſsint. ſ. de noui ope. nuncia. capitu.
2. mitius eſt intuendo religionem ſequeſtrare, quam mit-
tere in poſſeſsionem. & ideo ſignanter dicit textus intui
tu religionis non fauore. nam miſsio in poſſeſsionem ſit
propter tædium per actorem, & iudicem auctorizantem,
13 ſed in ſequeſtratione tantum † per iudicem, licet ad par-
tis inſtantiam. ſi autem procedatur in negotio appella-
tionis, ante executionem, hoc eſt dupliciter. aut appella-
tio interponitur a diffinitiua, aut ante diffinitiuam. ſi a
diffinitiua, quæ eſt ſuper principali, & ſequeſtratio peti-
tur. aut a petitore appellante: aut a poſſeſſore. Primo
caſu eſt impoſsibilis, cum nihil poſsit ſequeſtrari, hoc eſt
ſeparari ab eo, qui nihil habet. & ſic loquitur. 2. q. 6. quo-
cunque enim. 2. reſpon. ſi autem a poſſeſſore petatur fie-
ri, qui appellat & proſequitur negotium, regulariter non
debet fieri, cum appellantis ſtatus appellatione pendente
ſit integer. ſt. nil inno. ap. pen. l. 1. cum attentatum hoc ca-
ſu regulariter reuocari deberet, illud etiam quod eſt attē-
tatum ante decendium factum. ſ. hoc lib. de appella. non
ſolum. ſed hoc fallit, quando dictus poſſeſſor fructus di-
lapidat, aut alias ſuſpectus eſt, vt dicto c. quot. in princ. &
in fi. & ſ. de ſequeſ. c. ſi. ff. de ap. ſperatores. in fi. & vbicūq;
in principali ꝓcedere pōt ad ſequeſtrationem, multo ma-

Digitized by Google

gis in caſu appel, vbi poſſeſſor intus appellat, cum regula
diffinitiua ſit contra eum. & ob hoc facilius eſt contra eũ
procedendum, vt fiat ſequeſtratio, quam in principali: ſi
autem appellatio interponatur ante diffinitiuam, cum ap
pellans de iniquitate iudicantis principaliter conquera-
tur. ̃ſ de app. interpoſita. §. fina. hoc articulo pendente iu
dic. officium circa ſequeſtrationem rei, aut fructuũ eius,
ſuper quibus non agitur, prorſus conquieſcat, cum nec in
principali iudex app. talis habeat cognitionẽ, niſi in euen
tu, in quo apparebit appellationem ante diffinitiuã emiſ-
ſam fore legitimam, vt in decr. vt debitus honor. Si autem
procedatur in negotio app. ab executione interiectæ; aut
res eſt mobilis, & tunc ipſa res ſequeſtratur: aut immobi-
lis, & tunc fructus rei ſequeſtrantur reſtituẽdi illi, qui ob-
tinuerit, non diſtincto vtrum poſſeſſor ſit ſuſpectus nec-
ne, vt C. quorum app. non re. l. ab executione. & hoc caſu
ſequeſtratio eſt præcepta, vt dicta l. nec eſt mirum. ex quo
a ſententia non eſt appellatum, ſed ab executione, magis
ergo eſt præſumptio contra appellantem, propterea iura
ſtatuerunt rem a poſſidente ſeparandam, & apud aliũ de-
14 ponendam, quouſque querela ſopiatur. Ex quibus † colli-
gitur, quando ſequeſtratio non eſt poſſibilis, quando pro
hibita, quando permiſſa, & quando præcepta.

REGVLAE IVRIS CIVILIS
huius literæ L. ſunt hæ.

Paulus. *Lex* *CVII.*
Libertas inæſtimabilis res eſt.
Caius. *Lex* *XVI.*
Libertas omnibus rebus fauorabilior eſt.

SVMMARIVM.

1 *Intereſſe poſt moram an ſit in obligatione, ita vt iure actionis pe
ti poſſit an vero ſolum deducatur in obligatione per iudicis offi-
cium. & num. 2.*
3 *Intereſſe debitum propter moram debitoris, an ſit vnicum tan-
tum, an triplex.*
4 *Aeſtimatio rei ſingularis communis vel conuenta, an ſit inte-
reſſe.*
5 *Mora ſua cuique nocet. & num. 7. Etiam quo ad cauſarum pro-
ſecutionem.*
6 *Moram an excuſet caſus fortuitus.*
8 *Prælati electio an ualeat, ſtante ſtatuto epiſcopi priuante benefi
ciatos, qui infra menſem titulum inſtitutionis ſuæ in memoria
libus epiſcopi affigi non curant, qui canonicis id omittentibus,
& pacifice poſſidentibus, vacante eccleſia, nihilominus præla-
tum eligunt. & num. 9. 12. 14. 20.*
10 *Electio facta per falſum canonicum an valeat. Et quid de falſo
procuratore.*
11 *Locus arguendi ab abſurdo.*
13 *Opinio communis veritati ſæpe præfertur.*
15 *Poſſidere iuſte cenſetur, qui auctore prætore poſſidere cæpit.
Et poſſeſſionis commodum.*
16 *Prælati electio ex publico officio ad capitulum ſpectat.*
17 *Admiſſus & approbatus ſemel, an poſſit poſtea & inde impro-
bari & reijci.*
18 *Idoneitas qualiter ſpectanda in promotione. & num. 21.*
19 *Ad agendum an admittatur, qui repellitur ab excipiendo.*

REGVLA XXV.

Mora ſua cuilibet eſt nociua.

1 An intereſſe poſt † moram ſit in obligatione, ita quod in li
bello peti poſſit & iure actionis; an ſolũ deducatur in con
demnationem per iudicis officium? Item, an intereſſe,
quod debetur propter moram debitoris, ſit vnicum inter
eſſe tantum, an triplex, ſcilicet, ſingulare, cõmune & con-
uentum? Item, an æſtimatio rei ſit intereſſe, an æſtimatio
lucri, vel damni; hic multum plene per Dy. & vide remiſ
ſionem, quã dedi. de ſen. ex. ſacro. ver. cum qd. ſuper gl. 2.
¶ In quõibus autem illis tenet Dy. hic. circa primam, q
2 ſi † eſt in obligatione, rem dari, venit per iudi. officiũ: ſed
ſi factum, peti poteſt in libello, alleg. ad primum. ff. de ver.
oblig. ſi ſeruum. §. vl. & l. eum, qui ita. ad ſecundum eo. tit.
ſtipulationes non diuiduntur. §. Celſus. & l. ſi pœnam. &
3 quod in eis notaui. De † ſecunda tenet, quod intereſſe eſt
triplex: quia damnum poteſt æſtimari ſingulariter. ff. de
bon. lib. libertas. §. qui ſoluendo. Item communiter. ff. ad
l. Aquiliã. qui ſeruum meum. Item, ex conuentione ſuper
dubia futura æſtimatione damni. ff. rem ra. habe. l. procu.
ad exhibend. l. vlt. & de præto. ſtip. l. ſi. & hoc vltimum po
teſt excedere ſingulare ex commune, & ab eis excedi. Cũ
ergo exceſſus ſit diuerſorum, ergo diuerſæ ſunt ſpecies.
4 ¶ De tertia tenet, quod æſtimatio † rei ſingularis commu-
nis vel cõuenta non eſt intereſſe: licet veniat intereſſe ſin-
gulariter, vel communiter æſtimandum, & hoc per l. hæc
verba. ff. de ver. ſig. & per l. ff. de tuto. & cura. datis ab his.
l. 1. §. conſiderandũ. ¶ Reliqua quæ ſubtilia & vtilia ſunt,
per te videas. ¶ Prima glo. dicit, vnde ſumpta. & ponit e-
xemplum. Secundo ponit tria, quæ requiruntur ad morã,
& quo tunc tenetur de cauſa etiam naturali. Tertio proſe
quitur de mora aliena, & de materia reuertitur. Quarto
quærit, an purgetur, arguendo negatiue & affirmatiue. &
5 ſoluit. ¶ In † 1. gl. ibi, [§. vnicuiq;] ſequitur, mora ſua no-
cet, quod & in duobus reis promittendi obſeruatur. & ibi
[ſub certo] vide ti. eo. peccatum, ſuper 1. gl. & ibi [eũ res.
§. vlt.] ſi fundus legatus caſmate pereat poſt moram here
dis, ipſe debet æſtimationem; quia legatarius ipſum accep
tum vendere poſſet, alias potuiſſet. & ibi [debitor] ſi debi-
tor conſignauit pecuniam oblatam, quã creditor recipe-
re noluit, ceſſant vſuræ: ſed ſi poſtea cõuentus, vt ſolueret,
moram fecit, incipiunt currere. & ibi [traiectitiæ] ſi inter-
pellatus moram fecerit, licet poſtea offerat, pœna com-
mittitur. & ibi [magnam] die ſtatuta pœna committitur,
& ſine interpellatione. & ibi [& ſi poſt tres] vide de re iu-
dicata. cum Bertoldus. in quinta glo. & ibi glo. & ibi [l. 1.
§. licet,] licet venditor poſſit vinum effundere, ſi die ad
metiendum præfixa meſſus non fuerit, debet tamen ad-
huc prius emptori denuntiare, ſcilicet, quod niſi metia-
tur, effundet. & ibi [ſancimus] fideiuſſor qui promiſit ali
quem præſentare, vel pœnam dare, ſi poſt tempus infra
ſex menſes ipſum præſentat, euadit pœnam. & ibi [inſu-
lam] qui promiſit mihi facere inſulam, ſi tranſiuit tem-
pus, in quo facere potuit, adhuc faciendo ante litem per
me conteſta. euadit pœnam. & ibi [Dynus] poſt pronun-
ciationem iudic. veniens adhuc pro tribunali ſedente re-
ſtituitur, quaſi parum preconis vocem audierit. ¶ In pri-
6 ma gloſſa. ibi, fortuito. & quo ad † hoc eſt nociua. ſecun-
do, quo ad fructus, ad quos tenentur ex die moræ, quãdo
aliquid petitur per actionem bonæ fidei, vel per actionẽ
ex teſtamento, quæ ſapit naturam actionis bonæ. ff. de le-
gatis ſecundo, apud Iulianum. §. fructus. & l. ſi quis bo-
norum. de lega. tertio. qui in ſolidum, §. etiam. & l. ſi quis
ſeruo. Item ſi ſit actio ſtricti iur. qua peto mihi reſtitui,
quod eſt meum: ſed ſi peto alienum, tenuit a die lit. cont.
ff. de vſur. l. videamus. circa princip. & §. in fauiana. & §.
7 ſi actione. Tertio eſt mora nociua quantum † ad intereſſe,
quod peti poteſt, & augetur a die moræ in odium debito
ris moroſi. ff. de ac. emp. traditio. §. ſi per venditorẽ. & de
re iudi. l. qui Cal. Quarto nocet quo ad cauſarum proſecu
tionem, nam ſi cauſa cognita ſtatutus fuerit actori termi
nus ad agendum, vel reo ad excipiendum, poſt terminum
non auditur. ſecundum Dy. qui remittit ad no. per ſe. ſ. e.
indultum. & ibi, interitu ſpeciei, & ſic ſibi nõ nocet. & hoc
verum, niſi eſſent ſocij. ff. de duo. re. de l. pe. ſecundũ Dy.
ſm quem ſibi imputet caſus in ſocietate participante. de-
buit. n. cogitare hoc euenire poſſe. ff. de cond. inde. l. inde-
bitam.

Digitized by Google

bita. & ff.loca.ſi quis domum.& ibi [a fideiuſſore] & im-
putet ſibi qui obligationem alterius ſuſcepit. & ibi [mo-
ra] & per Ho.in ſumma de vſur.§.ex quibus cauſis,ſub §.
ex mora.per ipſum, & Inn.de loca.propter.per Vinc.eo.ti
tu.potuit.Io.An.

QVAESTIO.

Hic de mora,quæ prouenit ex lapſu termini per conſti
tutionem expreſſi,vel peremptorie a iudice ſtatuti, duas
quæſtiones videamus.& prima diſputata per Io.de mon-
8 te Murlo talis eſt.¶ Statutum † epiſcopi priuat beneficia-
tos,qui infra menſem titulum inſtitutionis ſuæ in memo-
rialibus epiſcopi poni non faciunt,quidā canonici hoc fa-
cere omiſerant, tamen eis pacifice poſſidentibus vacauit
eccleſia,& hi prælatum elegerunt.quæritur,an valeat ele-
ctio.¶ Secunda quæſtio fuit eiuſdem,ſed prius eſt diſpu-
tata per Aegidium de Foſcariis,& ante eū per Io.de Deo
qui per errorem etiam bis locauit illam in quæſtionibus
ſuis.ſ.lib.2.q.10.& lib.3.q.nona.& eſt talis.Executor da-
tus per papam ad prouidendum Andreæ, ſi eſſet idoneus
de prælatura vacante,poſt peremptorium per eū aſſigna-
tum canonicis ad opponendum contra literas,vel parum
poſt,cum etiam nullus contradixiſſet,ſibi contulit præla-
turam,qui tempore longo poſſedit:nunc coram legato pa
pæ Io.canonicus petit illum remoueri:quia tacuit in lite-
ris beneficium,quod habebat:& quia tunc patiebatur de
fectum ætatis,excepit ille de lapſu peremptorij,de quo ſu
pra.quæritur,an obeſt.Sed Ioan.de Deo quærebat de epi
ſcopo,cui executor talem terminum dederat.& nil oppo-
ſuit,an poſſit illum remouere nunc ætate maiorem, licet
tunc minorem. In eadem autem quæſtione Ioan.de mon-
te Murlo inſerebat,an procurator habens in genere man
datum ad omnia,quæ requirunt ſpeciale,poſſet contra e-
lectum opponere crimina vel defectus? Et quia iſte articu
lus expeditus eſt per clemen. de procuratoribus.non po-
teſt:& quicquid eſt in allegationibus vel ſolutione,ex ibi
notatis apparet,illum prætermitto.¶ Circa primam alle-
gabat Ioan.electionem non valere per ſex rationes.ſecun-
9 do † in contrarium inducebat tres.4. ſoluit & contrarijs
reſpondet,in fine ſolutio roboratur. Conſtat,quòd epi-
ſcopi poſſunt facere ſtatuta.de of.ar.presby.c.ult.in fi. de
maio.& ob.ſi quis venerit.ſup.eo.lib.de conſti. c.2.& tale
ſtatutum eſt iuri conſonum,cum ad epiſcopum ſpectet ſci
re,qualiter ſubditi ſua beneficia teneant,& ſubditi de ſua
inſtitutione fidem facere debent,cum poſſeſſio ſine inſti-
tutione non ſufficiat.de inſti.ex frequen.ſup.eodem titu.
beneficium.vbi de hoc.Cum ergo canonici ſint priuati p
ſtatutum licitum,non potuerunt eligere.de elec. quia pro
pter.in princ.& ſi: electio per eos facta non valuit.ſup.de
ſup.ne.præ.c.pen.& vlt.Secundo ſic.eligere eſt de fructi-
bus canoniæ,probatur de elect.cum Vinton.& no. de con
ſtitu.cum M.in gloſ.vnde eis.& vide quod ibi dixi ſuper
gloſ. hic poteſt.ſed malæfidei poſſeſſor non facit fructus
ſuos.alleg. de præben.dilecto.in fi.ſed vide quod ibi dixi,
& tenetur ad reſtitutionem.pro hoc facit de reſtitu. ſpo.
grauis.cum concor.reſtat ergo,quod ſicut nec alios fru-
ctus percipere debet,ſic nec eligere. & quod poſſeſſio cū
mala fide non iuuet,patet ex notatis de iure patrona.con
ſultationibus.in glo.penulti.Tertio inducuntur iura, per
quæ patet,ſuſpenſos eligere non poſſe.de electio. cum in-
ter.de conſuetudi.cum dilectus. de exceptio. apoſtolicæ.
multominus poterant hoc priuati, quales ſunt iſti, facit
ſupra de conſtitu. ex literis.geſta igitur per tales priuatos
non valent,cum habeant auctores damnatos.de hæretic.
10 fraternitatis.Quarto ſic,ſententia a non † ſuo iudice lata
non tenet,ſupra de conſuetu.ad noſtram.de iudic. at ſi cle
rici.cum concor. multominus tenere debet electio facta
per non canonicum:quia fortius publica vtilitas verſa-
tur in ſententijs,vt infra dicetur. non valet igitur datum
ab eo,qui dare non potuit,ſupra de iure patro. quod au-
tem. & ſic non tenent facta per falſum procuratorem. i.
quia procurator non erat.ſup.de proc. in noſtra. & ſic nō
tenent facta per falſum canonicum,id eſt,qui canonicus
11 non erat.Quinto † dicitur,quod ex contrario ſequeretur
abſurditas,qui eſt bonus modus arguendi.ſup.eodem li-
bro.de præben.dudum.ſcilicet, quod paris conditionis
eſſent priuati & non priuati,& licite & illicite tenentes ca
nonias.& quod ſtatutum epiſcopi imponeret legem ver-
bis tantum.ſ.eo.lib.de elect.commiſſa.§.porro. Inducitur
6.& vltimo,ſ.eo.lib.de conceſ.præben.quia cūctis.§.adij
ciebatur.Item regula iſta: quia iſtis moroſis mora debet
eſſe nociua,quod non eſſet, ſi canonicatus & præbendas
& ipſarum iura perciperent,& exercerent,vt prius. ¶ In
12 cōtrarium,ſcilicet,† quod valeat electio,inducitur; quia
canonici quiete & pacifice poſſidebant ſuos canonicatus,
& communiter habebantur, & reputabantur canonici.
Cuique autem electo,prouiſo,vel præſentato ſatis eſt pro
bare poſſeſſionem eligentis & prouidentis vel præſentan-
tis.ſ.de ele.querelam.de cauſa poſſeſ. cum olim.de iure
pa.conſultationibus.Iſta autem poſſeſſio iſto caſu proce-
dit ex poſſeſſione canonicatus.hanc autem habebant iſti
canonici.ergo &c.Secundo videmus,quod qui in verita-
13 te † iudex non eſt,vt quia ſeruus,vel excommunicatus ta
men occultus & ab eccleſia toleratus,ex quo communi o-
pinione iudex habetur,valet,quod per ipſum agitur. de
re iudi.ad probandum.3.q.7.§.tria.ff.de offic.præt. Bar-
barius.ſæpe enim communis opinio præfertur veritati.
qui fi.ſint le.c.2.ſed ꝙ per electionem expediantur eccle-
ſiæ,& intricationes tollantur,quæ poſſent protelare ordi
nationes eorū,hoc eſt ſumme fauorabile. ꝑ iura no. vltra
quæ allegat de ele.ſi religioſus.2.rň.lib.6.& cle.de ele. ne
14 Romani.§.cæterum.Tertio videtur, quod iſta † exceptio
vel oppoſitio,non ſit admittenda.cum purā ſapiat nega-
tiuam,q̄ probari non poteſt.Circa quod aduertendum,ꝙ
quæſtio iſta non dirigitur directe contra canonicos; quo
caſu poſſent procedere,quæ ſcripſi poſt Inn.& Hoſt.de ac
cu.ſuper his.in gl.magna.& quid ſi obijciatur,cum ver.ſe
quentibus.ſed dirigitur contra electum, cum forſan eligē
tes non ſint in cauſa. hoc dico etiam propter dec. ſtatui-
mus.de confeſ.ſ.eo.lib. nā poſitio non poteſt fieri de hoc
electo,cum de facto alieno.maxime,quod in negatiua con
ſiſtat:ſibi conſtare nō poſſit.& per conſequens nō cogitur
reſpondere,vt ibi no.& in c.ſe.Soluendo dixit, ꝙ valebat
15 electio per † vltimo allegata.Non obſtant contraria, ſe-
cundum eum,quæ procedunt in intruſo, qui a principio
non habet titulum,ſed ſecus in illo,qui a principio titulū
habuit,& ſuperioris auctoritatem:nam licet poſtea inci-
dat in pęnam priuationis,valent tamen quæ agit, quādiu
toleratur,& creditur ex primo titulo licite poſſidere: nā
iuſte poſſidere cenſetur,qui auctore prætore poſſidere cę
pit.ff.de acq.poſ.iuſte.hinc eſt,quod qui a principio titu-
lum habuit,licet per pœnam iur.priuatus ſit, ita vt bene-
ficium alteri conferri poſſit:tamen remanet poſſeſſor.ſu-
per quo vide quod ſcripſi de excep. apoſtolicę.ſuper ver.
amotionis. & propter id poſſeſſione priuari non poteſt,
niſi cauſa cognita,& vocatus.ſup.eodem lib.de præbend.
licet.2.ſi ergo tantum eſt poſſeſſionis commodum,quod
ab illa deijci non poteſt, niſi cauſa cognita,quare ergo iu
ribus canoniæ & poſſeſſionis commodo, eligendo inte-
rim non vtetur? Non obſt.§.adijciebatur. quem allegaui
in fine primæ partis,qui loquitur, quando ſententia ſpe-
cialis & certa fertur in certam & nominatam perſonam:
quia tunc per ſententiam videtur factum fieri notorium.
Secus,quando incerta & generalis eſt ſententia,vt in caſu
noſtro,quæ fertur maxime in non facientem: licet etiam
quando in facientem fertur,poſſet eſſe incerta,vt de con
ſtitu.c.2.§.1.ſupra.eodem lib.nam ſi ſit excommunicatio
nis ſententia,quæ in tales eſt lata, communicatur ei lici-
te,donec declarati fuerint.& de hoc dixi de cle. excom-
propoſuit. hæc regula non ob. quia ſatis nocet eis mo-

ra, per quam ſi ad hoc agitur, priuati declarabantur. Fa-
ciunt etiam pro ſolutione, quæ ſcripſi poſt Inn. & Hoſ. de
ſciſ. c. 1. de elec. nihil eſt. in fi. Hæc ſolutio ſatis placet, pro
qua bene facit de ele. in Gen. ver. nec præmiſſæ. & hoc di-
co, ſiue dicas omnes canonicos ſic priuatos, ſiue dicas ali-
quos tantum ex illis. nam primo caſu illi tenent capitulũ.
16 Et ſi dicatur, quod ad † ſingulares canonicos non ſpectat
eligere ratione publici officij, non tamen negatur, quin
ex publico officio ſpectet ad capitulum, de quo vide q̃d
ſcripſi. de conſue. cum dilectus. ſuper glo. ſuſpenſus. cum
ſuis remiſſis. & ſic ratione fauoris, de quo ſupra, & publi-
ci officij prædicti præfertur opinio & poſſeſſio, vt valeat
electio. ſi vero dicas aliquos tantum ſic priuatos, ſiue non
priuati ſcienter iſtos admiſerant, ſiue ignoranter, valet e-
lectio. ſuper quo vide quod poſt Innoc. & alios ſcripſi. de
elect. illa. in gl. magna. vbi & hoc notandum. & quod no.
eodem titu. cum Vintonien. in glo. no. quod. Ad ſecundã
quæſtionem allegantur ad negatiuam. Primo pro mate-
ria multa iura coniunctim, & quatuor rationes. Secundo,
ad contrarium 5. rationes, & vna reſponſio. Tertio, ponũ-
tur tres diuerſorum ſolutiones, quorum vltima approba-
tur & contrarijs reſpondetur. Nunc prius, vt omnes præ-
dicti, allego ad partem, q̃ Io. non debeat audiri, qui indu
cunt de accu. licet. & c. veniens. qui ma. accu. poſ. cum in
tua. & quod ibi no. de proba. licet. vbi de hoc in prima gl.
& vide quod ſuper ea dixi. C. qui accu. non poſ. ea, quæ.
ff. de adult. ſi maritus. §. ſi negauerit. C. de inge. man. diffa
mari. Ad idem de exce. paſtoralis. §. e. lib. de reſt. ſpo. fre-
quens. 3. q. 3. offeratur. de of. dele. ſuſpicionis. Secundo ille
Io. tacite renuntiaſſe videtur exceptionibus, eo q̃ requiſi-
tus ſe non oppoſuit, & illum pacifice adminiſtrare permi
ſit, & obediuit ſibi, vt prælato, facit de of. deleg. gratum.
& c. ſi autem. de his, quæ fi. a maio. parte cap. ex ore. & ſe
mel approbatum, reprobari non poteſt. 35. qu. 5. horren-
dus. de re iud. q̃ ad conſultationem. eo. titu. quod ſemel,
17 cum concor. Tertio, iſte a tempore † inſtitutionis ſuę fuit
examinatus & approbatus, vt fieri debuit. de elect. inno-
tuit. & cap. nihil eſt. vlterius ergo accuſari non debet. de
purg. can. c. fi. de teſt. co. præterea. 8. q. 2. dilectiſſimi. Quar
to habendo reſpectum ad ætatem allegauit Io. de Deo &
Aegid. quod minor inſtitutus expectãdus eſt vſque ad æ-
tatem legitimam. de ætat. & quali. ex ratione. & cap. inde-
corum. ſed iſte nunc habet ætatem, & ſic res peruenit ad
caſum, quo potuit incipere. ad hoc de clandeſt. deſpon.
c. ſecundo. & multa prohibentur, quæ facta tenent. 30. quę
18 ſtio. 5. § ſed obijcitur. Item idoneitas † attenditur ſcien-
tia, non ætate. 84. diſt. porro. & quod ætas non impediat
alias dignum, probatur. 78. diſtin. §. hoc regulariter. vbi
de Ieremia, Daniele, & alijs in iuuentute promotis ſatis
habetur. Quinto inducitur hæc regula, per quam patet,
moram per lapſum peremptorij debere nocere moroſo,
cui bene concor. de reſti. in integ. coram. vbi patet, quod
poſt peremptorium de iur. communi quis. non auditur.
19 ¶ In contrarium, ſcilicet, quod ſit † audiendus, videtur
quod terminus datus per executorem, fuit datus ad exci-
piendum, & non ad denuntiandum, vel accuſandum. vn-
de accuſanti non obſtat, argumen. ff. de teſti. veniens. 2. &
c. cauſam, quæ. & cap. cum in tua. Conſtat enim, quod q̃n-
que admittitur ad agendum, qui repellitur ab excipiẽdo.
de accuſationibus accedens, & videtur caſus, de appella.
conſtituti. 2. in fine. Secundo, exceptio, quæ reddit iudiciũ
nullum, poteſt opponi poſt diffinitiuam ſentẽtiam, ſupra
de probatio. licet. de procurato. in noſtra. de except. cum
venerabilis. ſed peremptorium non poteſt eſſe maioris vir
tutis, quam ſententia diffinitiua: etiam ſi dicatur habere
vim interlocutionis. de reſti. in integ. coram. ergo &c. Ter-
20 tio, vbi vertitur † periculum animæ & eccleſiæ ſententia
non tranſit in rem iudicatam: & approbatũ poteſt repro
bari. alleg. de re iudi. lator. tenor. conſanguinei. & facit,
quod notatur 25. quæſt. 9. in ſum. & §. quia ergo. & vide
quod dixi de iudi. in rubrica. & per te. ca. ſtatuto. ſuper vlti-
ma glo. Quarto licet Ioan. potuerit illum approbare quo
ad ſe, & ſuo iuri renuntiare: non tamen quantum ad eccle
ſiam: immo tenetur malum denuntiare prælatum. 2. quæ-
ſtio. prima. ſi peccauerit. & c. multi. etiam ſi iuraſſet non de
nuntiare, de iureiurando. quemadmodum. & cap. ſicut in
noſtris. & c. peruenit. conſiſtit enim ius publicum in ſacer-
dotibus & prælatis. 50. diſtinct. ius publicum. ergo tacite
vel expreſſe illi renuntiari non poteſt, ſupra de foro com-
pe. ſi diligenti. & bene facit, quod no. de except. cum ec-
cleſiaſticæ. in 1. glo. patientia ergo cum fuerit vitioſa, non
iuuat, 83. diſtinctio. nemo. cum cap. ſequentibus. ¶ Quin
to conſtat, iſtum habuiſſe vitioſum ingreſſum, qui ſemper
ineſt beneficijs: vbi deeſt canonica inſtitutio. ſup. eodem.
beneficium. de inſti. ex frequentibus. Et promotus fuit cõ
tra concilium, de elect. cum in cunctis. §. inferiora. & non
poſſunt bono perfici exitu, quæ malo ſunt inchoata prin-
cipio. 61. diſt. miramur. 1. q. 1. principatus. & radix infecta
fructum bonum afferre non poteſt. 1. q. 1. infertur. nec ta-
lis bene faciendo purgat vitium. 14. q. 5. neque. ſed neceſ-
ſaria eſt renuntiatio. de ſimo. Matthæus. ca. ex inſinuatio-
ne. non obſtante diuturnitate temporis. de ſimo. non ſatis.
cum ſi. Vltimo, quoad id, quod dicitur de ætate, quod in
ea diſpenſari poſſet, quod tamen dic hodie, vt de æta. &
quali. permittimus. Reſpondetur, quod hic non agebatur
de diſpenſato, nec hoc intendebat papa, de quo ſatis vide
de ſciſm. fraternitati, eijciendus ergo eſt iſte, qui non pro
21 didit crimen ſuum. 50. di. ex pęnitentibus. Et quod in æta
te inſpiciatur tempus promotionis, eſt caſus de elect. du-
dum. 1. & facit etiam c. dudum. 2. ſup. eodem lib. de reſcr.
ſi eo tempore. ¶ Soluebat & male Ioan. de Deo, quo ad
cauſam ætatis illum remoueri non poſſe: quia non fuit vi-
tium peccati, ſed ætatis, quod ſuſtinetur a canone, poſt-
quam quis eam perficit, vt præ. c. ex ratione. & capit. inde
corum. vnde a principio poterat impedire tempore inſti-
tutionis. & ſic loquitur de elect. dudum, ſed poſtea non, ſe
cundum eum. Aegidius volens ſuſtinere Ioan. dicit, quod
vbi per electionem eius, ad quem pertinet, fiet talis pro-
motio ante confirmationem audiretur, vt in decreta. du-
dum. ſed non poſtea: ſed cum caſus formetur per literas
ſubreptitias, auditur contra eum epiſcopus: cum prouiſio
fuerit irrita. de reſcript. ad audientiam. 2. in fine. & ibi no.
in fine vltimæ gl. dicit etiam hodie collationem non vale-
re per decr. licet can. de ele. ſupra. eodem lib. loquitur ta-
men ſolum in parochialibus eccleſijs, vt ibi patet. Ioan.
de mon. Murlo ſimpliciter dixit illum Ioann. audiendum
per vltimo allegata. & ſic eſt tenendum vtroque caſu. Cũ
literæ & prouiſiones ex illis ſecutæ ſint irritæ. de benefi-
cio ſuppreſſo patet, de præben. ſi motu proprio. 2. reſpon.
ſupra eodem lib. de æta. patet, in d. dec. de reſcrip. ſi eo tem
pore. Quæ prius ad contrarium allegata fuerunt, non ob-
ſtant, quæ procederent in ele. vel prouiſione adminiſtran
da, vel vbi verteretur proprium vel ſingulare intereſſe nũc
ſe opponentis. ſed, vt prædixi, prouiſio eſt ipſo iur. nulla,
quæ de ætate dicitur, non procedit hodie per decre. cum
in cunctis. §. inferiora. & illi antiqui canones ſi ſic ſimpli-
citer intelligerentur innuerent etiam decanum poſſe pro-
moueri ad prælaturam, quod eſt contra decr. ex ratione.
& indecorum. reſponde, vt ibi no. ad reliqua reſponſum
per argumenta ſecundæ partis.

SVMMARIVM.

1 *Variatio, an & vbi admittitur.*
2 *Cauſa duobus delegata cum clauſula quod ſi ambo alter ipſorum delegationi renuntiat, an cum ipſum hoc nomine pœnitentem collegam debeat admittere. & nu. 4. 6. 8.*
3 *Iudicandi munus eſt neceſſarium, & principale.*
5 *Delegatus an abdicet delegationem a ſe ſubdelegando.*
7 *Renuntiari poteſt honori. non itidem oneri.*

REGV-

REGVLA XXX.

1 Mutare. [Detrimentum] † vt dicit Dy.hic ſoluit
contrarium, de l. ſi tibi mandauero. ff.
man.nam cum ſit reuocatio mandati, p
cedit ſine detrimento mandatarij circa expenſas,quas fe-
cit ignorans reuocationem,ff.de ſolu.cum quis.§.cum de
bitorem.& de do.hoc iure.§.ſi quis dederit,ſi ſciebat,ſibi
imputet damnum,quod ſua culpa ſentit,per regulã.dam
num.eo.tit.dicebat ẽt ad contrariorum ſolutionem, quæ
primo allegabantur,quod variatio prohibetur circa ean-
dem rem,vel diuerſas,quæ ratione connexitatis habean-
tur loco vnius.ad primum alleg.ff. de bo. lib. nam abſur-
dum, fallit in ſuo hærede,vt in gl. Ad ſecundum.ff.de mi-
no.in cauſæ.de admi.tut.cum quæritur.Circa diuerſas ve
ro, quæ nullam connexitatem habeant admittitur varia-
tio.ff.de act.emp.ſi.ſterilis.in ſi.& rerum amo.l. de rebus,
ſi bene ponderas caſus no. ſup. c. quod ſemel. ſolutio non
eſt ſufficiens.¶ Prima gl.dicit,vnde ſumpta,& ponit exẽ
pla,& remittit ad regulam, quod ſemel. & caſus ibi exce-
ptos.addens alium.¶ In 1.glo.ibi [nemo poteſt mutare]
ſequitur,conſilium in alterius iniuriam.& ibi [l.vlt.] ſi in
hibui geſtori,ne gereret,hoc non prodeſt,quo ad præte-
ritas expenſas,quo ad futuras ſic. & ibi [§. prodeſt] ſatis
eſt legatarium apprehendiſſe legatum de voluntate hære-
dis poſt aditam,licet poſtea voluntatem mutet.In prima
gl.ibi [l.ſi quis ſuus] eodem modo reſpondetur ad l.ff.de
colla.bo.nonnunquam.dicit tamen Ioan. monach. quod
ibi frater ex mutatione voluntatis non patitur detrimen-
tum,ſed non lucratur.& iſtorum non eſt par cauſa. C. de
codic.l.ſi.ſecũdum quod non ob.C.de noua.l.3.ff. de ſol.
l.cum quis.§.ſi debitorem.quia illud facit ius remanens
penes mandantem.facit pro eo,ſup.eo.lib.de præb.dudũ,
ver.nos igitur.

QVAESTIO.

Hæc regula facit ad quæſtionem per me diſputatam poſt
Ioan.de Deo lib.3.& eſt ſua quæſtio quarta, & ſic forma-
2 batur † Princeps delegauit cauſam duobus cum clauſu-
la,quod ſi ambo,alter ipſorum delegationi renuntiat. q̃-
ritur an ipſum de hoc pęnitentem collega teneatur admit
tere. Ad affirmatiuam primo & ad negatiuam ſecundo
inducit Ioan.tres rationes,quæ poſtea fortificãtur. & ad
illas addi.3.ponitur eius ſolutio, quæ reprobatur & con-
trarijs reſpondetur.Quod igitur ſit admittẽdus, videtur,
quia fuit iudex,nec ſola voluntate deſijt eſſe,de reſcrip.ſci
ſcitatus.nec potuit a ſe iuriſdictionem abdicare.ff.de offi.
præſi.legatus.Item,aut ipſe iudex renuntians errauit, aut
non errauit,primo caſu corrigat errorem.35. qu.9. quod
quis.de ele.noſti.de accuſa.qualiter. 1. Secundo caſu, qñ
non errauit,ſed caſu hoc fecit, ex quo ceſſat cauſa debet
admitti, volens & valens intereſſe. de app. cum ceſſante.
Item,qui repudiat alio ſubſtituto vulgariter re integra pę
nitet. C.de repu.hær.l.ſi.facit de elec. in cauſis. ſm Io. de
Deo.ad vltimum facit de offic.delega.quamuis.lib.6.vbi
delegatus ſubdelegans totum re integra pœnitet.ff.de ceſ
ſi.bon.l.is qui.& multos tales caſus, vbi re integra pœni-
tere licet,no.habes.ff.de vac. mu. cum prætor. Adiuuan-
3 do † primum certum eſt,quod officium iudicãdi eſt mu-
nus neceſſarium & principale.ff.de mu.& ho.l.fin.§.iudi-
candi.vnde dicit lex,qui non habet excuſationem.etiam
inuitus iudicare cogitur.ff.de vaca.mu.l.prætor.§.qui nõ
habet,delegatus ergo hoc munus a ſe non potuit excute-
re.facit de regular.cum virum. de renun. niſi cum pridẽ.
in fi.& pro tanto dicitur onus.eo.tit.paſtoralis.in prin.ibi
exonerare.de offi.or.paſtoralis.§. 1.ibi. In onere & hono-
4 re.ſequitur † ergo,quod ſi renuntiare non potuit,illud li-
cite reaſſumit.ad hanc partem ſatis facit de procur. licet.
lib.6.vbi procurator non obſt.repudiatione reaſſumit of-
ficium domino in eadem voluntate manente,ex quibus
concluditur renuntiantem, quem pœnitet, per collegam
admitti debere.¶ In contrarium dec. prudentiam. eod.
tit.§.adijcimus.æquiparat nolle & non poſſe, quo ad po-
teſtatem in collegam trausferendam,ex euentu conditio-
nis, quodcunque igitur iſtorum mouerit illum ad renun-
tiandum, patet ſolum collegam eſſe iudicem.ergo non te
netur pœnitentiam admittere. Item,iudicare, honor eſt,
de ap.vt debitus.C. quando prouo.non eſt ne. l. omnem
honorem.honori autem renuntiare quis poteſt.de ele.du
dum.& c.cum dilecti.7.q.1.quam periculoſum. nec inui-
tus creſcere cogitur.74.diſt.geſta.& quod renuntiari poſ
ſit delegatio,& renuntiata non reſumi etiam de conſenſu
partium probatur e.tit.ſignificãtibus.& ſufficit ex vi clau
ſulæ,nequiueritis aut nolueritis.quod ſemel noluit, facit
quod diſtinguitur,de voluero,& volam.ff.de ver.oblig.ſi
quis ſtipulatus.ſm Ioan.de Deo.Ad vltimum bene facit,
quod not.in præ.decr.licet.de procur.l.1.§. qui ſemel. ff.
de ſucceſ.edic.ad quam concor.ff.quis or.in bo. poſ.ſer.
l.pe.1.reſponſo.ff de minori.quod ſi minor.§. Sceuola. ſic
ergo per repudiationem tranſlata tota iuriſdictio ſaltem
quo ad exercitium in collegam, ita quod ipſe renuntians
illam reſumere non poſſit inuito collega. facit de app. cũ
appellationibus.li.6. Et quod voluntate abdicatur iuriſ-
dictio,probatur,de ap.ab eo.li. 6.vbi expreſſe denegat, &
hoc ti.quam plures.§.1.libr.6. ibi,ſi vellet,ad quod bene
conuenit.e.lib.de procu.ſi duo.ibi,proſequi forte nollet.
& de loca.potuit.ibi,nolle,ſi ſemel dixerit.ſic ergo in dec.
ab eo.perdit exercitium iuriſdictionis,hoc ipſo quod apo
ſtolos denegat.In decr.cum plures. perditur & transfun-
ditur in collegam hoc ipſo,quod procedere non vult, cõ-
5 cluditur idem in caſu noſtro.Item † certũ eſt,quod deleg.
abdicat delegationem a ſe ſubdelegando.de off.del.ſuper
q̃ſtion ſi.& c.q̃uis.lib.6.ſi hoc facit poſt ſuſceptã.delegatio
nem,fortius hoc facere poteſt ante ſuſceptam . de tran-
ſla.c.2.de teſta.Ioannes.ex quibus concluditur,quod col-
lega ipſum pœnitentem non tenetur admittere.¶ Solut.
6 Ioan.dixit,quod deſijt † eſſe iudex renuntiando, & delu-
ſorium eſſet, quod quis iuriſdictionem reſumere poſſet,
hoc dicit per decr. cum ſuper.e.ti.nã ſi ibi non poteſt co-
gnoſcere,vbi tacite confitetur,ſe non poſſe, fortius nõ po
terit,vbi expreſſe renuntiat.Idem dicit per præ.decre. ſi-
gnificantibus.Nã ſi illi qui male pronuntiarunt ſe non iu-
dices,non reſumunt,fortius nec iſte, qui renuntiauit ex-
preſſe,ſm Io.de Deo.Mihi non placet hæc ſolutio. & ad-
uerte,quod prima facie ſatis æquum videretur diſtingue-
re,an in reſcripto ſit expreſſa clauſula,aut nolueritis , aut
ſolum quo ad poteſtatem collegæ ſubintellecta,vel inclu-
ſa per interpretationẽ illius § adijcimus. vt primo caſu,
quo expreſſum eſt,aut nolueritis.ex ſola voluntate princi
pis delegantis (& hoc ſoluit contraria) iſte renuntiare le
gitime poſſit,& ſtatim collega ſit iudex,& hãc diſtinctio
nẽ præciſe putarem veram, vbi hæc clauſula adijceretur
iuriſdictioni non exercitio tñ,vt ſi dicat,delegamus cãm
Andreæ,qui ſi ſuſcipere noluerit, delegamus Ioanni, &
tunc faciunt no.in prædi.decre.licet. de procur. ſed cum
in caſu noſtro & ſtylo ſolito non iuriſdictioni, ſed eius e-
xercitio adijciatur clauſula,ſcilicet delegamus causã vo-
bis Andreæ & Ioanni, ſi ambo nolueritis intereſſe , alter
procedat.patet,quod ex vi clauſulæ non habet optionem
deponendi delegationem,ſed ſolum ex vi eius, eo nolen-
te defertur eius exercitium in collegam, ex quo conclu-
do,quod licet nolit intereſſe , remanet delegatus cauſæ ,
nec a ſe abdicare poteſt expreſſe per renuntiationem per
iura prius allegata.& maxime per l.legatus.§. iudicandi.
& §.qui non habet,ſicut ergo clauſula,non poteritis , in-
telligitur q̃diu non poteritis.vnde collega, qui ſocio im-
pedito proceſſit,hunc nunc poteſt iure admittere.ad hoc
eo.tit.coram.ſic collega,qui ſocio nolente intereſſe ipſum
nunc volentem tenetur admittere, vt æque intelligatur, ſi
nolueritis,ideſt, quandiu nolueritis. fortius autem hoc
cum clauſula, aut nolueritis. non eſt expreſſa, ſed ſubin-
tellecta per interpretationem §.adijcimus. cum tunc no-
leas.

Digitized by Google

ſens quandiu non vult, peccet & ſe redargutioni ſubmittat, vt ibi. & per hoc patet non curandum, an res ſit integra, vel non, cum hic non vertatur burſale intereſſe iudicis, nec precium. nec quæratur de reuocatione poteſtatis traditæ a reuocante, vt in decre. in cauſis. & per id melius ſeruetur intentio delegantis. vt in decre. prudentiam. Et per hoc reſpondetur ad id quod dicitur, poſſe partis intereſſe reſpectu arbitrariorum, in quib. poteſt eſſe iudex gratioſus. eod. tit. conſuluit. & reſpectu expenſarum, ad quas partes quandoque tenentur. de reſcrip. ſtatutum. §. inſu-
7 per. lib. 6. Quod enim non fiat gratia, † non venit intereſſe, & poteſt id non eſſe. & ponderato ſtatu commiſſionis partium conditio non eſt deterior, ſicut dicitur de conditione dotis. ff. de pac. l. ſi vnus. §. pactus. verſ. quod ſi non vt totum. & per hoc ſoluitur regula, quod ſemel. per regulam iſtam. Ad id, quod dicitur, quod renũtiari poteſt honori. Reſpondetur, fateor, ſed non oneri, quale hoc eſt, vt probatũ eſt primo. Ad id, quod dicitur huic omnino poſſe renuntiari, fateor tacite, ſed non expreſſe per viam renuntiationis. vnde renuntiatur per negationem apoſtolorum, per dationem dilatoriarum, per relationem, per interlocutionem inter partes, per ſubdelegationem totius, re non integra ex poteſtate iur. & ſic ex voluntate Principis. & ſic ſoluitur hoc vltimum per illationem grauaminis, a quo appellatur, vt probãt iura alleg. ſic beneficiatus non renunciat expreſſe, niſi in manibus eius, a quo tenet. de renun. admonet. & tamen renuntiat tacite per confeſſionem religionis, vel committẽdo culpam, per quam ſit ipſo iure priuatus, & ſuper hoc vide qđ no. de foro cõp. ſi diligenti. in glo. pe. in decr. cum plures dati inſolidum. & ſine clauſula, quod ſi ambo. In decre. cum ſuper. non ex ſola volũtate, ſed ex grauamine quod intulit, a quo fuit ap-
8 pellatum, impediebatur iuriſdictio. & ſic cõcludo † ipſum pœnitentem admitti debere, fateor tamẽ quod donec appareat pœnitentia vel voluntas immutata, ex quo renuntiauit delegationi, cum per hoc videatur innuere ſe nolle in aliqua parte cauſæ intereſſe, vlterius per collegã requiri non debet, ſed non ſic ſi ſimpliciter dixiſſet ſe nolle certo actui intereſſe. patet ratio. de do. & con. eum, qui. lib. eo. ex textu, & glo.

REGVLAE IVRIS CIVILIS Digeſtorum huius literæ M, ſunt hæ.

Vlpianus. Lex LXVI.

Marcellus ait. Definit debitor eſſe is, qui nactus eſt exceptionem iuſtam, nec ab æquitate naturali abhorentem.

Caius. Lex LXXV.

Melior conditio noſtra per ſeruos fieri poteſt, deterior fieri non poteſt.

Pomponius. Lex CCV.

Minus eſt actionem habere, quam rem.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio nulla eſt impoſſibilium, aut turpium.*
2 *Contractus ſub conditione an valeat. Et quid de legato. diſt. nu. 3.*
4 *Error impedit conſenſum.*
5 *Cæcus ſi commiſerit maleficium, pp quod oculus debebat erui, debet puniri in alio membro, propter pœnæ impoſſibilitatem.*
6 *Lex vel conſtitutio legati, vel epiſcopi non ſcripta, prohibens aliquem actum & contra facientem excommunicans, an valeat. & num. 19.*
7 *Conſtitutionum ignorantia, an quem iuuet, vel excuſet.*
8 *Argumentum ab etymologia. Et vnde lex dicatur.*
9 *Conſtitutio, ſiue lex, an ſcripturam requirat. Quid reſcriptum, an itidem & priuilegium. num. 10. 13. & 15. 17.*
11 *Sententiæ diffinitiuæ cauſarum an ſcripturam requirant.*
12 *Ius ſcriptum an diſtinguatur a non ſcripto, vtroque iure, aut altero quidem.*
14 *Decreta ſedis apoſtolicæ non ſcripta etiam, an ſeruanda.*
16 *Legis diffinitio. Item & canonis.*
18 *Legem ſcribi, quid referat potius, quam conſuetudinem.*

REGVLA VI.

Nemo poteſt. ¶ Prima gl. ponit. i. vnde ſumpta. triplicem impoſſibilitatem, & cuiuſcunque exempla. Secundo ponit triplicem rationem regulæ. Tertio, in quibus locum habeat. Quarto ſupplet de turpi. ¶ Secunda glo. primo tractat de iuramento, naturali obligatione, & pœnæ promiſſione. ſecunda pars reſpõdet per quæſtionem, quam negatiue ſoluit præter certum caſum, ſolutioni opponit, & dupliciter reſpondet ſubdens opi-
1 nionem. ¶ In gl. ibi [impoſſibilium] ſequitur, nulla † eſt obligatio. & ibi [generaliter] ſed nouimus turpes ſtipulationes nullius eſſe momenti & contumaciæ. l. ſequens. veluti, ſi huius homicidium, vel ſacrilegium ſe factorũ promittat. & ibi [§. ea obligatio] quæ eſt inter dominum & procuratorem, mãdati actionem perimit. & ibi [l. vlt.] incipit. Paulus. & dicit quòd impoſſibile præceptum eſt nullum, & ſine cauſa appellatur a ſententia, cui per rerum naturam non poteſt pareri. & ibi [reprehendenda] relicta hæres ſi diuertat, hæreditatem habebit, licet non diuertat. ¶ In gl. 2. ibi [ſi homo mortuus] loquitur de ſtipulatione de ſiſtendo, vel dando homine mortuo. & ibi [Celſus] cuius mens habetur. de do. & contu. cũ dilecti. & ibi [Paulus reſpondit] die lapſo, quo mandans ſe præſtaturum ſcripſit, obligatio remanet. ¶ In gl. 1. ibi [& naturæ] Io. mo. addi. impoſſibile moris. de iureiu. Quintauallis. ff. de condi. ind. filius communis. impoſſibile includit naturam & mores, & facit quod dixi in c. vl. de pac. in fi. & ibi [obligatio] idem Io. mo. & ibi [in legibus] idem Dy. hoc tractans in modum quæſtionis puto, quòd canonem, qui id ſequitur, intendebat allegare, dum dicit, vt in c. cũcta. in prin. decretorũ, & ibi [pro non adiecta] diſtinguit Dy. aut impoſſibilitas adijcitur in modũ conuentionis in contractibus, vel diſpoſitionis in vltimis voluntatibus, vt ſi promitto vel lego rem, quam impoſſibile eſt dari, & tunc impedit omnem ſpeciem obligationis, vt in his regulis. & ff. de verbor. obligat. ſi dari ſtipu. 1. 2. 3. & 4. reſponſis. Si vero ponitur in modum conditionis, vt quia promitto,
2 vel lego, ſi cœlum † digito tangas, tunc ſi in contractibus affirmatiue ponitur, vitiat, ſi negatiue. vt quia promitto, ſi cœlum digito non tangas, valet contractus, quia ſi affirmatiua eſt impoſſibilis, ergo negatiua poſſibilis, & neceſſaria. ff. de verborum obligatio. l. impoſſibilis. & ſic intelligatur. ff. de actio. & ob. l. non ſolum. & patet aperte inſt. de inuti. ſtip. §. ſed impoſſibilis, & idem quo ad negatiuam
3 in vltimis volũtatibus, quoad affirmatiuam † in eis diſtinguitur. aut erat omni tempore impoſſibilis, aut in primo poſſibilis. Primo caſu, aut erat appoſita in perſona honorati, id eſt, cui aliquid relinquitur, & tunc eſt locus glo. vt habeatur pro non adiecta. ff. de condi. inſtitu. l. 1. vbi de hoc. ſi in perſona onerati. i. grauati aliquid dare, vt ſi dicat, damno hæredem dare 10. ſi cœlum digito tangat, legatum eſt inutile. inſtitu. de lega. §. vltim. ſi autem a principio erat poſſibilis, & poſtea ad impoſſibilitatem peruenit, valet relictum, & ſola impoſſibilitas remouetur. ff. de legatis 1. l. ſi mihi. §. ſi quis ſeruos. ¶ In glo. 2. ibi [etiam
4 † naturaliter] idem Dyn. quia ſi contrahens vel diſponẽs ſciuit impoſſibilitatem, conſentire non videtur. ff. de ac. & ob. non ſolum. ſi ignorauit impoſſibile, error impedit cõſenſum. ff. de iur. om. iud. ſi per errorem. ff. de iudi. l. 2. deficit ergo naturalis deficiente conſenſu. facit 3. eod. lib. de ſponſa. cap. vno. Inducit etiam, quod ſequitur in glo. & ibi. ſi homo mortuus. idem tenent ibi glo. & idem hoc Dyn. reſpondens ad l. nulla ſtipulatione, ſi Calendis. ff. de verborum obligatio. & ibi ſtipulatio pœnalis, incipit a præcedenti adiectione. & ideo interitu illius, quæ non eſt in obligatione, non potuit liberari promiſſor. ſed in propoſito incipit a conuentione. & tunc ſi a principio erat impoſſibilis, ut quia mortuus erat quem promiſi ſiſtere, non committitur pœna impoſſibilitati adiectæ.

Digitized by Google

ſecta. Idē, ſi pereat ante morā, qa tali interitu interuenien
te ante morā liberatus eſt promiſſor, vt in ipſa l. ſi homo
mortuus. & ibi not. & ibi, cum competere. idem vī, ſi eſt
dies feriata. & in ſi. Pe. de Bel. Pro & contra. ſuper quo vi.
de Cyn ū. C. de fer. l. dies feſtos. 3. q. 2. in fi. & quod ſcripſi
in prę. decret. cum dilecti. & de ap. cum parati. in fine,

QVAESTIO.

Hæc regula trahitur ad quæſtionem, quam diſputaui,
ſcilicet, quod annus appellationis proſequendæ non cur-
rat ante interpoſitionem ap. propter quandā impoſſibili-
tatem, & quia hanc plene tractaui in clemen. de ap. ſicut
appellationem. in gl. magna. ideo illam omitto. facit etiā
5 ad quæſtionē legiſtarum de † cæco qui commiſit malefi-
cium, propter quod ſibi oculus erui debebat, dicunt ꝙ ꝓ-
pter impoſſibilitatē pęnæ punietur in alio membro, per l.
ſecundam. C. vt intra certum tempus. facit quod no. ſ. eo.
li. de elec. ſi compromiſſarius. in vlt. gl. & iura quæ allega-
ui ſuper illa. Proſequitur igitur aliam quæſtionē, de qua
tractant legiſtæ, C. de lega. l. 1, & quæ fuit Ioan. de De. li. 1,
q. 4. & demum Stephani Poloni vltimo hic plenius diſpu
tata, per do. Guid. nunc epiſcopum Concordien. qua quę
6 ritur, an lex † vel conſtitutio legati vel epiſcopi non ſcri-
pta prohibens aliquem actum, & contrafacientem excō-
municans valeat, ita quod contra faciens excommunica-
tus ſit. Ad negatiuam ſex rationes inducentur, quarū pri
ma triplicem impoſſibilitatem explicat, vt obiter, hæc re-
gula ad affirmatiuam inducitur. tum ponitur concors ſo-
lutio prædictorum trium diſputatorum. & qui cum illis
concordant. ſubditur opinio & æquitas contraria, & im-
probatur dictum Stephani. Coaptatur autem quæſtio re-
gulæ, quia impoſſibile videtur ſecundum naturalem cur-
ſum rerum, vt loquar cum decre. bonæ, de ele. §. porro. &
cum decr. quoniam contra, de proba. in prin. conſtitutio-
7 nes † non ſcriptas menti teneri & ſciri per eos, quos liga-
re debet, maxime cum in ſe ſint perpetuæ, & perpetuo li-
gent, 25. q. 1. ad perpetuam, 1. q. 2, c. 1. & 2. de conſtitutio. c.
2. & vlt. & ignoran. illarum non excuſat, vt ibi, & ſic eſſet
iniicere laqueum ſubditis ſtatuentis, contra id. 27. q. 1. de
viduis, conſtat enim, ꝙ per curſum longi temporis veri-
tas obſcuratur, 12. q. 2. longinquitatę. & ob hoc perpetuo
ſeruanda rediguntur in ſcriptis. ſ. eo. li. de re iudi. abba-
te. concordan. de teſtibus. Albericus, & c. ſignificauit. Se-
cundo impoſſibilitas oſtenditur, quia hi, qui debent con-
ſtitutioni conſentire debent ſubſcribere, vel ſubſcribi. 86.
diſt. c. 1. verſ. iſta ſcriptura. cum ſequ. ſ. de his, quæ fiunt a
præl. c. 1. & c. quanto. Impoſſibile autem eſt eos ſubſcribe-
re, vel ſubſcribi, ſi ex conſtitutione ſcriptura non fiat, fa-
cit de deſpon. impu. ad diſſoluendum. cum concord. Ter-
8 tio, illa ēt † impoſſibilitas oſtenditur per nominis etymo-
logiam, a qua licet arguere. 16. quæſt. 1. ſi cupis. 41. q. 1. cle
ricus. de præben. cum ſ. n. qui filij ſunt legitimi. per vene-
rabilem. verſ. ſanę, Sed, vt dixit Iſidorus quinto Ethimo.
lex dicitur a legendo. Legi autem non poteſt, niſi ſcriba-
tur, ergo nec lex nominari poteſt, cum nomina debeant
eſſe conſequentia rebus. inſtitut. de donat. §. eſt & aliud.
Quid vltra? nonne textus dicit, quod lex eſt conſtitutio
ſcripta. prima diſtinctio. l. eſt. Cum ergo diffinitio det eſſe
rei &c. multi etiam textus probant. idē ſupra. de præſum-
ptio. ſcribam. 4. diſtinctio. erit. in fin. ibi, pro cōi vtilitate
ſcripta. 30. quæſt. 2. duæ ſunt in prin. in Auth, vt fac. not.
con. poſt princ. colla. 5. ibi, ſi ſcripta ſint, faciant, de ſent.
excom. nouerint. & ca. graue. vbi de libris deleri iubentur
9 ſtatuta. Concluditur ergo † ex impoſſibilitate vel difficul
tate, ex legis diffinitione. & per diuerſos textus in conſti
tutione requiri ſcripturam, Secundo, quod ſcriptura ſit
de eſſe legis, vel conſtitutionis, ordiamur ab origine om-
nis iuris, & primo de veteri & nouo teſtamento conſtat,
quod primus legiſlator volens populo leges dare, illas ꝓ-
prio digito ſcripſit in lapideis tabulis. Exo. 31. in fi. & de-
mum in ligneis Deut. 10. in prin. & cano. dicit ꝙ Moyſes
primus gentis hebrææ legem populo ſacris literis explica
uit. 7. diſtinct. Moyſes. & Exod. 24. in principio, ſcripſit
Moyſes omnes ſermones dn̄i. ſi ergo primus legiſlator, cu
ius actio noſtra eſt inſtructio, 2. quæſt. 1. Deus legem dedit
ſcriptam, omnis ergo legem condens idem facere debet.
Probatur idem in nouo teſtamento, in quo Chriſtus digi-
to ſcripſit in terram. Ioan. 8, & habetur tertia quæſtione
ſeptima. poſtulatus. id, per quod legem dedit criminoſos
ab accuſatione, & in iudicio repellendos, vt ibi patet. idē
per iuris ciuilis originem, quod ius fuit ſcriptum in 12.
tabu, vt habetur ff. de origine iur. l. 2, poſt princip. quarū
qui fuerint authores, habetur 7. diſtin. fuerunt, Item, vt
non per ſolam ſcripturam habeatur iurium certitudo,
cum ſubſcriptione & ſub bulla mittuntur. C. de inſti. co.
com. l. 1. ad fin. & in prooemijs. 6. & clementi. ad fin. & in
Auth. vt diui. ius. colla. 8, in princip. Concluditur ergo ex
origine iuris diuini & poſitiui in conſtitutionibus ſcriptu
ram neceſſariam. Tertio, idem arguitur ex mandatis prin
cipum, reſcriptis, & priuilegijs. Nam vt notat Accur. C.
de manda. prin. ſuper rubrica, mandata principum ſunt
conſtitutiones ſpeciales. & in illis requiritur ſcriptura. eo
dem titu. l. vna. de hoc. 27. diſtinct. nobiliſſimus. nec poſ-
ſet probari per teſtes. de hoc de priuileg. cum olim. & vt
10 ibi patet. Idem † in reſcriptis, quæ etiam habent vim con
ſtitutionum inter eos, inter quos conceduntur, vt dixi ſu-
per rubrica de reſcriptis, Item in priuilegijs, quæ ſunt le-
ges priuatæ, 3. diſtin, priuilegia. & de eis iudicare non po-
teſt, niſi per inſpectionem ipſorum, de priui. porro. eodē
titu. cum perſonæ. ſupra eod. lib. de hoc tamen vide quod
dixi ſ. in prooemio huius libri, ſuper verſic. trāſmittimus.
Concluditur ergo etiam in conſtitutionibus ſcripturam
neceſſario requiri, Quarto patet, quod ſententiæ diffini-
11 tiuæ † cauſarum ius faciunt inter partes, de re iudica. cū
inter. debent autem fieri in ſcriptis, alias non valent. ſu-
pra eo. lib. de re iudica. c. vl. cum concordan. Certe graue
eſt dicere, quia cū diffinitio vnius cauſæ neceſſario requi
rat ſcripturam, conſtō per quam innumerabiles diffiniun
tur, & ſubditi puniuntur, ſcriptum non requirat? Per eun
dem modū inducitur decr. ſ. eo. li. de cenſi. Roma. §. poſt-
quam. cum caſib. ibi notatis. longe. n. maior æquitas hoc
caſu requirit ſcripturam, q̃ in illis, & ibi ponit textus cām
ſcripturę. ſ. vt nota ſit oībus illa ſpecialis diffinitio, quę tō
fortius vrget in conſtitutione generali, maxime pœnali,
12 ¶ Quinto conſtat, quod dr̄ia rei † apparet ex eius forma,
ſed forma diſtinctiua legis a cōſuetudine eſt ſcripta. Verū
que enim ius canonicum & ciuile diſtinguit ius ſcriptum
a non ſcripto. Primum vocat legem, ſecundum conſuetu
dinem, prima diſtinctione, capitulo ſecundo, cum tribus
ſequentibus. inſtitu. de iure naturali. §. ex non ſcripto, &
lex de conſuetudine loquens, dicit eam tantæ authorita-
tis, quod non eſt neceſſe illam ſcripto comprehendi. ff. de
leg. diuturna. & l. imo. per id aūt directe deſignat, illam
aduerſari in hoc legi. Concluditur ergo ſcripturam eſſe
de eſſe, & forma legis & conſtitutionis, Sexto & vltimo,
ſingulariter inducitur l. humana, C. de legibus, vt patet
aperte legem primo modo dictandam per eos, quib. com
miſſum fuerit, poſtquam dictata eſt, iterum recenſēdam,
& ſi approbata fuerit, demum per principē promulgādā.
Si hoc in principe, fortius in alijs. facit de conſecratione.
diſtin. 1. baſilicas. ſ. de pœni. & remiſ. cum ex eo. in fi. ſup.
eo. lib. de reſcrip. c. vltim, C. de legi. digna vox. Concludi
tur ergo conſtitutionem non valuiſſe, & per conſequens
facientem contra non excōicatum. ¶ In contrariū, quod
13 † ſcriptura non ſit de eſſe legis, vel cōſtōnis, vel de ipſius
ſubſtantiali forma, inducitur ſ. e. li. de iureiu. c, 1. in fi. 25.
14 q. c. 1. in fi. 1 ēn. ad idē. 25. q. 2. Inſtitutionis. vbi dicitur † de
creta ſedis apoſtolicæ ſcripta, vel non ſcripta fore ſeruan
da. & ad hoc quod ibi no. ad idem. 1. quæſt. 7. ſi quis om-
nem eccleſiaſticam traditionem ſcriptam, vel non ſcripta
violauerit. fac. decre. dudum. de ſepul. in cle. ad fin. verſic.

nos

nos etenim vltra hoc videtur caſus, ſupra eo. lib. de renū. c. 1. dicimus, quod ſi conſtitutio Cæleſtini, de qua ibi Bonifacius loquitur, fuiſſet ſcripta, æſtimandum eſt, quod ipſius tenorem poſuiſſet, ne teſtis eſſet in facto proprio. Secundo ſic, multi caſus ſunt, in quibus ſcriptura requirit.
15 de expedienti, nō tamen † de neceſſario. vnde valet actus ſine ſcriptura. hoc patet in licencia clerici, quod poſſit alibi celebrare. 21. q. 2. 70. diſt. extraneo. ſufficit tamen, ſi per alias probationes conſtat. de cleri. peregr. tuę. Idem in licentia, quod poſſit clericus ab alio epiſcopo ordinari. 30. q. 2. duæ ſunt. de o. ſi arch. ſig. ſufficit tamen, quod aliter de licentia conſtet, licet in caſu. ſ. eo. lib. de temp. ordi. c. 1. Idem in profeſſione monialis. 27. q. 1. omnes fere, quę tamen tenet ſine ſcriptura. e. q. ſciendum. ſ. de regula. vidua. Idem in ſententia ex. de qua hic loquitur, q̄ qualibet ferri debeat in ſcriptis, ſupra eo. lib. de ſenten. excomm. c. 1. aliter tamen lata ligat. licet proferens pœnam incurrat, vt ibi no. in gl. vt quia. Speciales ergo ſunt caſus a iure expreſſi, in quibus omiſſio ſcripturæ vitiat, inter quos iſte deſcriptus non inuenitur, per quod concluditur, quod licet vtile & expediens ſit, conſtitutionem ſcribi, non ſcripta tamen valet, & conſtitutionis ſubditos ligat. Tertio in
16 ducitur † legis & canonis diffinitio, quæ talis eſt, lex eſt, quod populus Romanus ſenatorio magiſtratu interrogāte, veluti conſule, conſtituebat. Inſtitu. de iu. na. §. lex eſt. vel, vt dicitur. ff. de le. l. 1. lex eſt commune præceptum virorum prudentum conſulto delictorum, quæ ſponte vel ignoranter contrahuntur coërctio, reipublicæ communis ſponſio. Canon vero eſt idem, quod regula. ſed regula eſt, quæ recte dicit, nec aliquando aliorſum trahit. Cum ergo diffinitio det eſſe rei, & in his nil exprimatur de ſcripto. ergo ſcriptum non eſt de ſuo eſſe, alias eſſet inſufficiēs diffinitio. in qua ſubſtantiale fuiſſet omiſſum. Quarto addu-
17 citur † lex prima. ff. de conſtit. princip. vbi patet id, quod principi placuit, legis habere vigorem. & ibi ſubmittitur, legem eſſe, quod princeps per epiſtolam & ſubſcriptionē ſtatuit, vel cognoſcens decreuit, vel de plano interlocutus eſt, vel edicto præcepit. Et canon dicit, quod lex eſt omne id, quod ratione conſiſtit. 1. diſtinctio. conſuetudo, ſatis eſt ergo, quod ſubſit præceptum, vel ratio, licet ſcriptura deſit. ff. de legibus. de quibus, verſic. nam quod ipſe. ¶ So. omnes prædicti Io. de Deo, Stephanus Polonus, & Guido tenuerunt conſtitutionem non ſcriptam tenere, & per conſequens contra facientem, ad cuius notitiā peruenerat, excōicatū eſſe, licet Stephanus fateatur ſententiā iniuſtam, & proferentem incurriſſe pœnam decr. primæ, ſupra eodem lib. de ſenten. excomm. vide quod dicam in fin. & dictum Io. poſuit Guil. in Specu. de legato. §. finitus. verſicu. ſed pone legatus. Item tenuit Ia. de Ra. vt recitat Cyn. in præ. l. 1. C. de legi. ſm quem non obſtat illa diuiſio, quæ quinto dabatur, quod ius aut ex ſcripto, aut ex non ſcripto. illa enim diuiſio eſt ſubiecti ad accidēs. ſicut ibi, hominū alius albus, alius niger. Nec enim obſtat, qđ ibi ſequitur de authoritate conſuetudinis. Illud enim intendit lex, quod conſuetudo, & per frequentem vſum ab omnibus facta non eſt neceſſe quod ſcribatur. ſed legem
18 † ſcribi oportet, vt verificetur per omnes populos, non quod ſcriptura ſit de ſuo eſſe, ſed eſt neceſſaria ad ſcientiā inducendam, quia ſcientiam, non ignorantiam volumus obligari. C. de tab. l. generali. lib. 10. & ſic fit in conſtitutionibus authenticorum in fin. titulorum. & propter hanc cauſam in ſcriptis reducitur, vt ius humanum, ad quam etiam alij reſpondent, quod licet ibi dicatur, quod dictari debeat, & recēſeri, id poteſt eſſe verbo tenus, & ſine ſcripto. Dicebat ergo Iacobus, quod dato, quod de conſtitutione canonica vel ciuili non eſſet ſcriptura, ligaret nihilominus ſcientes, quia qui certus eſt &c. hoc eo. titu. eum qui certus. cū concor. Non ob. quod de diffinitiua allegatū eſt quarto, quia illa minoris authoritatis eſt, q̄ lex. Pet. de Bel. dicit quod non eſſet peccatum dicere, quod ſcriptura ſit de eſſe legis. p præ. l. humanū. facie, qđ not. in §. l. 1. C. de legi. & ſ. de poſtu. p. c. 1. de interpretatione principis, q̄ eſt gnālis & neceſſaria & in ſcriptis redigenda. Multū æquitatis habet vltimum dictū, & licet non reſiſtā ſolutioni prædictæ, cui nec aperte reſiſtit Guliel. vt ſ. nec Petrus, tñ hoc aſſero, quod ſi princeps omnem neceſſitatē ſcripturæ imponeret conſtitutionibus inferiorum, ita quod aliter non valerent, niſi de ſcripto promulgarētur, falſum dixi, quia ſucceſſores ligare non poſſent. ſ. eo. lib. de reſcrip. c. ſi. cū concor. & ſic reſpondetur ad decre. primam, de renun. & ad alia plura iura. hac ēt ratione ad primi tria, quæ pro parte ſuperius priori allegauerā, non reſpondeo. nec me ēt vrget reſponſio, quæ datur ad id, q̄ de diffinitiua dicitur, niſi cum proferetura principe. Ad declarationem tamen eius, quod in principio ſolutionis
19 † dixi, ſciendū, quod ſi verum eſt cōſtitutionē tenere, ſcienter contra faciens excōicatus eſt, & excōicatio eſt iuſta, nec aliquā pęnā incurrit ſtatuens. & in hoc improbo qđ dixerat Stephanus, decr. n. cum medicina. in ſententijs locum hēt. quæ ligant præteritas culpas. & vide quod ibi dixi, ſuper gl. vt quia. & gl. per hoc. non in conſtitutionibus quarum proprium eſt ligare culpas futuras. de conſti. c. 1. & vlt. & drias inter iſta collige ex no. de ſenten. excom. a nobis. 1. & eo. l. e. ti. Romana. §. 1. & §. caueant. & ſup. eo. li. de conſti. c. 2. 1. reſpon. in ſecunda gl. Si vero diceremus cōſtitutionem non tenere, tunc nec ille contra faciens ligatus eſſet, nec ſtatuens pœnam incurreret, cum ex conſtitutione, quæ nulla eſt, ligari non poſſit. & conſtat acceſſoriū ſequi naturam principalis, vt eo. tit. acceſſorium.

SVMMARIVM.

1 *Ius amplius in alium quis transferre non poteſt, quā ipſe habeat.*
2 *Cenſitores qui.*
3 *Conſuetudo Mutinen. eccleſiæ permittens canonicos teſtari de fructibus præbendarum ſuarum percipiendis poſt mortem vſque ad annum, an valeat. & nu. 5. 7. 10.*
4 *Conſuetudinis facultas, & vis, & authoritas. & nu. 6.*
8 *Conſuetudo iuri contraria non valet.*
9 *Conſuetudo an inducatur ex ſola tolerantia.*
11 *Conſuetudo, verbum ſimpliciter prolatum, de qua in dubio accipiatur.*

REGVLA LXXIX.

Nemo poteſt plus iuris.

1 Si ergo † venditor hēbat directum dominiū, tranſit in emptorē, ſi vtile, illud vtile trāſit. ff. de ac. empti. ex empt. in princ. Idem ſi libera erat, libera tranſit, ſi cum ſeruitute, & ſic trāſit. Idē de hypothecaria. C. rem ali. ge. l. 1. C. ſine cen. vel reli. l. 2. Item Dy. dicit, vt ſi ius quod erat penes trāſferentē, erat pſonale. nec ideo tranſit, ſed deſijt quo ad rē. vnde licet res pupilli vēdentis eſſet in præſcript. ff. de acqui. re. do. ſi bona fide. legitime tñ vendita & tradita vſucapitur. ff. pro em. l. 2. §. ſi a pupillo. Io. And. ¶ Prima gl. dicit vnde ſumpta, ponit exēpla. & concor. Secundo miſcet tria contraria, & ſoluit, inducendo ēt alios caſus, in qb. fallit. ¶ In 1. gl. ibi [nemo plus] ſequit, iur. ad alium transferre poteſt, q̄ ille hēbat. & ibi [traditio] ſequitur, non plus transfert in eū, q acci pit, q̄ eſt apud eum, qui tradit, & ibi [§. nihil] alias eſt verſic. ſub. §. ſed is, nihil intereſt, an dominus rem tradat, an voluntate ipſius alius tradat. & ibi [§. finali.] condemnatur de contumacia, qui iudice iubente nō eſt paſſus metiri agros, & ibi [ſi pignora] ſi per executores ſententiæ p̄toris venduntur pignora, eis euictis contra eos de euictione non agitur. & ibi [formali] quem dominus non habet & tamen illum in alium transfert. ¶ In 1. glo. ibi [in vſufructu] formali. ibi tamen non plus transfertur. Sed per conſtitutionem variatur ſpecies vſufructus, & qui primo erat cauſalis, qui non eſt ſeruitus, ſit formalis, qui eſt ſpecies ſeruitutis. Dyn. & ibi [vſucapit] vel pſcribit, hoc ſecundum iura vetera. Sed immutatum eſt per ius Auth. vt ſpon.

Digitized by Google

vt ſpon.lar.§.rurſus.& ibi [in cenſitoribus] vt no.in §.ſta
2 tim allegato. Cenſitores † ſunt, qui ſignant prædia militan
tibus aſſignanda, vel quia auferunt illa non ſoluentibus
tributa, & alijs dant, vel iudices, qui vni auferunt, & alij
dant dominium [& in fine] de his caſibus no.in præ.l.ne
mo plus.& præ.l.traditio.& inſtitu.quibus aliena, non li-
cet.poſt principium.

QVAESTIO.

Hæc regula facit ad quæſtionem, quam poſt domi. Ar-
chi.diſputaui, quæ ſic proponebatur. Conſuetudo Muti-
3 nen.eccleſiæ † permittit canonicis teſtari de fructibus p̄-
bēdarum ſuarum percipiendis poſt mortem vſque ad an
num, quæritur, an valeat. Primo ad affirmatiuam allegat
Guido duas deci.antiquas, & opinio.7.doctorum. q̄ qui-
buſdā iuribus & tribus rationibus adiuuatur, addo duos
doctores.6.iura & quatuor rationes. Secundo in cōtrariū
inducit 5.rationes, ad quas addo duas. Tertio, ponitur ip
ſius ſolutio, & reſponſio ad contraria. Vltimo ponitur con
traria ſolutio, & efficax contrariorum reſponſio, & meæ
ſolutionis per ius nouum approbatio. Quod valeat cōſue-
tudo, patet ex antiqua decr.ad hæc.2.poſita in prima cō-
pil.de teſtamentis.& ex decr.1.eo.tit.in compil.2.in qui-
bus hæc conſuetudo vr̄ approbari. per quas hic tenebant
Hugo & Lau.12.q.2.alienationes. & facit quod nota.12.
q.5.in ſumma.Inn.& Hoſt.de teſta.cum in officijs.in prin
cip.magnæ gl.hic etiam tenebat Tan.in præ.decr.ad hæc.
per id, quod dicitur de vaſallo decedente poſt cal.Maij,
ante cal.Octob.in lib.feu.tit.lex regni.c.ſi vaſallus.& ff.de
vſufruc.l.defuncta.& ibi no.Item Ala. dicens in præ. de-
cre.1.de teſta.quod cum clerici perſonis priuilegiatis cō
parentur, tolerabitur cōſuetudo ad inſtar aduocati fiſci,
qui reſiduum ſalarij tranſmittit ad hæredes. C. de aduo.
diuer.iu.poſt duos. Tātorum ergo doctorum opinionibus
fulcita conſuetudo videtur toleranda. Ad quod facit, qđ
4 de authoritate & potentia † conſuetudinis dici ſolet. de
conſue.c.fin.& bene facit.de do.cæterum.de teſta.relatū.
2.Item conſuetudine percipere poteſt canonicus abſens
fructus præbendæ ſuæ, vt no.de conſti.cum omnes.de ele.
dudum.2.gl.pen.quod tamen eſt contra ius, vt patet de
cleri.non reſi.conquerente.& c.inter.de appella.peruenit.
ſic & hic, maxime cum mortuus etiam dicatur abeſſe. de
offic.deleg.ſi dele.s̈.eo.li.ff.de verb.ſig.mulieris.§.fin. Nā
conſuetudo dat iuriſdictionem, & liberiorem tribuit ad-
miniſtrationem. de foro competenti. cum contingit. cum
concor.ff.quod vi aut clam.prohibere.§.non tantum.vn-
de per eam ſolus prælatus præſentat & inſtituit.quod alias
deberet de iure cum ſuo capi.facere.de his, quæ fi.a præl.
ea noſcitur.in fin.de regula.c.finali.ne ſe.va.c.vno.lib.eo
5 dem. Et quod † eccleſiarum conſuetudo ſit ſeruanda, pro
batur.12.diſtinct.illa.de conceſ.præb.ex parte. in fine. &
vide quod ibi ſcripſi poſt Hoſt.per quæ concluditur, con-
ſtitutionem valere, ſm Gul. paucis interiectis oppoſitio-
nibus prius dictis, iunge Phip.& Goff.qui no.idem de præ
ben.ſignificatum.vt ibi ſcripſi.facit pro hac patre de con
ſue.cum dilectus.de ver.ſig.abbati.vbi cum longe maiori
onere eccleſiarum procedit conſuetudo.ad idem ſup.eo.
lib.de conſue.c.3.plus ad propoſitum eod.titu.c.fina.vbi
conſuetudo impedit plus, quam in caſu noſtro perfectum
can.ſucceſſoris. nec mirum quia impedit effectum nouæ
conſtitutionis, de conſu.c.1.eo.lib.& effectum reuocatio-
nis papalis.de præbend.ſi is, cui.eodem lib. Item vides,
6 quod † nedum vnius, ſed etiam omnium canon. ſeruitiū
impedit conſuetudo per ceſſationem diuinorum. de offi.
or.irrefragabili.§.cæterum. & c. ſi canonici. eodem libr.
optime facit de reſcrip. ſi propter.eo.lib.per quam patet,
quod de conſuetudine fructus primi anni poſſunt deberi,
etiam ſingulari perſonæ, & ſic mortuo vel ipſius hærede
vel legatario. Ad idem de reſcri.eam te.ſup.eod.lib.de
conſue.cap.1.de præben. quia ſæpe.eod. lib. per quæ pa-
tet, quod conſuetudo vnius miniſtri ſeruitium magis ſub
trahit eccleſiæ faciendo quem duplicem ſeruiendo. ſcili-
cet, vt hēat dignitatem & canoniam.ad idem de præb. cū
eccleſia.eo.lib.per quam patet, quod ēt perpetuo nedum
ad tempus præbenda & fructus ipſius deberi poſſunt nō
canonico.de of.ord.præſenti.de elect.generali.eo.lib.per
7 quæ concluditur pro hac parte. ¶ In contrarium † indu-
citur quod quæ fiunt contra ius habens perpetuam pro-
hibitionis cauſam, non tenent. 10.diſt.vides.25.diſt. im-
periali.de fo.compe.ſi diligenti.C.de leg.non dubiū. Sed
conſtat iure prohibitum clericos teſtari de bonis eccle-
ſiæ.12.q.5.§.1.& c.1.2.& 3.de teſta.c.cum in officijs.& c.
ad hæc.& c.quia.ergo prætextu conſuetudinis teſtamen-
tum valere non poteſt, cum talis conſuetudo grauamen
inducat eccleſijs, de conſue.c.1.& ſic non poteſt iuri ſcri-
pto derogari, cum ſit irrationabilis.& ſic impræſcriptibi-
lis.eo.ti.c.fi.& facit quod no.11.di.in ſumma.cap.1. Secū
8 do, hæc eſt † conſuetudo omni iuri contraria, & ſic nō va
let.de iudi.clerici.de probat.ad noſtram.de iura.cal.cæte
rum de ele.cum cauſam.de re iudi.cum cauſa. de conſue.
ad noſtram.& c.cum inter.& ca.cum venerabilis. Tertio,
ad quæſtionem facit quod ſcripſi poſt Vinc. de teſta. ad
hæc.vbi no.quod conſuetudo generalis non excuſat cleri
cos dantes in morte omnia mobilia parentibus. facit etiā
12.q.1.epiſcopi de rebus.& quod ibi no.& quod dicitur,
clericos comparari vſuarijs.de hoc de pecu.cle.c.fi. Quar
to, decretales antiquæ compil. ſuperius allegatæ inquan-
tum remotæ ſunt, adiuuant hanc partem, cum videlicet
iniquæ per Greg.& Raymun. fuerunt reſecatæ, & ipſa ea
dem decret.ad hoc fatebatur conſuetudinem non eſſe cō
ſonam rationi, & ſic fuit extirpanda.68.diſt. corepiſcopi.
9 Quinto, ad † roborationem conſuet.inter alia requiritur,
quod de ſcientia principis inducta ſit, non ex ſola tolerā-
tia, ad hoc de præben.cum iandudum.& nota.8. diſtinct.
fruſtra. hoc autem allegans illud probat. & niſi probet
&c.per quæ concluditur conſuetudinē non valere, ſecun-
dum Guido. multum facit pro hac parte de cler. nō reſi.
c.vno.li.6.& de teſta.c.2.& quod no.s̈.eodem lib. de offi.
10 ordi.præſenti.ſi enim vix † conſuetudo tribuit teſtari de
perceptis, multo minus de percipiendis.cum enim ius ca
nonici & eius titulus extinguatur per mortem.ergo quod
non habet.in alium transferre non poterit per hanc regu
lam. Item ſtatutum, per quod minuitur cultus diuinus,
non valet.de conſt.c.pe.ergo nec conſuetudo, cum hæc
æquiparentur.eo.lib.de conſti.c.1.de iureiur.c.1.lib.eo.cū
ſimili.per quæ concluditur, vt s̈. ¶ Dicit Guido vltimis al
legationibus ſtatutum, ad quod etiam inducitur de his, q̄
fi.a præ.paſto.alle.in prin.vbi dicit, prouentus eccleſiarū
debere conuerti in ſtipēdia miniſtrorum, ſed miniſtri nō
ſunt, qui non ſeruiunt. ad hoc de fil.presb.propoſuit. 1.
quæſtio.2.c.fina.12.quæſt.2.conceſſo.16.q.1.generaliter.
Si ergo ipſi non ſeruientes nō poſſent illos percipere, mul
to minus ad alios tranſmittere, vt in iſta regula inducit e-
tiam præ.decr.cæterum.de don. inquantum dicit conſue
tudo, quæ ſacris canonibus non obuiet.per quod reſpon
det ad alia contraria ſ.quod loquuntur de conſuetudine
non improbata. Item dec. cæterum. loquitur in vno do-
nante, non in teſtante.& vt dicit ad conſuetu. quæ ſit con
tra eccleſiaſticam vtilitatem, non obligaret etiam iura-
mentum.de his, quæ fi.a ma.par.cap.c.1. Ad opiniones
contrarias reſpondet, quod a iur.non probantur.& leges
inductæ loquuntur in laicis, quorum eſt proprietas, quod
non eſt in clericis.12.quæſt.1.res eccleſiæ.de præb. ratio.
hoc ēt, vt in ſuis reportationibus patet, tenebat de teſta.
relatum.2.verſi.licet autem.in fi.huius ſolutionis contra-
rium teneo primorum opinionem ſequendo per præ.dec.
ſi propter.de reſcript.& iura poſt eam allegata in fine pri-
mæ partis, cum huic conſuetudini ius nedum antiquum,
ſed etiā nouum adſiſtat, vt ibi, nec mirū, quia per hanc cō-
ſuetudinem principaliter non præiudicatur eccleſiæ, ſed
ſucceſſori, & ſibi imputet, quod talem canoniam aſſum-
pſit.quod

Digitized by Google

pſit, quo reſpectu facilius videtur conſuetudinem hoc pmittere poſſe de percipiendis, q̃ de pceptis. de illis dico, in quibus alias ſuccederet eccleſia. & per hoc fere ad oĩa contraria ſit reſponſum. Nego ẽt id, quod dicitur, decretales antiquas remotas, vti iniquis. ſed dicit, quod remotionis vel non inſertionis cauſa fuit illa, quæ ſumitur ex dec. ſup. eo. de cogna. ſpi. in fi. ne ſcilicet, ab illis eccleſijs, q̃ talem non habent conſuetudinem, id traheretur facile in exemplũ. & ſi dicis, quod decr. primæ compil. fatebatur conſuetudinẽ irritabilem, licet diceret illam tolerandam, confiteor. ſed dico, quod decre. poſterior ſecundæ compil. & eiuſdem authoris approbat illam, ſuper ea dando legatarijs iudicem. Ad decr. vni. de cler. non reſiden. & ad id, quod dicit non ſeruientem, quod nõ perciperet, ad alios nõ poſſe tranſmittere, ratio illa procederet in quotidianis diſtributionib. ſed quæſtio formatur de fructibus præbendarum, de illis ergo diſtributionib. viuit ſucceſſor canonicus, nec credo de ?. pñti. de of. or. §. porro. habere locũ in pb. nec in illis de facto ſeruatur, dec. tñ ſuſcepti. q in fi. allegabatur, bene habet locum in ill. dec. 2. de teſta. loquitur in monacho, contra cuius ſubſtantialia nõ valet conſuetudo. Hanc aũt ſolutionem intelligo de conſuetu. præſcripta. eod. tit. c. 3. & de of. or. præſenti lib. eod. Nam
11 † & verbum conſuetudinis ſimpliciter prolatum, intelligitur de præſcripta, vt probatur, de elec. Cumana. & multo fortius, ſi tanto tempore ſeruata eſſet, quod ipſius contrarij non eſſet memoria. de ver. ſig. ſuper quibuſdam de præſcrip. c. 1. lib. eo. cũ ſuis concor. Adiuuat hanc ſolutionẽ, & impugnat cõtrariam, quia in multis eccleſijs viget & viguit hæc conſuetudo, in quibus minime mutandum eſt &c. ff. de le. minime. maxime, cum in illis canonicus ſuccedens mortuo, ſi vixit quinquennio, dato quod fructus anni poſt mortem recipiat, ſolum quinquennij fructus reperiatur habere. Solutio mea eſt hodie approbata per extraua. Ioan. quæ incipit, ſuſcepti. & vide quod ſcripſi s. de of. or. præſenti. eodem lib. ſuper ver. reſeruari. Ad hanc regulam reſpõ. quod transfert canonicus ius, quod habet virtute conſuetudinis. Regula, prout allegatur, procederet, vbi non eſſet conſuetudo.

SVMMARIVM.

1 *Exhæredatio filij an noceat nepoti, ſi quo caſu contingat querelam inofficioſi ad eum deuolui. Et an filius priuetur feudo ob patris delictum diſting.*
2 *Interdicto lato in conſiliarios, vel vniuerſitatem, an contradicentes vel abſentes ſint interdicti, vbi & de repreſalijs ſubiecta quæſtio.*
3 *Culpam alienam faciens propriam punitur aliquando, negligentia aut diſſimulatione.*
4 *Ciuitas, villa ſiue caſtrum tenetur præſtare damnum, ſeu prædam factam in ſuis diſtrictu & finibus, vbi & negligentia rectorum nocet ciuibus.*
5 *Sententia lata contra ciuitatem vel populum ligat ſingulos, propter iuris impoſſibilitatem.*
6 *Ius ſibi dicere an & quo caſu quis ſibi poſſit.*
7 *Iudex eccleſiaſticus quando poſſit adiri in defectum ſecularis.*
8 *Repreſaliarum via quando vtendum. Et quando in res, quando item in perſonas,*

REGVLA XXII.

Non debet aliquis. Dyn. ponit exemplum. ff. de bo. poſ. contra ta. l. 3. §. ſi
1 emancipatus, † vbi exhæredatio filij non nocet nepoti, ſi quo caſu cõtingit inofficioſi querelã ad nepotẽ deuolui, quod quõ intelligatur, hic videas per eũ. Itẽ exemplũ ff. de pęn. crimen vel pęna. & de decurio. l. 2. §. in filijs. vbi ꝓpter delictũ patris filius pęnam, vel maculam non cõtrahit, licet fallat in exceptis, vt in gl. ſed contra. ff. de bon. li. quæritur, vbi exhæredatio filij nocet nepotibus ex eo natis, & in eius poteſtate conſtitutis, diſtinguit Dy. aut agit de his, q̃ mediante miniſterio filij patri quæri poſſunt, aut de his q̃ quæri non poſſunt. Primo caſu locũ habet lex cõtraria. ſecundo caſu diſtinguit. Aut obueniebat ab ipſo patre, & hoc caſu delictũ patris nocet filio. aut obueniebat a genere vlteriori, aut a ciuitate, aut a rerũ natura. & his caſibus non nocet. ff. de inter. & rel. l. 3. de iur. pa. diui fratres. & per hoc dicit ſolutam quæſtionem de filio, an propter delictũ patris priuetũ feudo, & dicit quod ſic, ſi erat paternũ. ſi vero a rerũ natura vel genere vlteriori, nõ, per prædictã l. 3. de inter. & rel. & de hoc ff. de in ius vo. adopti uũ. in fi. & s de feu. c. 2. in gl. fi. ¶ Prima gl. ponit exempla. Secundo obijcit de tribus iuribus, reſpondet, remittit, & dat ſimilia. Iterum ſucceſſiue format 5. obiectiones, quas ſoluit. Tertio dat ſimile ad regulam, & continuat. l. proximam. ¶ In 1. gl. ibi [ſancimus] propinqui, noti & familiares non puniuntur, ſi ſocij non fuerant. & ibi [procuratoris] ſequitur, ſcientiã & dolum domino nocere debere, nec Põponius dubitat, nec nos dubitamus. & ibi [§. cæterum] in fi. ſi proſcripſi, ne cum inſtitore cõtrahatur. ſed illud a pluuia, vel aliter deletũ eſt, & inſtitor tecũ contraxit, ad te decipiendũ teneor, niſi fraudis particeps fueris. & ibi [obſeruare. §. 1.] ſi vxores proconſulũ in prouincia delinquũt, a proconſulibus ratio & vindicta exigit̃. ¶ In 1. gl. ibi [per totum] dicebat Io. mo. vnius delictum quandoque cauſat defectũ in alio. vnde eſſe non legitime natum, non eſt nota delicti, ſed defectus. de pur. ca. accedẽs. & ſic n eum intelligitur regula. quod non impingitur in toto, licet in tanto, illegitimi tamen alieno vitio laborant, & ideo digni ſunt venia. C. de natura. li. l. legem.

QVAESTIO.

2 Hæc regula facit ad quæſtionẽ. q̃ † plene ſcripſi s. e. li. de ſent. excõ. ſi ſen. in glo. quo caſu. ſ. an interdicto lato in conſiliarios, vel vniuerſitatẽ, contradicẽtes alijs, vel abſentes ſint interdicti. & ideo illa prætermiſſa proſequar quæſtionẽ repreſaliarum diſputatam hic per Guid. epm tunc Mutin. & nunc Concordien. in qua q̃rebat, ſi Bonon. ſpoliatus in diœceſi Florent. qui poſt requiſitionem pluries per cõe Bon. ad cõe Florent & eius rectores, vt iuſtitiã de prædonibus faciant ciui ſuo ſpoliato, quod neglexerunt, obtinuit a cõi Bon. repreſalias contra ciues Floren. & demum cępit vnum ex illis ciuibus Floren. a quo exegit æſtimationem integram ſuæ prædæ, an ſaltem in foro con-
3 ſcientiæ reſtituere teneatur? Primo ad † negatiuam inducentur quatuor copioſæ rationes. Secundo totidem in cõtrario. Tertio ponetur triplex ſolutio. Et quod non teneatur ſic oſtenditur. conſtat, quod pœna & corporali, & tẽporali ac etiam ſpirituali præter excommunicationẽ certis caſibus punitur vnus pro alio etiam l. diuina. ſufficiat remittere ad exempla, q̃ habentur 1. q. 4. §. item peccato, & q. 14. q. 3. §. 1. & materia vtrobique no. in ſummis ipſarum quæſtionum. & vide quod hoc in glo. no. per quod videbis ꝙ hæc regula propter id non vitiatur, quia punitur aliquando, qui alienam culpam facit propriam, nam quãdo ciuitas, dominus, vel populus negligit de ſubdito iuſtitiam facere, in caſu noſtro, delicto conſentire videtur. 2. q. 7. negligere. 85. diſt. facientis. 45. diſt. illud. de ſent. ex. quanto. & c. dilecto. lib. 6. per quæ iura patet, quod ẽt non improbans approbare videtur. ad idẽ ff. furti aduer. nau. l. 1. §. vlti. & de noxa. l. 2. & 3. & ideo canon permittit bellũ contra tales moueri, quod iſto caſu iuſtum dicitur. 23. q. 2. dominus. & facit, quod ibi no. de Pileo contra nuntios regis Angliæ, cum iuſtitiæ neceſſitas ad id compellat. ea. cauſa. q. 1. noli. & quod in iuſto bello quis acquirit, ſuum eſt. 23. quæſt. 5. dicat. ff. de acqui. rer. do. l. naturalem. in fi. ergo talis reſtituere non tenetur. & de materia vide quod plene ſcripſi poſt Innoc. & Hoſt. de re. ſpo. olim. 1. ſuper ver. duxeritis. & maxime poſt princ. ver. authoritate. & in fi. ver. ſi nõ ſit. & quod ſcripſi poſt eoſdem de ap. dilectis. in gloſ. no. appellationem. ver. hoc autem dubium. & per has remiſſiones plura de quæſtione decidam. Secũdo ſic,
17 electio, †ſepulturæ, & punitur eligens. de ſepul. c. 1. li. eod. non ualet pactum futuræ ſucceſſionis. de conceſ. præ. c. 2. C. de pac. l. fin. & tamen punitur paciſcens. ff. de his, qui. ut indig. l. 2. de don. l. quidam. in fi. & hoc commune in pœnis, ad id C. de ſepul. uio. l. 1. Quinto ſic, aut iſte deliquit non iurando, aut non deliquit. Primo caſu, ex accumulatione delicti ipſius conditio non debet eſſe melior, ſed deterior. 6. q. 1. inuitare. de pœn. c. 1. ff. de pœn. relegati. & l. capitalium. §. in exulib. non fit quis melior delinquendo. 16. q. 1. legi. in prin. de præben. eum, qui. ſ. e. lib. ff. ad l. fal. prætia. Item committitur falſitas in exprimendo & ſupprimendo. 22. q. 2. ne quis. 11. q. 3. quiſquis. de cri. fal. c. ſi. C. ſi contra ius. l. præſcriptione. C. de teſta. iubemus. in fi. ſed iſte ſic fecit in duobus delinquendo, quia ſuppreſſit iuramentum, & falſum dixit, ergo &c. Secundo caſu, qñ non deliquit non iurando, aut hoc fuit, quia remiſſum, & tunc eo fortius de falſo puniri debet, quia multo maiori pœna ſunt digni, quibus cum plurimum honoris delatũ eſt, reperiuntur in crimine. C. de epiſ. & cleri. l. presbyteri. can. 5. q. vlt. presbyteri. & facit ſ. de vi. & ho. cleri. ut clericorum. in fin. ſi per obliuionem, uel dolum iudicis, uel tabellionis, per id ius partis, quam doloſe lædere uoluit, minui non debet. facit de conuer. cõiu. dudum. quod no. de reſcri. ad audientiam. 1. C. de fide iuſ. l. fin. in fi. de mag. con. l. fi. in fi. de teſtamen. l. conſulta. in fine. & ſic concluda
18 tur omni caſu illum teneri. Sexto inducitur. ff. ad † legem Corn. de fal. l. ſi quis legatum. 1. & ſecundo rñſo. Item, ꝙ hic eſt de atrocibus in quibus ſufficit attentaſſe, ut in l. ſi quis non dicam. & de pœ. diſt. 1. cogitatio. Solut. dico illum, de quo quæritur, de falſo teneri, per l. diuinam, Dan. 13. canonicam. ſup. de bigam. nuper. ciuilem, præ. l. ſi quis legatum. ff. ad l. Corn. de fal. In primo patet, quod illi duo ſeniores, qui falſum teſtificati fuerant ſine iuro contra Suſannam, damnati ſunt de falſo, & pœna mortis. In decre. nuper. patet, ꝙ propter intẽtionis affectum cum opere ſecuto pœna bigamiæ tenetur, qui tamen bigamus non eſt. ſi ergo carens nomine, propter affectum, & opus patitur pœnam, fortius iſte, qui nec nomine caret, vt probatum eſt in tertio articulo, in l. ſi quis legatum. in prin. dr, ꝙ qui ſibi aſcribit legatum in teſtõ, licet legatum ſit inutile, puta rei ſacræ, tenetur l. Cor. de falſo. Idem in eo, qui ſibi adſcripſit in teſtõ, quod non habet eſſe a prin. quia falſum, uel quia filius præteritus, tñ habet figuram, & eſt perfectũ exteriori, & uiſibili forma, ut in ſecundo rñſo. Sed ut ibi dr in 3. rñſo, ſi teſtm̃ non habet eſſe, nec figuram, ut quia nec perfectum eſt in uiſibili uel exteriori forma, tunc non tenetur aſcribens pœna, & per hoc ſatiſfiat aliquib. contrarijs, & ſic in hac quæſtione inducebat hanc legem pro fundæ ſcientiæ doctor Richardus Malumbræ. dicebat. n. ꝙ ex quo teſtimonium habet ſuam figuram, quia inter acta depoſuit, & prout iurati deponunt, locus ſit pœnæ. deficiente uero eſſe & figura, ut quia priuatim extra acta tabellio dictum ſuum acceperit, ceſſet pœna. Sed quærebat
19 † an hoc vltimo caſu aliter puniretur? & ſoluebat, ꝙ ſi depoſuit in priuata ſcedula, vt poneretur in actis, & ſic factũ eſt, punitur nõ vt falſus teſtis, ſed vt ex genere de falſo. ff. de fal. l. 1. §. qui in rationibus. ſi vero non fecit ad id, ſed doloſe mendacio alium voluit lædere, tunc ciuiliter tenetur illi de dolo. ff. de furt. falſus. §. ſi quis in pœna, criminaliter tenetur ſtellionatus. ff. de crimine ſtel. l. 3. ibi, item ſi quis impoſturam. ſed ſi neminem lædere voluit, nullo modo tenetur, vel punitur. ff. de dolo. quod venditor. vt ſic ſm̃ leges nõ puniatur dolus, qui non nocet, ff. de euic. fundum Titius. §. fi. de inter. acti. de ætate, poſt prin. de tabellione dicebat, ꝙ ſi per negligẽtiam omiſit, remoueri dẽt. allega. l. ſi quis. C. de of. præ. prætor. & vide, qđ no. de offi. arch. ea, quæ. ſi per dolum, tenetur falſi, quia prætermittens ſolẽnia, falſi tenetur. C. de teſti. iubemus. in fi. & præ. l. 1. §. qui in rationib. ff. de falſis. & pœna vnius non liberabit alium. ff. ad l. Aquil. item Mela. §. ſi plures. per pdicta patet, ꝙ cum qõ loquatur de vocato ad teſtimonium, qui doloſe falſum depoſuit, & ſic delictum habuit ſuum eſſe, figuram & formam ſpecificam, & ſic conſumatum ſm̃ regulas & diſpoſitionẽ cõis iur. locus eſt pœnæ falſi. & hanc partem per præ. dec. & per l. tenuit hic in ſua diſputatione domi. Aluarus Hiſpanus nunc frater minor. Ad contraria reſponſum eſt, quia negatur iurm̃ eſſe ſubſtãtialis forma, vt probatum eſt primo & ſecundo argumento ſecundæ partis. Ad id, quod ſecundo dicebatur in contrariũ, primo de authoritate, ego rñdeo, ꝙ non intendit ad id, ad qđ inducitur. ſed hoc intendit, ꝙ non ſit per fidei dationem iungenda manus imperio, vt ad ipſius defenſionem dicatur falſum teſtimonium. Ad idem. de teſti. c. 1. & c. ſicut. & c. intimauit. de teſti. co. peruenit ad reliqua dico, qđ
20 † bene eſt drĩa inter linguam mendacem, quæ non aſſumit formam teſtimonij & teſtem fallacem, qui. ſ. aſſumit formam teſtis, quia eſſe poteſt cum iuro & ſine, vt ſ. dixi. Ad tertium rñſum eſt per dicta in quarto argumento huius partis. reliqua ẽt ſunt ſoluta per ibi dicta, & per diſtinctionem formæ figuratæ & ſpecificæ ad non ſpecificam.

SVMMARIVM.

1 *Vitioſum in initio, an tractu temporis conualeſcat.*
2 *Ceſſio beneficij facta per archipresbyterum in manibus presbyteri ad inſtar confeſſionis, & ipſius renunciationis acceptatio ad inſtar ſententiæ, an valeant. & num. 5. & 6.*
3 *Papæ ſpeciale eſt, confirmare id, quod eſt nullum.*
7 *Ratihabitio an poſſit retrotrahi.*
8 *Sacerdos poteſt id, quod ad papam pertinet, vel eius delegatum vbi agitur de ſalute animæ.*

REGVLA XVIII.

Non firmatur. [Non ſubſiſtit] cõtra. ff. de aqua quo. & æſti. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ¶ Solutio, hic conſtabat de initio & iur. non ſubſiſtente. ibi non, cũ origo facti memoriã exceſſiſſet. Io. mo. ¶ Prima glo. dicit, vñ ſumpta, & ponit exẽpla & remiſ. de initio ſpectãdo. & ꝙ in annullandis non loquitur r̃a. ſcdo allegat in contrariũ duos canones, quinq; decr. & duas ll. & dat vnã ſolutionẽ ſpecialem. ſecundo gñalem. cui ſolutioni opponit dec. circa. & tripliciter ſoluit. Itẽ opponit de decr. ſed a, de eo, ꝙ du. & ſoluit, & principalẽ ſolutionẽ declarat. In 1. gl.
1 ibi [qđ † initio] ſeqtur vitioſũ eſt, non põt tractu tpis cõualeſcere. & ibi [ſi quis in ſenatorio] ſi ſenator, ꝗ cũ libertina cõtraxit, dignitatem amittit, incipit eſſe mr̃imoniũ, & ibi [ſi contra] mr̃imoniũ ꝑ adminiſtratorẽ inde nõ oriundũ, cũ ſubdita cõtractũ incipit valere depoſito officio, & ibi [ſi certis annis] & nudo pacto cõuentum ſine ſtipñe. ego certis annis ſolui, non ſum ꝑ id in poſterum obligatus. & ibi [ſi minor] ſi minor 20. ſeruũ tibi tradidit, vt manumitteres, nulla eſt traditio, quamuis tradiderit manumittedũ, cum 20. annos cõpleſſet. lex. n. cõſilio eius, quaſi parũ firmo reſiſtit. & ibi [le. 1.] loqtur cũ maior factus expſſe cõſentit ei, qđ curator deſtinauerat, vt ibi [l. 2.] & ibi

Digitized by Google

[obſeruare] vide, ſ. eo. ratihabitione. circa medium gloſſ.
In 1. gl. ibi [fiat ſeruus] vel rei ſacræ. licet fiat prophana.
& ibi [vel ſanæ mentis.] Dy. qui multum inſtat in exẽplis
huius regulæ, dicit idem de ſeruo, ſi poſtea fiat liber. de fi
liof. licet fiat ſui iur. de capto ab hoſtibus, ſi poſtea redeat
vt oĩa probantur. ff. de teſta. l. ſi filius. l. eius. & de leg. 3. l. 1.
§. 1. idẽ ſi erat inutilis, pp pęnã hæredis ſcripti, quia non e-
rat capax. licet poſtea fiat capax. ff. e. l. pen. Itẽ, teſtm̃ & oĩs
voluntas a principio falſa tractu tpis non firmetur. C. de
fal. l. ſicut. Itẽ ſunt exẽpla de caſibus regulæ Catonianæ.
vide in gl. ſuper rubrica ante mediũ. & ibi [ſed annullan
dum] & quicquid dicat hic Ioan. mo. ſic non ob. quod dr̃
de ſententia, per ap. ſuſpenſa. q̃ conualeſcit per negligen-
tiã appellantis. & ibi [ſi quis in ſenatorio] dicit Io. Mo. ꝙ
ibi vitiũ qualitatis, qua ſublata tenet, quod eſt actum, hic
vitium in facto, & ibi [& ſi contra] Dyn. allegat C. de cõ-
tractibus iudi. l. vna. vbi donatio in officialem inutiliter
collata tractu tpis confirmatur. & ff. de leg. 3. l. r. §. ſed & ſi
filius. vbi tractu tpis confirmatur legatum a prin. inutile.
& de inſtitutione probatur idem. ff. de hære. inſti. qui ſol-
uendo. & de manumiſſione. ff. de cond. inſti. mulier. §. 1. &
ibi vt per contraria probatur. vnde Dy. diſtinguit. aut du
rat cã impediens, aut ceſſauit, & nulla ſuperuenit confir-
mans. Primo & ſecundo caſu locum habet regula. In ter-
tio vero non. & hoc recidit in idem, quod glo. dicit.

1 QVAESTIO. II.

Hæc regula facit ad quæſtiones duas quas poſui eo. tì.
ratam. & facit contra ſolutionem Io. de monte Murlo, in
2 quæſtio. tali quam † diſputauit. Archipresbyter non va-
lens habere copiam epĩ renuntiauit in mortis articulo in
manib. presbyteri recipientis nomine epĩ, & ſtatim cano
nici elegerunt Titium, poſt duos dies mortuo archipre-
sbytero eps̃ veritate cognita electionem confirmauit, quę
rebat, an valeret electio & confirmatio. Allegabat ad ne-
gatiuam tria. Secundo ad affirmatiuam alia tria. Tertio,
ponitur ipſius ſolutio, & illius reprobatio, ad contraria re
ſponſio. ¶ Ad primum conſtat, ꝙ non poteſt renuntiare
eccleſiæ ſine ſuperioris licentia. de renun. admonet. nec va
let renuntiatio aliter facta. 6. q. 3. denique. 7. q. 1. ſi qui ve-
ro. 17. q. 2. Gonſaldus. ex quo ſequitur, ꝙ non vacauit, &
ſic nec aliter eligi potuit in locum viuentis. de con. præ. c.
1. & 2. ex his concluditur, ꝙ non valet elect. 7. q. 1. fructus
eſt, & c. ſe. vbi videtur caſus. de renuu. c. fi. hoc autem po-
ſito, ꝙ non valuerit electio, confirmatio autem acceſſoria
ad priuile. inualidum non valuit, vt hoc eo. tit. acceſſoriũ.
cum concor. allegabat, de fide inſtru. inter dilectos. ad fi.
C. de legi. non dubium. & in hoc vide quod no. de cauſa
poſ. cum ſuper. gl. 1. ſ. eo. lib. de ele. q̃ ſit. in fin. vlt. gl. & c.
quorundam. in vlt. glo. & quod ſcripſi in c. ſi cui. in fi. bene
facit. ff. de vul. ſub. l. ex pupillari. vbi per acceſſorium alias
validum non confirmatur principale non validum. Secũ
do certum eſt, ꝙ ſententia lata à non ſuo iudice, vel con-
feſſio coram illo facta non valet, de iud. at ſi clerici. & ibi
concordantiæ, ita igitur dicam, ꝙ non valuit ceſſio facta
per archipresbyterum in manib. presbyteri ad inſtar con
feſſionis, nec ipſius renuntiationis acceptatio ad inſtar
ſententiæ, de conſuet. ad noſtram. facit ad prædicta. de re
nun. quod in dubijs, & cle. de pœnis, multorum. ad fi. vbi
etiam patet, ꝙ ratihabitio epĩ non confirmat renunc. quæ
3 eſt nulla. Eſt enim † ſpeciale in papa, qui cõfirmat, quod
eſt nullum. 7. q. 1. in primis. 3. q. 6. hoc quippe. de accuſa.
ad petitionem. vbi de hoc no. in gl. 2. & 9. q. 2. c. 1. cui pote
ſtati inferiores non participant, per hanc regulam. Ter-
tio, vt hic no. ſpeciale eſt in electione, quod à principio
nulla, non conualeſcit. de elec. auditis. & no. de elec. tra-
4 ctam 25. ergo & c. dato † ergo, ꝙ eps̃ potuiſſet ratificare.
quod circa renun. ſuo nomine factum erat. ſ. eo. ratum, cũ
concor. illa tñ ratificatio p̃cedere debebat electionem. e-
rat ergo tpe electionis in pendenti, an per renuntiationẽ
illam vacatura eſſet eccleſia, & per conſequentiam pẽde-
bat electio. quod eſſe non poteſt. ſ. eo. lib. de elec. c. 2. ¶ In
contrarium inducebat, quia iſte per renuntiationem per-
dit omne ius prælaturæ, quod habebat in eccleſia. 7. qu. 1.
quam periculoſum. de renun. in præſentia. de præben. di-
lecto. ergo vacauit eccleſia & canonici potuerunt eligere.
valuit ergo nonfirmatio electionis, cum careret vitio per-
ſonæ vel formæ. & ſic confirmari debebat. de elect. poſt-
quam, declarandum, ꝙ licet renuntiatio facta non in ma-
nib. ſuperioris, non valeat quoad ſuperiorem, qui illã re-
uocare poteſt, & ſic loquatur c. admonet. de renunc. tenet
tñ quo ad renuntiantem, vt no. eo. tit. quod in dubijs. & 6.
q. 3. denique. facit de appel. cum appellationib. ſ. e. li. Se-
cundo pro hac parte eſt præſumptio. ſ. ꝙ in mortis articu-
lo id fecerit propter conſcientiam remordentem, quaſi
ſine peccato id facere potuerit, ex quo epĩ copiam habe-
re non potuit, vt ponit thema. nec ſaltem tũc præſumetur
immemor ſuæ ſalutis. 1. q. 7. ſcimus. de homic. ſig. 2. neceſ
ſitas ergo, q̃ licitum facit, quod alias erat illicitum, de ob-
ſer. ieiu. c. 2. in fi. eo. tit. quod non eſt, hoc fecit, ꝙ licite ſi-
ne licentia renuntiauit, cum hoc non faceret ex contẽptu,
facit quod no. de renun. niſi. § propter conſcientiam, &
iſte, qui ſpiritu Dei ducebatur, non ſuberat legi. de regul.
licet. Itẽ in iſtis lethaliter infirmis presbyter pp abſentiã
epĩ põt, quod ad epm̃ ſpectat, vt reconciliare ſolenniter
pęnitentẽ. 26. q. 6. c. vlt. ergo & potuit concurrentibus his
duob. ſ. mortis periculo & abſentia epĩ. Tertio, pro † ſnĩa 5
vel confirmatione epiſcopi præſumendum eſt. de renun.
in præſentia. de elec. bonæ. 1. cum thema ponat, ꝙ epiſco-
pus ex certa ſcientia electionem confirmauit, quo caſu ſuf
ficit tacita approbatio, vel patientia, vt no. Inn. & Ho. de
renunti. admonet. & de præb. de multa. vr̃, ꝙ eius ratihabi
tio retrotrahatur, ex quo ipſius nomine fuit recepta, & ta
le fuit factum, quod à principio potuit demandari. ſupra
eo. ratum quis. & c. ratihabitionem. ſi hoc eſt, ꝙ ratihabi-
tio trahatur ad ipſum act. renuntiationis, & horam eius,
reperitur tunc ergo ſtatim eccleſiam vacaſſe, & ſic ad di-
gnitatem vacantem facta fuit electio. ergo ipſa electio va
luit, & per conſequens confirmatio. & ſic reſpondetur ad
prius allegata in contrarium. Item, nec fuit ex ſui forma
electio in pendenti, imò purè & ſimpliciter fuit facta, fa-
teor tñ, ꝙ pendebat ex facto ſuperioris approbantis vel re
probantis, ſed hoc approbatur à iur. de elec. quod ſicut,
clarius. ſup. eo. tit. quam ſit. ¶ Soluendo dixit, quod renũ
tiatio valuit, & electio, & confirmatio per vltima iura, nec
ob. decr. vlti. de renuntia. principaliter propter tria. primũ
quia non fuit ibi aliquis nomine ſuperioris renuntiatio-
nem recipiens, & admittens, ſicut hic. Secundo, quia non
fuit poſtmodum approbata, ſicut iſta. Item ibi non immi
nebat neceſſitas, ſed poterat ſuperior adiri, hic ſecus. Ad
alia iura reſpondet, quòd loquuntur in nullis à principio
ſed iſta elect. à principio tenuit per vltimo allegata. Hæc
ſolutio non placet, nec fuit diſputationis tempore, cui in-
terfui, communiter approbata, & diuerſitates, quas ponit
ad decre. vlti. de renuntia. vbi eſt caſus, parum valet. pri-
mo, quia litera non dicit, quo nomine receperint, an pa-
pæ, vel proprio, ſed & ſi recepiſſent nomine proprio, ſi fa-
ctum in ſe haberet licitam formam, papa, qui eſt ſupra
legem, vt dixi in prima parte, poterat ratum habere non
ſuo nomine geſtum. Secunda diuerſitas non valet, quia
ibi non fuit approbata, quia non erat approbanda. Ter-
tia minus valet, quia nulla neceſſitas erat in morituro
infra biduum, quòd per renuntiationem vacaret eccle-
ſia ſtatim vacatura. ſed in decre. vlti. verè erat neceſſi-
tas, vt ſcilicet eccleſia fortè ad multos annos non vaca-
tura vacaret per renuntiationem inſufficientis prælati,
tunc ad id diſpoſiti forſan cito pœnitentis. eodem titu. ca-
pit. penul. facit. quod dixi de ſponſa. tua nos. ſuper pri-
ma gloſſ. bene facit ad hoc, de renuntia. capitu. primo
ſupra eodem libro. Item, illa diuerſitas tollitur per capit.
Gonſaldus.

Digitized by Google

Conſaldus.vbi etiam timore mortis fuit beneficium renunciatum.nec valuit renuntiatio.Dico igitur, electionẽ
6 † fuiſſe irritam, & per conſequens confirmationem non valuiſſe, & tamen in electionibus ſpectamus initium. de elect.audićtis.& c.dudum.primo,& ſecundo. fallit in rati
7 habitione,vt ibi no.in illis ergo non † poteſt ratihabitio retrotrahi,licet poſſit approbare geſta vt ex nunc,ſed nõ vt ex tunc,vt hic no.& quod dixit ſpectari initium, verũ, quando electio eſt nulla,ſecus ſi annullanda,vt e.ti.quod ſicut.vbi de hoc.iſta autem vere nulla, quia facta ad eccleſiam non vacantem,& ſic in locum viuentis, vt prius dixi. nec videtur vera gl.in decr.quod in dubijs, cum ſit aperte contra textum ibi dicentem quod nullam obtinet firmitatem.& gl.dicit,quod obtinet aliquam contra illud vniuerſale negatiuum.de hoc ibi ſcripſi ſuper 1.gl.ſed & dato.ꝙ illa opinio eſſet vera,ſicut confirmatoris fuit cõfirmare coniugium,ita eius eſt diſſoluere,iuxta regulam.eo. tit.omnis res, ſemper ergo durat donec ſuperior renuntiationem acceptando diſſoluat.Ad ſecundum reſpõdeo, quòd ſi conſcientia vrgebat ad id, bene facit dimittendo
8 quantum in ſe erat.Ad tertium ſpeciale † dico,illud propter animæ ſalutem,quo caſu poſſet ſacerdos etiam id,qđ ad papam pertinet.de ſepul.ca.ſi.vel ad eius delegatũ.de offi.or.paſtoralis.Ad id,quod dicitur, præſumi pro ſnia, fateor in dubio,ſed hic factum eſt certum.Ad id,quod dr̄ de tacita approbatione,fateor, ſed per hoc non tollitur nullitas electionis.In dec.quam ſit, nõ pendet electio ſimpliciter & pure facta de religioſo,ſed conſenſus electi bene conſiſtit in voluntate ſuperiotis, ſine cuius licentia cõcedi præbenda non poteſt.e.tit.ſi religioſus. in dec.quod ſicut electio eſt pura,& valet, tamen contemptus ſuam iniuriam proſequendo petere poteſt caſſari illam, quod alius non poſſet.s.e.lib.de præb.cũ in eccleſijs.

SVMMARIVM.

1 *Reus ſi poſt publicationem atteſtationum non producit teſtes, itẽ poſt litis conteſtationem non reuocat procuratorem, an & id poſſit actor.*
2 *Nominatio an probet, & ius tribuat.& nu.5.*
3 *Literæ apoſtolicæ fraudis ſuſpicione carent vt plurimũ.& n.6.9.*
4 *Eccleſiæ priuilegia,& ſtylus,etiam ſuper homicidio.*
7 *Clericorum ſummum & antiquum ius.*
8 *Argumenta an ſufficiant,vbi non fit cuiquam præiudicium.*

REGVLA XXXII.

Non licet. ¶ Prima gl. dicit, vnde ſumpta. & ponit exempla.ſecundo dicit,quare ſic formatur regula.tertio ponit quaſdam differentias.¶ In glo.1. ibi [non debet actori] .ſ.licere, quod reo non permittitur. & ibi [in ſacris] aduerſarij militantium in ſacris ſcrineis certas ſportulas & exactiones litium eo priuilegio vtuntur, quo illi.& ibi [l. vlti.] in capitalibus tres dilationes dantur reo,duæ actori.& ibi,[habita] quæ dat ſcholari electionem magiſtri, vel epiſcopi loci.& ibi [circa] ſi dico libertum illum, qui eſt in poſſeſſione ingenuitatis,habeo probare,ipſe tamen poteſt onus probandi ſuſcipere.¶ In 1.glo.ibi [in ſacris]
1 Dyn.ponit exempla,ſi † reus poſt publicationem atteſtationum non producit teſtes.Item poſt litis conteſtationẽ nõ reuocat procuratorem,ergo nec actor.in auth. de teſt. §.illud.colla.7.ff.de procu.poſt litem,vnum eligendo, vel delegatum impetrando non excuſat ordinarium, tamen & quandoque reus impetrat.de reſcrip.ceterum.& ibi de di concor. in prin.& ibi non poteſt reus,& ſic eo caſu fallit regula.ff.e.omnis diffinitio.Dyn.& [in fin.] vnde ſi actore non probante vult probare ſe dñm.putat Dyn.ꝙ audietur, intereſt enim ſua, quia eo probato cõſequitur ius agendi,qui alias haberet ſolum ius excipiendi.ff.de iniu. l.ſed & ſi poſſeſſori.ſi vterque.ſ.actor,& reus vult probare dominium.primo auditur actor,ſecundum Dyn. dedi de hoc remiſſiones ad Spec.de probatio.ex literis.

QVAESTIO.

Hic ex ſuperioribus patuit qñ que licere reo, ꝙ non licet actori,quare conuenit ſolutio quæſtionis ſatis vſitatę
2 Gul.de petra lata,quæ ſic proponebatur. Accuſatus † de homicidio coram ſeculari iudice, producit literam, qua nominatur clericus & canonicus Pariſien. quæritur, an ſufficiat hæc probatio iſto caſu? Ad partem negatiuam inducit 5. rationes.Secundo ad affirmatiuam 3. & vnam gl.Tertio ſoluit diſtinguendo.Vltimo ſolutio declaratur. Et ꝙ talis litera non ſufficiat,inducebat,ꝙ res inter alios acta &c.s.de re iudi.c.pe.nihil.& ibi concor. iſta aũt litera ad aliud dirigebatur,forte ad delegationem cauſæ ſuæ alteri faciendam,vel alterius fiendam, ſibi ſaluo,quod in ſolutione dicam.nec ſuper clericatu fundabatur, ergo nõ probat.Facit eo.libro,de priuileg.ſi propter.in principio. facit de præſumption. illud.Item nominationem non tribuit vnde licet quis nominetur filius, nõ per hoc habetur pro filio,de probation. per tuas.vbi de hoc.& in glo. prima.& circa nominationem vide quod nota.94.diſtinctio. dominus.11.q.1.ſacerdotib. 32.q.4.dicat aliquis.& qui filij ſint legi.per tuas.in fine 3.gl.& non omnis vox iudicis habet vim ſententiæ.de præſump.c.afferte. vbi de hoc in i.gl.& facit 2.q.7.non omnis,vnde beata Maria nominabatur vxor,& non erat.28.qu.2.inuenta. Item licet papa ignoranter ſalutet,non propter hoc habetur pro abſoluto.de ſent.excomm.ſi aliquando,imò nec ſi id ſcienter faciat,vt in clem.eo.tit.ſi ſummus.2.reſponſo.& multum facit eadem decr.2.reſpon.vbi videtur caſus,nam nominando aliquem in dignitate,illum per hoc non approbat in illa,nec ſibi ius tribuit,cõſtat autem,ꝙ clericatus eſt dignitas.4.diſt.denique.in prin.& 1.quæſtione.1.reperiuntur. Item,ſi quis nominatur fornicator, vel ebrioſus, non per hoc talis fore conuincitur.2.q.1.multi.Sic nec ſtatim dicimus accuſatum eſſe reum,niſi conuincatur.15.q.vlt.cap. vlti.in fine.nec debemus eſſe nimis creduli.86. diſt. ſi qđ, 11.quæſtione.3.in cunctis.de accu.qualiter.in ſi.q̃a p ſurreptionem multa proueniunt.3.quæſtio.3.inducię.de do. & contu.cum olim.& potuiſſet ad hunc finem talis litera impetrari, quæ de facili haberi potuit. & talibus fraudibus, & contra ſurreptiones prouidendum eſt, de diuor. quanto.in fin.de electio.cum dilecti.verſicu. nos vero,& ideo de his inquiri iubetur.24.diſtinctio.quando epiſcopus.de cler.pereg.c.1.98.diſtin.per totum. Item videtur expreſſum.42.diſtin.quieſcamus.in prin.ibi,ſi in clero electum ſe dicat,ſi ſacerdotem ſe nominet,ſcrutare,oſtendat ergo literas ordinationis ſuæ, quas ſecum habere debet. 2.q.1.legatum.& clare patet in extrauag. Boniſa.iniũctæ. ver.ſimiliter.& ver.ſequentibus,imputet igitur ſibi,ſi tales literas non habuit,vel habitas non ſeruauit, cum ex culpa ſua procedat.eo.tit.damnum.cum concor. Itẽ iſte, qui de clericatu excipit,in hoc fingitur actor.ff. de probatio.l.2.Sed actor id,quod aſſeuerat,clare probare debet. 6.quæſtione vlti.actor,iſte autem non probat ſe clericũ, vt excepit,ſed probat ſe nominatum clericum,ſuccumbit ergo,quia non probat,ad quod ſe adſtringit.de probationi.licet, nec probat hoc eſſe & c.de offic.delega.cum contingat.facit de teſti.cum cauſam. ¶ In † contrarium in- 3
ducitur.1.quæſtio.1.ſancimus.vbi dicitur, ꝙ non præſumitur quis immemor ſuæ ſalutis, & ſic nõ præſumitur mẽtiri,cum quilibet præſumatur bonus,de ſcr.c.vno.de præſumptioni.c.ſi.& præſumitur etiam pro literis apoſtolicis quòd careant falſitate, cum per multas manus tranſeãt, de reſcript.cum adeo.& cap.ad audientiam.1.vbi de hoc. 32.diſtinctio.communis filius.35.quæſtio.9. apoſtolicæ. Cum ergo credatur literis inferiorum.11.quæ. 3.curæ.de proba.poſt ceſſionem.de fide inſtru.cum dilectus.de fide inſ.peruenit.fortius debet credi literis papalibus. ad hoc de teſti.in nr̃a.& c.cum a nobis.95.diſt.cum illud.habeat ergo pleniſſimam authoritatem,ꝙ ſcientiam papæ continet.C.de teſti.l.omnium.Item dicebat,ꝙ videbatur caſus

Digitized by Google

pro accuſato.11.q.1.Chriſtianis.& c.Silueſter.Item, reos
4 † ſanguinis defendit eccleſia.23.q.5.reos.& valens homi
nem liberare a morte, & id non faciens, illum occidat. de
homici.ſicut dignum.ver.illi etiam, in hoc ſaltem dubio,
in quo via tutior eligenda eſt.de ſpon.iuuenis. defenden-
dus eſt iſte, & ſibi vita ſeruanda, & pro iure eccleſiæ præ-
ſumēdum, potiſſime, quia in talibus, quibus alterum, vel
modicum præiudicium obuenit, ſufficiunt, ar. de cler. pe.
ca.2.& facit ſupra de probatio.cum cauſam, & quod ibi
no.in 1.gl.& 3.q.7.poſtulatus.24.q.2.ſane.2.in.1.gl. nec
de modico præiudicio eſt curandum, de verb. ſign. quid
per nouale. Item, cum præſumptio, quæ oritur ex dicto v-
nius teſtis, impediat matrimonium contrahēdum.de ſpō.
5 præterea.2.† fortius præſumptio, quæ oritur ex tali litera
impedire debet iuriſdictionem iudicis ſecularis. facit de
cleri.excommu.mi.iſtud.de reſcript.cum contingat.indu
citur etiam gloſ.pen.in decr.nonnulli.de reſcript. ver.ad
hoc dicit.¶ Io. Soluebat diſtinguendo inter agentem &
excipientem inducens ſimile.de except.cum inter.quia ſi
iſte agit vendicando beneficium, vel aliud quod clerico
competit, vel petit admitti ad celebrandum populo, vel
ſimilia, talis litera non ſufficiet, per præd.c. quieſcamus.
42.diſt.& 2.q.1.legum, & per extrauagan. iniunctæ.ſupe
rius alleg.98.diſt.per totum.& de cleri.pere.c.1. & ſequē.
Si autem excipit ad defenſionem ſui, vt in caſu iſto, vel ſi-
milibus, ſufficiat talis litera, vel ſimilis, alias ſuſpicione
carens.ad quod inducit tria præſumptionis argum.literę
authenticæ fauorem.& clericalis ordinis, & nullum vel
modicum præiudicium alterius.ad primum repetit, quod
6 prædixi in prin.ſecundæ partis.ſ.literas papales † per mul
tas manus tranſire, & ideo pro illis præſumi. dicit etiā ꝙ
prǽſumitur, ꝙ papa illum examinauerit, vel examinari fe
cerit, ſibi beneficium conferendo, cum alijs hoc fiendum
præcipiat, 24.di.quando eps.de elec.nihil eſt. Si ergo pro
inferioribus iudicibus præſumitur, de renun.in pręſentia.
fortius pro papa.40.diſt.non nos hoc iuſto.& videtur per
prædicta verba, diſputans quæſtionem intellexiſſe, ꝙ lite-
ra, de qua quæritur, fuerit collatrix beneficij, & hoc caſu
minus dubium, quam ſi eſſet alia litera, puta delegationis
ad eum, vel per eum impetrata. Ad ſecundum inducebat,
7 quod Pharao clericos honorauit, & libertate † ditauit.
23.q.vl.quamuis.de immu.ecc.non minus.& Conſtanti-
nus ipſorum accuſationes recipere recuſauit.11.q.1.ſacer
dotibus.12.qu.1.quicunque.de iudi.nouit. Item, omnes
cauſæ, etiam laicorum, olim tractabantur in ſynodo cleri
corum.11.qu.1. relatum. non mirum ergo, ſi facile res ad
ſuam naturam reuertatur. qua de cauſa eccleſiaſticus iu-
dex ſupplet negligentiam ſecularis, non ecōuerſo. de iud.
8 qualiter.de fo.compe.licet. Ad tertium inducit, ꝙ † ſuffi-
ciunt argumenta, vbi non fit præiudicium, de cle.pe.c.2.
& propter hoc ſemiplenè diſcutitur negotium, vt lit. non
conte.qm.§.ꝙ ſi ſuper.facit de procu. ex inſinuatione. &
25.q.2.reſcripta.& facit, quod no.de dn̄a teſtis ad iudi-
cem.3.q.5.c.1.de offi.delega.inſinuatione.in 1. gl. igitur
& pœna delicti nō tollitur per id, ſed eius ſpecies, & quod
differtur non aufertur.32.q.2.ancillam.ſ. de voto.necne.
Puto, ꝙ ſi Gul.tempo.diſputationis vidiſſet decr.ſi iudex.
de ſenten.excom.li.1.de ipſa arguendo vel ſoluendo men
tionem feciſſet, cū autem per illam, vt ibi patet poſt prin.
9 ſola fama de clericatu faciat fieri † remiſſionem, ſatis vr̄,
ꝙ illa litera non minus valere debeat, quam fama in hoc
caſu. Item dico in illo, qui communiter habebatur pro cle
rico, eodem deprehenſo in clericali habitu, qui prius nō
habebatur pro laico, vt ibi patet, quia prædicta ſine tali li
tera remittuntur. remanet ergo quæſtio dubia in vlti.caſu
qn̄ prius habebatur pro laico, & cum eo caſu teneatur fa-
cere fidem de titulo clericali, vt dicit ipſa dec.in §.fi.non
videretur talis litera ſufficere. & hoc inducit præſumptio
inſurgens ex pręcedenti delatione habitus laicalis, vt ibi,
quantumcunque ſic defendendo literam producat. Item,
ꝙ ſufficiat litera etiam beneficialis, quia nominatur cleri
cus, multum probat decre.ex literis.de tranſact. nā ſi be-
neficiales ſunt ſubreptitiæ eo non exiſtente clerico, ſatis
ergo patet, ꝙ clericatus talem literam non probat, cum
poſſit talis litera de facto per non clericum impetrari.

SVMMARIVM.

1 *Manumiſſionis factæ per illum, qui vſucapiebat ſeruum, nullitas non impedit vſucapionis curſum, ſed intentio manumittentis.*
2 *Matrimonium propter conſanguinitatem ſolutum, vel quia mulier non carnaliter cognita religionem profitetur, an rumpat ſponſalia prius a viro contracta de futuro.& nume.4.12.14.16.18.*
3 *In matrimonijs num magis ſpectetur animus, quā iuris effectus, vbi & matrimonij plures effectus.*
5 *Bigamiæ pœna an contingat ex matrimonio, quod non tenet.*
6 *Proles eſt illegitima, ſi ambo parentes ſciuerunt impedimentum, quantuncunque in facie eccleſiæ contractum ſit matrimonium.*
7 *Clauium poteſtas non contemnenda.*
8 *Actum requiſitum ad aliquid efficiendum, de facto fieri ſufficit, quamuis de iure non teneat.& nu.10.*
9 *Procuratorem ſecundum dans, reuocare ne primum videatur. Et quid de teſtamentis.*
11 *Actio ſemel extincta an reuiuiſcat.*
13 *Facta contra ius pro infectis habenda.*
15 *Religionis minus probatæ ingreſſus non diſſoluit ſequens matrimonium.*
17 *Matrimonium non diſſoluit votum continentiæ, licet eius executionem ſuſpendat.*

REGVLA LII.

Non præſtat. Ioan.mo.allegat pro exemplis multa iura, ff.de leg.1.ſi ſeruus legatus.§.ſi ſeruus.ff.de acqui.
hær.ſi quis heres.ad Velleianum.aliquando.§.ſi.de cond.
& de.hæc conditio.de iur.pa.illud.& c.ſi.ſup.eod.lib. de
elect.perpetua.de con.præ.ne captandę.ſignat contrariū.
1 ff.pro donato.qui pro donato.ſol. Nullitas † manumiſſio
nis factæ per illum, qui vſucapiebat ſeruum, non eſt id,
quod præſtat impedimentum vſucapionis, ne currat, ſed
id facit intentio manumittentis, per quam poſſeſſionem
perdit. Item contra ſecundum.ff.de lega.1.plane.& de a-
di.leg.l.legatum.§.pater.vbi primo legatario legatū non
debetur, quod animo adimendi relictum eſt. Secūdo, licet
nō capaci, ſed illud, qa tacita voluntate legatū adimitur.
ff.de adi.leg.l.3.§.fin.& l.ex parte.illa ergo tacita, de qua
apparet, ſortitur hunc effectum. ſm̄ Dyn. cōcor.quod no.
ſ.e.ti.de procu.ſi duo.in gl.2.¶ Prima gl. ponit exempla.
Secundo 5.caſus exceptos, ſed quintū non approbat. Ter
tio, no. in maleficijs regulam non loqui. In gl.1. ibi [ſi da
ri ſtipuler] vide de con. præ.cū noſtris.in 4.gl. In glo.1.ibi
[ſi dari ſtipuler.] Dy.ponit exemplum, cū legata eſt mihi
optio ſerui, & ego elegi, ſed electio non habuit effectū, ite
rum eligam.ff.de op.le.l.2.3.& 4. Item ponit per l.ꝙ ſi pu
pillæ.ff.qn̄ di.le.ce.de con.& de.hæc conditio, vbi ſi lega-
tum fuit pupillæ, ſi matrimonium non contraheret, facta
pubes poteſt contrahere, & conditionem implere, licet an
te pubertatem contraxiſſet, quod quia non tenuit, impedi
mentum non pręſtat.& ibi Goff.qui hoc.i.hos quatuor ca
ſus, quos præmiſi.& ibi in fi.vide quod ibi ſcripſi & dixi.
& de hoc in p̄.dec.cū noſtris.de conceſſio.preb.in 4.glo.

QVAESTIO.

Hæc regula facit ad quæſtionem, quam Paduæ diſpu-
taui, quam ſic propoſui. Matrimonium ſolutum propter
conſanguinitatem, vel mulier non cognita religionē profi
tetur, q̄ritur, an rumpat ſponſalia de futuro prius a viro
contracta? Et primo pro ſolutione ad vtrunq; membrum
ponetur gl.Io. Secundo, ad vtrūq; inductiones affirmati-
uæ, quib. in quantū ſolutioni contradicunt, ſingulariter
rñdebit. Tertio diuiſim ad mēbra arguit negatiue, & pri-
mo ad primū, & id conceditur. Secundo ad ſm, & omni-
bus quæ inducūtur ſingulariter reſpondetur. Soluēdo igi
tur

Digitized by Google

tur dico,quod Io.notauit in 3.compil.de ſpõ.ſicut,quod
2 mr̄imoniũ † ſolutum pp conſanguinitatem non rumpit
priora ſponſalia de futuro,ad quod inducit dec.cum apo
ſtolica.eo.tit.ſi vero ſoluitur per ingreſſum religionis,ni-
hilominus rumpit priora ſponſalia. ad quod inducit de
conuer.coniu.quidem,& quia actio ſemel extincta nõ re-
uiuiſcit.de con.di.4.queris.hanc gl.Io.Bernardus vel eius
cõtemporanei.ſ.Vincẽt.in ſecundo apparatu,Gof. & Phi.
non poſuerunt,nec aliqui moderniores eam tractauerũt,
quod ſim memor ad præſens.Ad literam tñ illa videri po
terit in nouella. Ordine vero turbato præcedit ſolutio,ar-
gumenta,vel miſtim queſtiones illas tractando,fiat ſimul
poſitio & reſponſio argumentorum,quæ ſolutioni cõtra-
ria videntur. Ad vtramque ergo queſtionem primo argui
tur affirmatiue.ſ.ꝙ vtroque caſu rupta ſint ſponſalia. &
taliter, certum eſt,ꝙ inter multos caſus,quibus rumpun
tur ſponſalia de futuro, iſte eſt potentiſſimus caſus.ſ.cum
alter ſponſorum contrahit ſcd̄a ſponſalia de præſenti. de
ſpon.ſicut.& c.ſi inter.2.reſpon.de ſpon.duo.c.1.potentiſ
ſimus.iõ dixi, quia ſm Tanc.qui hoc no.de ſpon. de illis,
cum in alijs diſſoluatur per ſententiam,in hoc caſu,& cũ
alter ſponſorum religionem ingreditur,ſoluuntur ipſo iu
re, ſed certum eſt, ꝙ ſponſalia de præſenti quo ad verba,
accipio te &c. & quo ad conſenſum in vtroque caſu inter
3 uenerunt,& interuenire potuerunt.ergo dicenda ſunt † ru
pta priora ſponſalia. Quod verba interuenire potuerunt
per ſe patet,ꝙ conſenſus interuenire potuerit,ſatis patet,
de ſpon.c.vno.eo.li. vbi ſponſalia nulla,quia cum conſan
guinea contracta, ſi tenent ex conſenſu inducunt publicá
honeſtatem. inſpicimus.n.in matrimonijs plus animam,
quam iuris effectum.de biga.nuper.cum ſuis concor.mul
tos.n.effectus conſequitur mr̄imonium.licet ſit nullũ.In-
ducit.n.bigamiam,vel pœnam bigamiæ,vt ibi,quam ſine
mr̄imonio quis non poteſt incurrere, de biga.quia circa.
facit prolem legitimam ſeruata forma conſtitutionis, cũ
inhibitio.de clande.deſpõ.quam prolem legitimam pro-
ducere nõ poſſet fornicarius coitus,primum probatur de
clande.deſpon.c.vl.& qui fi.ſint le.cum in iure,& c.ex te-
nore.Itẽ inducit publicam honeſtatem,vt eſt dictũ.& in-
terdum inducit adulteriũ, & adulterij pœnam. ꝙ dic, vt
nota.de do.inter vi.& vxo.cũ pluriũ.Cũ ergo multos effe
ctus alios conſequatur mr̄imonium,non mirũ,ſi cõſequi
poteſt hunc effectum rumpendi priora ſponſalia de futu
ro,quaſi ſufficiat cõſenſus cũ forma verborũ. & eſt ſi. vbi
ſufficit aliquid valere ex forma,licet ex effectu,vel cã non
valeat.de ele.ſi poſtquam.li.6.ſicut & in denũtiatione no
ui operis dr̄.ff.de no.ope.nun.l.1.& eo.ti.c.1.& 2.& in ſẽ-
tentia excõicationis.11.q.3.ſnia.Sed ad iſta inquãtũ quo
4 ad primum punctum ſolutioni † contradicunt,rñdetur,ꝙ
ſolutio ſponſaliorum de futuro per ſequens mr̄imonium
procedit ex vinculo coniugali,quã non inducit ſolus con
ſenſus,ſed legitimus,ſed publica honeſtas nõ procedit ex
vinculo coniugali,ſed ex ſponſaliorum conſenſu,qui ſuf-
ficit ad illud impedimentũ inducendum,ſicut ẽt affinitas
non ex legitimo coitu, ſed fornicatio ſurgit, & ſufficit ibi
coitus,de eo,qui cog.conſan.vxo.ſue diſcretionem.¶ Ad
5 illud † quod dicitur,pœnã bigamiæ contrahi ex matrimo-
nio,ꝙ non tenet.hic ſolum contrahentis illegitimum mr̄i
monium verſatur odium. vnde fateor eum ex facto ſuo
poſſe pœnam incurrere,propter affectum cum opere,ſed
non ſic ſe poteſt ab alterius obligatione liberare per con
tractum,per quem alteri non ligatur,per quem ſibi poteſt
præiudicare. ſed non ſic ſi poteſt ab alicuius obligatione
liberare niſi alteri ligetur,eodem modo tolli poteſt,quod
arguitur ex dec.eum,qui.de præben.li.6.vbi ligatus eccle
ſiæ parrochiali ab illo vinculo ſoluitur,recipiendo etiam
iniuſte ſecundam parrochialem eccleſiam.illud enim eſt
inductum in odium iniuſte recipientis, non in ipſius fa-
uorem.vnde poſſet dici ſecundum opi. Io. quam dixi de
præben. de multa.ſuper ver. priuatus. & ipſe no.7.q.1.ſi

qui.& 21.q.2.ſi quis iam trãſlatus.quod tunc ſit priuatus
quo ad ſe,non quo ad eccleſiam, uel prælatum ſuperio-
rem,qui eum etiam inuitum retinere poſſit in locum ſuũ.
6 Quod dr̄ de prole,illud † in eius fauorem inductũ eſt,pro-
pter ignorantias parentum amborum uel alterius. quod
patet,quia quantumcunque in facie eccleſiæ contractum
ſit matrimonium,ſi ambo parentes ſciuerunt impedimen
tum,proles eſt illegitima,ut in præ.dec.vlt.de clãdeſti.de
ſpon.Quod dr̄ in decr.ſi poſtquam.de electio.ſpeciale eſt
in cathedralibus & regularib. eccleſijs, ut ibi patet,alias
enim non ſufficit appellationem eſſe iuſtam ex forma. de
7 app.ut debitus.eo.ti.non ſolum.lib.eo.Quod † de denũtia
tione dr̄, ſpeciale propter contemptum prætoris, ſicut &
quod dicitur de ſen.excom.ſpeciale,ne poteſtas clauium
contemnatur. ¶ Adhuc pro hac parte ſic arguitur, actus
8 † ille,qui ad aliquid efficiẽdum requiritur,ſufficit,quod
de facto fiat, & ſi de iure non teneat, hinc eſt,quod inſti
tutus ſi ſeruum hæreditarium manumittat,manumittere
non poteſt,niſi adeat, adire non poteſt, niſi manumittat.
Dicit tñ lex, quod ut adeat ſufficit,qd̄ de facto manumit-
tat,licet manumiſſio non ualeat.ff.de condi.inſti.mulier.
§.1.Itẽ,ſi manumiſſus ſit,ſi 10. hæredi promittat, ſufficit
quod de facto promittat,licet promiſſio facta ab ipſo ad
huc ſeruo non teneat.ff.de ſta.lib.l.pe.Item manumiſſus
teſtamento,ſi iurat 10.operas filio dare,iurando liberta-
tem conſequitur,licet non teneat iuramentum. ff. de ma.
te.l.ſeruum teſtamento.ad idem ff.de condic. inſt. l.Me-
uius.& teſtamentum,ex quo non aditur hæreditas,rũpit
codicillos,qui tamen tenuiſſent, ſi teſtamentum factũ nõ
fuiſſet.ff.de hære.inſti.l.pater filio. & inſt.qui.mo.te.infir.
9 §.poſteriore.per quod etiam † notaui,de procur. ſi duo.
lib.6.in gl.2.quod dans ſm procur.reuocat primum,etiã
ſi ſeruus non ſuſcipiat manda.ad idem ff. de iniuſ. rup. &
irri.te.l.3.§.ſed ſi ſtante.vbi ſm teſtamentum, quod rum-
10 pitur per poſthumum,rumpit primum teſtm̄. Ad † idem
de præben.c.pe.li.e.vbi ſecunda gratia,cum prerogatiua,
licet poſtea reuocetur,rumpit primam. Ad idem ff.de te-
ſta.mili.l.militis codi.§.fin. vbi ſm teſtm̄ iure militari fa-
ctum, licet non valeat milite.ſ.decedẽte poſt annum mili
tiæ,tamen rumpit primum,quod ipſe fecerat iure cõi. Et
ad idem de ſepul.c.1.lib.eo.vbi electio ſepulturæ licet nõ
teneat,impedit aliam ſepulturam eligi,ac ſi teneret. Ad
idem ff.de adimen. leg. l. legatum ſub conditione. vbi ſi
quis donet vxori,quod legauerat filiæ,intelligitur adimiſ-
ſe,licet donatio vxori facta non teneat. Ad hoc reſponde
tur,ꝙ in l.mulier.§.1.in l.pe.de ſta.li.in l.ſeruum teſtamẽ-
to.& l.Meuius.ſufficit factum licet non habeat iuris effe-
ctum, quia ſatisfit voluntati teſtantis, qui factum inſpe-
xit,ac ſi dixiſſet,ſi ſalutauerit,vel lapidem in flumine pro
iecerit. vnde ſufficit ibi factum ſine iuris effectu, ad id ff.
de ſtatuli.Stichus.10.Præterea facit ibi quod poteſt,& iux
ta iuris regulam ad impoſſibile non debet aſtringi.eo.tit.
11 nemo † poteſt.cum ſuis concor.ad l.3.§.fi.ff.de cod. cum
7.iuribus in proxi. alle. non expedit rñderi, quia faciunt
pro ſolutione, quo ad ſecundum ponendum. Probant
enim illa iura,ꝙ ex quo ſecundum teſtamentum a princi
pio tenet, licet poſtea rumpatur, videtur ruptum eſſe pri-
mum & eſt ſimile in procuratore, & gratijs, ſicut ex quo
matrimoniũ tenuit,licet poſtea rumpatur,ſufficit ad hoc
vt rumpat priora ſponſalia. Ad quod facit quod dicitur,
actionem ſemel extinctam non reuiuiſcere. de con.diſt.4.
quæris.23.q.4.ſi illic.ff.de ſol. qui res.§.aream.ff.de uer-
bo.ob.inter ſtipulantem.§.nam & cum quis. Ad decre.de
ſepul.reſpondetur,illud non eſſe ex uirtute electionis,quæ
non tenet,niſi in pœnam eligentis. Ad l.legatum. de adi-
men.le.reſpondeo,ꝙ quia teſtm̄ pendet ex unius,non ex
plurium uolũtate,ſufficit,quod ibi appareat teſtatoris le
gantis mutata uoluntas,licet uoluntas legatarij nõ inter-
cedat,quæ nec requiritur,non ſic in caſu noſtro cũ ſpon-
ſalia pendeant ex uoluntate duorum. & facit quod no. ſ.
de

Digitized by Google

42 de conſti.c.1.lib.eo. ¶ Ad negatiuam † vero.ſ.ꝙ in neutro
prædictorum caſuum rumpantur ſponſalia,arguitur pri-
mo.quo ad primum,ꝙ mr̃imonium contractum cum con
ſanguinea, cum ſit nullum,non hẽt rumpere ſpõſalia,ad
hoc.n.vt mr̃imonium illa rumpat,dẽt eſſe tale, ꝙ teneat,
non.n.præſtat impedimentum,ꝙ de iure non ſortitur eſſe
43 ctũ, vt hic cum ſuis concordan. Et † quæ contra ius fiunt,
debent pro infectis haberi.eo.ti.quæ contra ius.& C.de le
ga.non dubium.ſi igitur iſtud mr̃imonium conſanguineæ
debet haberi pro non facto,ſatis patet,quod non rumpit
ſponſalia.ad inſtar eius ꝙ dicimus,electionem,quæ nulla
eſt,alteri electioni non pręſtare impedimentum, iuxta ea,
quæ plene no.de electionibus,auditis. ad hunc caſum be
ne facit ff.de conditio.& demonſtratio.l.hæc cõditio. vbi
conditioni nuptiarum dr̃ non paruiſſe,qui nuptias inter-
dictas contraxit. Condemnatum ẽt ſic accipere debemus,
vt condemnatio teneat.ff.de re iudi.l.4.§.condemnatum.
& l. ſi cum nulla.ad idem.ff.de pœn.l.rei capitalis.in fine.
ff.ad Tertullia.l.1.§.fina. & tutores teſtamento datos ac-
cipere oportet,qui iure dati ſunt.ff.de teſt.tuto.l.3.& fal-
ſus tutor nõ eſt tutor,nec falſum teſtm̃,eſt teſtm̃.ff.de ver.
ſig.Paulus.Idem dicam de matrimonio. Item,qui ſatiſda
re promiſſit,dando eum,qui non obligatur,vel exceptio-
ne vtitur, ſatiſdare non dr̃.ff.de fide inſtru.l.3.& quæ per
exceptionem perimi poſſunt, in compenſationem non ve
niunt.ff.de compen.quæcunq; & l.quod in diem.& veri-
tas reuelata debet opinioni vel ſermonibus præualere.8.
44 di.veritate.81.di.quicũque.de re iud.cum inter. Ex † quo
igitur apparet matrimonium non fuiſſe propter conſan-
guinitatem, veritatem opinioni præferendo,dicemus nõ
rumpi ſponſalia,maxime cum pronuntietur matrimoniũ
non fuiſſe.in Auth.de nup.§.ſi vero ab initio.coll.4. ſpon
ſalia igitur priora,quæ tenuerunt,per matrimoniũ,quod
non tenuit, ſolui non debent,ad hoc ff. de reſcin.ven.ſi
45 id, quod.in prin.§.1. Nam † & ſi profiteatur quis religio-
nem non approbatam , iſta profeſſio non diſſoluit etiam
ſequens matrimonium.de voto.c.vno.eo.li. & facit quod
ibi notaui de ordinato ab eo , qui non poterat ordinare.
Et lex videtur dicere, quòd matrimonium cõtractũ cum
conſanguinea non diſſoluit ſponſalia prius cum eadem
contracta,ergo nec cum altera.ff.de do.inter vi. & vx.cũ
46 hic ſtatus.§.pe. Quid † vltra? Videtur hoc expreſſum de
ſpon.c.vno.eo.lib. vbi qui cum conſanguinea contraxit,
ad contrahendum cum ſponſa remanet obligatus. Seque
retur.n.ex contrario abſurditas magna,quia.ſ.ille,qui cũ
muliere ſponſalia contraxiſſet,ſeipſum poſſet contrahen-
do cum conſanguinea liberare.& conſequeretur pręmiũ,
vnde deberetur ſibi pœna,de hæreti.e.li.cum ſecundum.
ergo fortius vinculum hoc caſu habebat ſoluere ſpõſalia,
hic vero nullum ſit vinculum,ꝙ patet,quia poteſt illo du
rante vel per eccleſiam non ſoluto contrahere cum alia.
ergo dicam priora ſponſalia non eſſe ſoluta.de ſpon.cum
in apoſtolica.de eo, qui dux.c.2.probat hoc lex, dicens,
ꝙ ſm teſtm̃,in quo filius fuit præteritus,non rumpit pri-
mum.ff.de li.& poſ.l.filius. Teſtm̃ vero,in quo præteritus
eſt poſthumus,bene rumpit primum,licet poſtea rumpa-
tur per poſthumum,quia potuit poſthu.non naſci.& ſic a
principi.tenuit, & ſic loquitur lex ſuperius alle.ff.de iniu.
rup.& ir.te.l.3.§.ſi conſtante.& ſic licet teſtamentum,qđ
a principio tenuit,& ex quo pars potuit hæres eſſe,quam
uis poſtea rumpat primum, illud tamẽ, quod a principio
non tenuit,& ex quo a principio non potuit quis hæres eſ
ſe, non rumpit primum,vt in l.ſi filio. quod ſatis facit ad
vtriuſque membri ſolutionem. Et his non eſt reſponden-
dum,quia ſolutioni concordant, ad quam facit de ſpon.
veniens.2. ¶ Quo ad ſecundum ſic arguitur, matrimo-
nium ſolutum per religionis profeſſionem ante copulã,
ex quo non durauit, fingitur non fuiſſe.ff.de ver.ſig. nam
& ego.cum ſuis concor.& cum matrimoniũ ſit ſacramen
tum,& quod ſacramẽtaliter habeat deſignare, vt dicitur
de biga, debitum , matrimonium vero non conſumatum
per copulam,non habet huius ſacramenti ſignificationẽ.
vt ibi.& 45.di.Valentino.ergo non dicemus per illud diſ
ſolui ſponſalia. Perfici.n.& confirmari videtur matrimo-
nium ex copula.de tranſla.c.vlt.ſed ad iſtud reſponde,vt
ibi no.& 11.q.3.§.quod prædeceſſor. ¶ Præterea,vt ſ.di-
ctum eſt,cauſa,propter quam matrimoniũ poſterius ſol-
uit priora ſponſalia,eſt fortius vinculum,quod vinculum
non deeſt in matrimonio nõ cõſumato, alias ſequeretur,
ꝙ qui contraxit cum vna,ante culpam cum alia contra-
here poſſet, ꝙ eſt falſum. Item ſequeretur, quod ſpõſa de
præſenti non cognita cum alio coeundo non poſſet viola
re ſacramentum matrimonij.ſi non deeſſet. & hoc eſt fal
ſum.Committit.n.adulteriũ,ſicut & vxor,de eo qui dux.
in ma.c.2.& vlt.de eo,qui cog.conſan.vxo.ſuæ.diſcretio-
nem.2.q.1.ſi peccauerit.licet igitur iure permittente iſtud
vinculum ſoluatur per religionis ingreſſum ante copulã.
27.q.2.deſponſatam.& c.ſe.de conuer.coniug. verum.&
c.ex publico. tamen durat vinculum ſecundum quoſdã,
vel verius ſoluitur vinculum quadã iur.fictione, qua pro-
feſſum fingimus mũdo mortuum.16.q.1.placuit & facit,
quod not.de voto.c.vno.li.eo. ſic ergo obligatio ſpõſalio
rum extincta per ſequens matrimonium,non renaſcetur.
moriente naturaliter ſecunda vxore ſic,nec ea profitente
religionem. Nec ob.quod dicitur,obligationem interdũ
reuiuiſcere, de ſen.excom.eos.li.eo.ff.quemadmodũ ſer.
amit.ſi locus.ff.de ſerui.vr.præ.ſeruitutes. §. ſi ſublatum.
C.de inof.teſt.ſi maritus.C.de pac.debitori.in dec.n.eos.
reuiuiſcere poteſt excommunicationis ſententia, non ex
iuribus prioris obligationis vel ſententiæ, ſed ex iuribus
ipſius conſtitutionis.quod probat litera ibi,decernimus.
non dixit,declaramus.vt ibi no.& eſt illud ſtatutum in o-
dium contemnentis,& fauore clauium.ad l.ſi locus.§.ſi
ſublatum.dico, quod non erat in totum obligatio extin-
cta,ſed propter caſum impedita.In l.ſi maritus.ſi prouide
tur iuſtæ ignorantiæ hæredis.& eſt ſimile ad id,quod ha-
bes de præben.ſi beneficia.lib.eo. In l.debitori.reuiuiſcit
17 † non ex vi prioris obligationis, ſed ex vi pacti ſubſecuti.
vt de & hic poſſet obligatio reuiuiſcere iſto de nouo con-
trahente ſpõſalia cum eadem. Ad hoc bene facit ff.de ſer-
ui.vr.præ.l.ſi quis ædes.r.reſponſo.de renun.ex tranſmiſ
ſa.de ſimo.ex inſinuatione.de reſcrip.quanuis.lib.eo.nec
ob.quod dicitur,obligationem non extinctam,ſed ſuſpẽ
ſam ad inſtar eius, quod notat Io. de voto ſimplici, ſcili-
cet quod talis vouens ſi contrahat mortua vxore, conti-
nere debebit.hoc no.27.q.1.nuptiarum.& q.2.Agatho-
ſa. matrimonium.n.non diſſoluit votum continentiæ, li-
cet ipſius executionẽ ſuſpendat pro parte ſaltẽ reddẽtis,
quod patet, quia etiam vxoratus, quoad ſui obligationẽ
continentiam vouere poſſet.& per illud votum ſine pręiu
dicio coniugis ſe Deo ligare,ſed poſt matrimonium ſpon
18 ſalia cum alia non poſſet contrahere. Cum igitur per † vo-
tum fiat obligatio Deo, hoc ſcilicet per ſponſalia fit homi
ni. Item,cum uotum & matrimonium ſecundum ea,quæ
dixi,ſe compatiantur adinuicem, matrimonium cũ vna,
& ſponſalia cum alia,non ſe compatiantur, non eſt mirũ
ſi matrimonium in totum ſoluit ſponſalia , votum vero
ſuſpendit.fateor tamen,quòd uotum ſimpliciter & matri
monium,& eius uſus ſe non compatiuntur.& facit,quod
dixi poſt Innoc.de conuer.coniu.placet.in fin.licet autem
reſponderim ad prædictam opi.Io.proxime inductã,non
tamen præciſe fateor eam ueram,quod tamen hic nõ tra-
cto,ſed tractaui,qui cleri.uel uo.rurſus,in ult.gl. Ex præ-
dictis allegatis & contrarijs ſolutis concludo,quod in ſo
lutione ſuperius dictum eſt . Io. An.

SVMMARIVM.

1 *Conſilij fraudulenti nulla eſt obligatio.*
2 *Opem & conſilium præſtans furto, maleficiove, num teneatur.*

3 *Iudex*

Digitized by Google

3 *Iudex ordinarius tribus conſultoribus adhibitis, ita pronunciauit de talis conſilio condemno, & de conſilio talium abſbluo an ea ſententia executioni ſit mandanda, actore id petente lapſis decem poſt diebus. & nu. 5. 7.*

4 *Sententiam iudicis quæ reddant inualidam.*

6 *Iudex ſequutus minorem partem conſultorum, an excuſetur, & culpa careat. Et an teneatur eorum ſeu aſſeſſorum ſequi conſilium, ſub nu. 7. 9. & 11.*

8 *Remedia communia ab iniqua ſententia.*

10 *Cum, & de, præpoſitiones, an, & quid differant, & vtriuſque vſus & vis. & nu. 12. & 14.*

13 *Papæ in reſcriptis, ſententiis & diplomatibus mos.*

REGVLA LXII.

Nullus ex conſilio. ¶Prima gl. dicit, vnde ſumpta, ponit rationem regulæ, & exempla regulæ, & exceptiones. Secundo diſtinguit. Tertio, quid differat, oſtendit, conſilium a mãdato. In pri-
1 ma gl. ibi. [conſilii] ſequitur non fraudulenti † nulla eſt obligatio. cæterũ, ſi dolus & calliditas interceſſit, de dolo actio competit, & ibi [l. ii in fi.] ponit caſum de illo, qui conſuluit pecuniam potius locandam in emptionem prædiorum, q̃ fenerandam, vel econuerſo, & ibi [quod cũ ſcires] infra ſequitur in gl. & ibi eleganter in fi. conſulens mutuari debitori non idoneo, non tenetur de dolo, & ibi. [l. ii.] proſeneta, qui dolo & calliditate debitorem circumuenit, de dolo tenetur. & ibi [non ſolum] tenetur iniuriarum nõ ſolum faciens, ſed & is, cuius dolo facta eſt iniuria, vel qui
2 iurauit, vt fieret. In 1. glo. † ibi, de hoc. ff. de verb. ſig. ſæpe. in fi. & inſt. de ob. ex delic. §. ope. & ibi [ſubdiſtingue] ſm Dyn. hæc diſtinctio locum habet in alias contracturo, alias tenetur cõſulens. ff. man. ſi remunerandi. §. ſi tibi. ſed §. loquitur in mand. non in conſilio. & facit finis gl. & ibi [conſulens] hic ẽt diſtinguit Dy. an foret facturus, & tamẽ vtroq; caſu fatetur eum teneri. Diſtinctio iſta ſatis placet quo ad quantitatem pœnæ. de hom. ſicut dignum. ipſe aũt dicebat, quod qui conſuluit alias facturo, aut præbuit conſilium tantum, aut opem tantum, aut conſilium & opem, primo caſu tenetur, quia non oportet laudando malitiam augeri. ff. de ſeruo cor. l. 1. §. perſuadere & C. de furt. ſi quis ſeruo. ſi opem tantũ, ſine conſilio principali vel ſecundario, non tenetur. ff. de fur. ſi pignore §. ſi ferramenta. ſi conſilium & opem, non eſt dubiũ quod tenetur. ff. de ver. ſig. ſæpe. §. ita dubitatum. inſtit. de ob. quæ ex delict. §. ope.

QVAESTIO.

Hæc regula loquitur de dante conſilium, & gl. in prin. & fin. pro ratione regulæ ponit, quod is, cui datur, non tenetur illud ſequi. Et circa hoc inſtemus propter iudices eccleſiaſticos & ſæculares, qui ad ferendas ſñias & interlocutorias recipiunt conſultores iur. peritos de more Italico, quorum talium conſilium ſi contra ius eſſet, ſeq non tenentur, ẽt ſi de conſenſu partium illos aſſumpſerunt, licet hoc caſu quidam contra. de hoc vide in Spe. de requiſitione conſilii. in ver. qđ ſi iudex. Ex hoc incidit qõ diſputata Paduæ per dñm Nicolaum de Matha. qua quærebat, ſi iudex aſſumpſit tres conſultores ſuper diffinitiua quorum duo conſuluerunt reum condemnandum, tertius abſoluẽdum, & iudex abſoluit, an valeat ſñia, cum ſtatutũ habeat non valere ſñias, niſi latæ ſint cum conſilio ſapientũ Huic
3 qõni præmittam † aliam qõnem Dñi mei in legib. dñi Martini, qua quærebat, ſi ordinarius trib. conſultorib. aſſumptis ita pronuntiauit, de conſilio talis condẽno, & cõſilio talium abſoluo, & lapſis decem diebus actor petit ſñiam executioni mandari, an ſit exequenda? Breuiſſime ad vltimam partem ſiunt tres allegationes, & ſoluitur per quatuor rationes. Dicebat multis videri, quod ſic, quia cum dixit, condemno. functus fuit officio ſuo. ſup. de offic. del. in literis. ff. de re iud. iudex. C. de pœnis. l. pœnam, nec potuit ſententiam corrigere. ff. de arbi. l. arbiter. Item ſtatim fuit ius actori quæſitum, quod ſibi non potuit auferri. benefacit ſup. eo. lib. de elect. ab eo. & clem. eod. tit. conſtitutioni. §. pen. in fin. allegabat ipſe ff. de ſtipulatione ſer. l. 1. §. ſi ſeruus communis. non potuit mutare tenorem ſñiæ. ff. de re iud. l. actorum. Item duæ fuerunt orationes, & ſic duæ ſñiæ, arg. ff. quando di. le. ce. ex his, ergo præmiſſis rationib. valuit prima. Refert ipſe, quod multis videbatur contrarium, quia iudex ſe correxiſſe videtur, dicendo ſtatim poſt, abſoluo. ff. de ma. te. l. Stichus. Item, cum de conſilio duorũ abſolueret, fuit ſtandum conſilio maioris partis. ff. de arbitri. idem ſi. §. principaliter facit. ff. de re iudi. duo ex tribus. facit regula. eodem titul. in obſcuris. ponderando, quod abſolutio ſit ſequenda in obſcuro. Sol-
4 uendo ipſe tenuit ſñiam ipſo iure nullam quatuor † reſpectib. quia non imponit finẽ liti. ff. de re iu. l. 1. de arb. l. dicere. Item quia ſuper vno articulo continere dẽt abſolutionem tantum vel condemnationem, vt prædicta l. 1. ſuper hoc tamen, quod ſcripſi de re iud. cum inter. in vlt. gloſſ. Item debuit eſſe certa. inſtit. de actio. §. curare, & quia continet contrarietatem. ff. eodem tit. vbi repugnantia. de teſti. qui falſo. C. de fide inſtrum. ſcripturæ. ſup. de fide inſtr. imputari. & circa hoc vide, quod no. 11. q. 3. §. cũ ergo ſubditi, & dixi de offi. ord. ſi ſacerdos. ſuper gloſſ. pen. Nunc ad quæſtionem propoſitam redeundo, ad negatiuam 1. & 2. ad affirmatiuam allegabo tria, ſubdens tertii rationem. Tertio ſoluitur, & ſolutio declaratur. Quarto, de propoſitionibus, cum, & de, plene tractabo. Ad partem quod ſen-
5 tentia † valeat, allegatur, quod maior pars ſapientum repræſentat omnes. ff. eod aliud. §. refertur. ad municip. qđ maior. de ven. inſpi. l. 1. §. 1. Quod ergo ſine conſilio maioris partis, & quod plus eſt, contra conſilium factum eſt, non valet ex forma ſtatuti. ſunt ad hæc ſimilia. ff. de acqui. hære. ſi quis mihi bona. §. ſi certa. de admin. tut. l. Titium. in princ. de inſtit. le. ſed & ſi pupillus. §. conditio. de exerc. l. 1. §. ſi plures. Secundo, cum ſtatutum dicit ſententiam ferendam cum conſilio, intelligendum eſt de conſilio conſonante ſententiæ, vt uerba habeant effectum ſuum. ff. quod quiſque iur. l. 1. in fi. ne quis eum, qui in ius vo. l. pe. §. docere. de cler. non reſi. relatum. Sic. n. intelligit lex conſilium. C. de leg. humanum. de app. nominationes. C. de leg. l. pe. lib. 10. & ar. C. de prædi. cur. l. fi. de ſuſcep. & arca. l. exactores. eo. lib. ſic etiam intelligit lex conſilium, cum dicit, factum furtum alterius conſilio, ſ. conſonante. ff. de ver. ſig. ſæpe. inſtit. de ob. ex delic. §. ope. & de furt. l. furti. §. conſilium Tertio ubicunque lex ordinant conſilium haberi illud ſeruari uoluit. in Authent. de iudic. §. final. & in medio lit. §. 1. ibi, ſi uero aliqua dubitatio. C. de app. l. iubemus. ibi, & tamen diſpoſitio &c. ad idem ſup. de offic. del. venerabili. ubi conſilium exponitur pro conſenſu. de oth. archipresbyteri. c. 2. de iur. cal. c. 1. uer. uerum. de immu. ec. aduerſus. Ad idem de foro comp. c. 1. de his, quæ ſi. a prælat. nouit. & c. quanto. & forſan huius ratio eſt, ne cõſilium ſit eluſorium, uel lex, quæ mandat illud haberi. C. de bon. quæ lib. l. fi. § ubi. ff. de iudic. ſi prætor. facit ſup. de ma. contra. contra interdi. eccl. c. 1. ſup. eod. lib. de elect. commiſſa.
6 §. porro. In † contrarium, quod iudex poſſit minoris partis ſequi conſilium, ſi ſibi iuſtius videatur, ſicut de teſtib. dicitur. ſup. de teſt. in noſtra. ff. eod. ob carmen. in fi. vnde vna pars poteſt eſſe maior ratione numeri, alia ratione authoritatis, ut not. in l. ſi uni. ff. de re iud. de elec. eccleſia noſtra. 2. Ad idem inducitur ſecundo, quod iudex videtur computandus in numero conſultorum, ſicut & tabellio de numero teſtium. C. qui teſt. fa. poſ. hac conſultiſſima, in Auth. de fide inſtrum. §. oportet. & princeps inter commilitiones. ff. de teſtam. milit. l. 1. & facit de verb. ſignif. familiæ. & uide quod not. de conceſſ. præben. poſt electionẽ. In 3. glo. et ſt. quod cuiuſque uniuer. no. l. plane, & ſic cum eſ-

ſent

Digitized by Google

ſent pares, præualet ſnīa abſolutoria.ff.de re iud.inter pares. Tertio ſatiſfacit, quod non vr̄ iudex adſtrictus ad con
7 ſilium †ſequendum, vt hic in glo.& ſic ponetur conſilium pro deliberatione.ff.de exercit.l.1.in prin.& hãc interpretationem ſuadet iuramentum iudic.in authē.iuſiur.quod præſta.§.& æquus ero.ibi, ſm quod mihi viſum.&c.& de iud.circa prin.ver.illi aūt.& ff.de arbi.Item ſi vnus.§.idē, quod Pomponius. Item cum lex voluit aſſeſſores aſſiſtere iudicibus, vt per eos, quę ſunt iur.explicentur.C.de aſſeſ.l.1.ff.de offi.aſſes.conſiliarijs.in Auth. de iud. in prin.nō tamen voluit iudices teneri ad ipſorum conſilium ſeruandum, ꝙ patet ex forma prædicta, & aliorum ēt conſilium vult requiri. C.de ſen.ex breui.re.l.2.quod tū non eſt neceſſe ſeruari, ſi non videatur ſibi iuſtum.ſimile de reſcripto iudicis.in Auth.de iud.§.oēs.& in medio litis.§.ſi vero. Et ꝙ non ſit neceſſe conſilium ſequi, vr̄ expreſſum.C.de ſenten.& inter.nemo.in prin.& ibi, conſultationes, & c.ſ.de arb.cum olim.de ele.cum in veteri.& poteſt eſſe rō habendi conſilij.quæ in præ.decr.cum olim.in gl.2.& facit eo.ti.dilecti.ibi, conſilio roboratum.nam ꝙ a pluribus quæritur & c.20.di.de quib.ſ.de offi.deleg.Prudentiam. ff.de arbi.ſi in tres.& optime, ꝙ ſcripſi de conſue.ad noſtram.ſuper prima gl.¶ Soluebat Nicolaus, quod ex forma ſtatuti tenebatur hr̄e conſilium, & ſi non haberet, non valeret ſententia, ſed ex quo habuit, ſatiſfactum ſit ſtatu-
8 to, & ſi fuit inique †pronuntiatum, locum habeant cōmunia remedia, ſcilicet appellatio, & ꝙ iudex teneatur, qui fecit litem ſuam, & ſimilia allegat.ff.de iudi.eum, quem temere.§.1.in Auth.de iud.§.ſi.in medio litis.§.1.ibi, ſi vero aliqua dubitatio, cum adiunctione præ.l.nemo, C.de ſen.& inter.& per præd.decr.cum olim.& cum in veteri. Et eſt aduertendum, ꝙ quandoque ſtatuta hoc habēt, quod
9 iudex †teneatur ſequi in pronuntiando conſilium ſapientum, quos aſſumpſit de numero ſuſpecto, & tunc non procederet Nicolai Solutio, ſed locū haberēt argumenta pri
10 mæ partis. Remanet modo vnum †antiquum dubiū, an ſit differentia in hac materia, vel ſimili inter has præpoſitiones cum, & de, ſcilicet, an cum conſilio, vel de conſilio ſint diuerſa in effectu, exēpli gratia, habetur primum.de elec.ne pro defectu. ſm. de hære. vt commiſſis.ver. priuandi. Vinc.dixit in dec.pe. de conſti. & Compo. ibi recitat eius dictum, & Arch.ſ.eo.li.ne ſe.vac.c.vno.quod eſt differentia, quia primo caſu ſufficit requirere, nec eſt neceſſe ſequi, ſuper quo ēt vide qđ no.de elec.ne pro defectu, in gl. pen.ſecundo vero caſu neceſſe ſit ſequi.ad primum de arbi.cum olim.ſup.de re.licet.ff.man.idemque.§.ſi quis ea, vbi ſi mandaui geri negotia mea per procu. conſilio Sempronij, & ſunt male geſta, ipſi tenentur, & non Sēpronius, qui non fuit adhibitus, niſi vt conſulat & admoneat.vi.
11 de quod de hac l.ſtatim ſubda m.ſic & †iudex aſſeſſoris, & peritorum conſilium requirit, quandoque tū ſequi nō tenetur, quia ſuo non aſſeſſoris periculo iudicat.C.de pœna iudi.qui ma.iud.l.24. ¶ Ad ſecundum inducit, quod plus videtur arctatus mandatarius per præpoſitionem, de, quaſi conſultoris induſtria ſit electa.ſup. de offi.dele. c.vlt.quod de tali virtute pręꝑoſitionis nil probat, dat ſimile.ſicut aliud eſt rem eſſe in bonis, quam eſſe ex bonis, vt inſtit.ui bono.rapto.§.ſane.facit de pœ.diſtin.4.ſi ex bono.ſubdebat ſe putare conſilium ſequendum, cum præponeretur negatiua, puta, hoc non facias ſine conſilio epiſcopi.ſup.de offi.deleg.venerabili.ſicque poſſet intelligi. ff.de ſuſpec.tute.impuberis.in prin. ubi adoleſcenti permittitur durante cura accuſare curatorem, dummodo ex conſilio neceſſariorum id faciat, quaſi non permittatur, niſi illud conſilium accedat, uel illud, ex, idem ſonat, quod de, bene facit de ele. cum in iura. ibi. ex ſe. uel alijs
12 de gremio &c. Nam † ita dicere poterat, de ſe, uel alijs, & ſic etiam faciet pro ſecundo dicto. Vel procedit id ex illa dictione, dummodo, cui concor.ſup. de uſu palij ex tuarum.in ſi.cum concor.quas ibi poſui, ut prædixi, allegatą non probant, quod dr̄ de præpoſitione, de, ur̄ tn̄, id probari, de eta.& quali.ad aures.in fi. vbi conſilium cum præpoſitione, de, arctat.ſed dic, quod abſque illis verbis ille medicus erat arctatus, ita ꝙ illa verba non arctant, ſed arctatum declarant. Eſt ēt ſciendum, ꝙ quidam legiſtæ, ꝙ prædixi de præpoſitione, de, probant per præ.l.idemque. §.ſi quis ea, vbi tamen neutra præpoſitio ponitur, nec etiā ibi ponitur verbum conſilij, ſed dicit textus, ita demū rata haberi mandauit, ſi interuentu Sempronij geſta eſſent. per quod vides ēt cōditionaliter verba fuiſſe prolata. Idē dico de l.1.§.ſi plures.ff.de exercito. quæ non facit, quia nec de præpoſitionibus illis, nec de conſilio ibi ſit mētio, ſed dicit textus, quod qui ſic duos præpoſuit, ne alter ſine altero gereret, qui cum vno contraxit, ſibi imputabit, cui concord.de teſta.c.2.in fin.ſ.eo.lib.fateor, quod.in l.Titium & Meuium.ff.de admi. tu. in prin. ponitur verbū cū conſilio. Item ſine aliqua præpoſitione ponitur.eo.ti.quidam decedens.§.1.ibi, pater tutelam filiorum cōſilio matris igitur gerendam mandauit, non minus officium tutorum integrum erit, dicunt legiſtæ, illud ideo, quia mater iure veteri non erat, nec eſſe poterat particeps tutelaris officij.ff.de teſt.tu.iur.noſtro.¶ Satis videtur mirandum, ꝙ de his præpoſitionibus, qn̄ adijciuntur conſilio, diſputamus, ſed non ſi adijciantur conſenſui, voluntati, authoritati, vel alteri actui. Non curamus.n.an dicatur cum conſenſu, vel de conſenſu.primam habes de offi.cuſto.c.2.de iudi.cauſam.de his, quæ ſi. a præla.cum apoſtolica. & ca.ſeq.de iure patrona.nobis.de ecc.ædi.ad audientiam.1.cū authoritate.habes ſ.eo.lib.de iudic.c.ſi. Secundam. ſ. de conſenſu.de elec.in cauſis.ver.quia vero.& c. per inquiſitionem.& c.ſacroſancta.de offi deleg.ſuper quęſtionum. poſt princi.de iureiurando.ſicut.3.de inſt.cum veniſſent. de his, quæ ſi.a præ.ea noſcitur. alibi dicitur de voluntate, de elect. quod ſicut.in fin.& vide quod ſcripſi de præbē. poſt illorum.ſuper verb.magiſtrum.vide & circa hoc, quod no. in Spe.de arbit.§.fin.verſic.ſed quid ſi dicatur, quod ſcripſi.de offi.deleg.ſi pro debilitate.in gl. putat In-
13 noc.ver.redeundo.Item aduertendum, quod Papa † quãdoque dicit, habita deliberatione cum fratribus.ſ.eo.lib. de immu.ecc.c.1.ſed cum requirit fratrum conſiliū communiter dicit, de fratrum noſtrorum cōſilio. patet de ele. licet.de vitanda.c.dudū.2.& c.in geneſi.de of.leg licet.de dilat.expoſuit.de fide inſtru.cum Ioan.& lib. eod.de elec. fundamenta.§.vt ergo.de regu.non ſolum. de hæretic.ſuper eo, & c.cum ſm.de ſciſma.c.1.ver.valet.& prope ſi.de priuilegi.ne aliqui.& c.vt apoſtolicæ.de pęn.c.vl.in prin. ad idem in cle.de elec.ne Romani. de iureiur.Romani.§. quia igitur. de re iudi. paſtoralis.in fin. de ſepul.dudum. ver.nos autem.de immu.ec.c.1.de ſen.excom.c.1. Cū ergo in dec.1. de renun.li.eo.dicat, de fratrum noſtrorum conſilio, & aſſenſu.& idem in dec.glorioſus.in fin.de reli.
14 & ve. Iam patet, quod dictio, de † conſilio.non denotat conſenſum, vel illud ſuperflue fuiſſet additum, cui bene concor.ſ.eo.li.de pac.c.vlt. & de ele.ægro.c. vno.§.1. de cenſi. Romana.§.quod ſi.eo.li. ad idem præ.dec.vna. ne ſe.va.§.1.vbi dicit conſilio, vel aſſenſu.Item interdum Papa dicit, ſolum de conſenſu.ſ.de conſuetu.cum inter. per ꝙ patet iſta diuerſa.C.de codicil.ſi idem, de decimis. ad audientiam.ad prædicta facit de ſta.mo.capi.2.in fi. coniuncta dec.ſi religioſus.2.rñ.ſ.eo.li.de ele.per quæ patet, ꝙ iſtud de conſilio, poſitum in fin.præ.decr.ſcdæ, non arctabat, niſi ad religionem. Item circa præpoſitionem de, primo ſciendum eſt, ꝙ quandoque auget.ff.depoſi.l.1. in princi.Item interdum ponitur pro a.ff.de furt.ſi is qui.in fin.ibi, ſi ſtipulatus de te.i.a te.& eo.tit.l.fullo.2.ibi, fullo ſi actione locati de domino liberatus eſt.i.a domino. Quãdoque ponitur, de, ideſt, pro in, auth.coll.9. vt nulli iud. §.neceſſarium.ibi, nulla mulier de qualibet re includatur. de.i.pro, dicunt ēt grammatici, quod præpoſitio, de, ſignificat materiam, vt hæc veſtis eſt de lana, linoque contexta.de

Digitized by Google

ſa.de ele.cum cauſam.quandoque originem, vt iſte de iu dæis originem deduxit.de reſcrip.eam te.ad idem de ſpō c.1.quandoque originem promotionis. vnde diaconi de ſe eligunt Arch.23.diſ.legimus. Quandoque locū.ſermo Heliæ ignem de cælo depoſuit. de con.di.2. re vera, circa fi.ad idem per totum ca. De præpoſitione,cum,eſt ſciendum,quod qn̄que ponitur,pro qn̄,quandoque pro quia, vtraq; patet ſ.de commo.c.vno.ad primum.ff.depoſiti.l. Publia.in prin.ibi,cum venero.& C.eo.ſi quis,vbi gl. Ad ſ.n.ff.qui ſatiſd. cog.l.ſi arbitro.in prin.in ius vo.vt eam. l.vlt.Qn̄q; ſonat in pro.ff.de dolo.l.rem quandam.qn̄q; ponitur pro quamuis.C.de epi.& cler.cū clericis. in prin. Quandoque pro.in,ff.de condi.inde.l.indebiti,in fi.ſic poteſt poni,ff.depoſi.l.1.§.quæ depoſitis.ibi,equus,cū capiſtro.& de mor.infe.l.negat. ibi, cū grauida.l.in grauida. Quandoque etiam ponitur pro &, ſatis dixi de cele. miſ. cum Marthæ.ver.alij vero. ibi inuenies dictum Ia. de Ra. qui dixit,quod præpoſitio,cum, ſapit vim copulatiuæ,vt ponatur pro &,& quoties ponitur inter illas res,quarum vna nō ſit acceſſio alterius, vt inſt.de le.§.ſi quis ancillas. alias coniūgit,ſi vna ad alteram accedit,vt ibi,& ff.de pe cul.le.in quatuor primis ll.& poteſt reddi ratio, quia præpoſitio cum,deſignat vnitatem rerum,& coniunctionem perſonarum, ſed copula &,licet copulet, oſtendit tamen diuerſitatem perſonarum.& rerum. & ſingula vt principalia comprehendit.ff.de vſufr.l.ſi Titio,patent exempla, de elec.quia diligentia.& c.cum in cunctis.in prin.& poſt prin. & §.inferiora. & propter talem varietatem habent quandoque vim diſiunctiuæ. de hoc de reſcrip.c.2.

SVMMARIVM.

1 *Defenſionum accumulatione an & quando vti liberum.*
2 *Cauſas plures cumulare an liceat in cauſa appellationis interiectæ a diffinitiua.*
Et quid in cauſa principali.
3 *Exceptionibus pluribus an & quando poſſit quis vti.*
4 *Homicidium qui primo negauit ſe perpetraſſe, & conuictus dicit ſe feciſſe ad ſui defenſionem,an audiatur,& num.6.8.10.11.*
5 *Confeſſionem erroneam an liceat reuocare. Negotio etiam nondum finito. & num.11.*
7 *Contraria alleg ns non auditur. Limita in teſte ſe incontinēti corrigente.num.9.*
13 *Fori declin ndi ratio ſuper homicidio commiſſo.*

REGVLA XX.

Nullus plurib. defenſionib.

Quid de accuſationib. & an plures ciuiliter proponi poſſunt,& tractatum cumulationis,quæ tūc eſt,quando primo iudicio pendente eadem res petitur ex alia cauſa, vel petitur alia res ex eadem cauſa, pleniſſime proſequitur hoc Dyn. ſolas autem regulas aliquantulum declaratas hic deſcribam.& ad alia remittam,vt in prin.huius ti. di xi,ad ſcripta Dyn. decidenda non intendam. Dicit autē, quod regula cumulationis permittendæ ſic tradi debet copulatiue,vbi ſunt actiones non contrariæ, & quæ electione non tolluntur,& in prima,quarum abſolutoria non parit exceptionem rei iudicatæ in ſecunda, ibi admittitur
1 cumulatio.Cum vero tractatur de accumulatione †impedienda,traditur regula diſiunctiua, & hoc modo, vbi plures ſint contrariæ actiones,vel quæ electione tolluntur, vel in quarum prima abſolutoria lata parit exceptionem rei iudicatæ,in ſecunda ibi repellitur cumulatio. declarat primam per illud generale, non debet expectari caſus,cuius nil operatur euentus.ff.de fideiu.l.pe.ad Vel.l.aliquando. ſed certum eſt,quod mutata perſona, vel re,vel cauſa petendi,abſolutio primæ petitionis non parat exceptionem rei iudi.vt no.ſup.de excep.c.pen.vbi vide in fin.pe.gl. ergo impediri non debet ſecunda pendente prima. Secū do ſic,exiſtens in ſpe dubia non debet eſſe melioris conditionis,quam is, qui in ſpe certa,allegat ff. de compen l. ... de acqui.hær.eum,qui duobus.de leg.3.l.1. in prin. ... abſolutus in prima eſt in ſpe certa, non abſolutus eſt in dubia, ſed ſi diceremus contrarium primæ regulæ, quam præmiſit,melioris conditionis eſſet non abſolutus,quam abſolutus,quod eſſe non debet, vt præmiſi,maxime,quia non ſolet actor litem conteſtando ſuam conditionem facere deteriorem.ff.eo.tit. non ſolet. quam vide ſ.ſub hac litera.& ff.de nouat.l.aliam.ergo &c. Item, æquiperando
2 †pendentiam litis principalis, & cauſæ app.facit clemen. de teſti.in teſtibus,cum in cauſa app.interiectæ a diffinitiua liceat plures cauſas oſtēdere, vel cumulare, ex quibus probetur iuſtitia ap.ff.de app.ſcio.& ſatis not.de appella. cum cauſam.in vlt.glo. ſic ergo licebit & in cauſa principali plures cauſas cumulare,ex quibus omnibus vel ipſarum aliqua appareat locum habere condemnationē,hoc tamen intelligas,vt dicitur ſup.eod.lib.de re iud.abbate. Lau.dicit adhuc eandem poſſe probari per §.minus.inſti. de act. textum intelligendo,prout iacet. & de doli excep. apud Celſum.§.item quæritur.Item per l.vlt.C. de appe. & per l.ſi autem. ff. de excep. & per l.1.§. quod autem.ff. quorum leg.¶ Ad ſecundam regulam probandam adducit, certum eſt, quod vbi ſunt actiones contrariæ, poſita vna intelligitur altera remota.C.de fur.l.1.ſi ſeruus exter. l.1.C.de codicil.l.fina.Item ſi electione tolluntur, vna electa tollitur altera.ſup.eod.li.de elect. vt quis duas.vbi de hoc & de poſtul.c.vno. ¶ Tertio conſtat, ꝙ qn̄ ſunt duæ, in quarum prima lata ſententia parit excep.rei iudica. in ſecunda repellitur cumulatio.ff.de excep.l.ſi fund.& l.fundi. Ex quibus patet prædictas duas regulas,quarum altera permittit cumulationem,altera negat, veras eſſe. Demum ſolutis multis contrarijs materiam ſpecialius diſtinguēdo proſequitur,& hoc omitto. ¶ Prima gl.dicit,vn̄ ſupra,& ponit exempla,exponit regulam etiam in exceptionibus contrarijs. 11.caſus excipit,tertio interſerit de electionibus & actionibus, & remittit, quarto obijcit ad id quod dixit de contrarijs, & ponit quatuor ſolutiones, & quamlibet impugnat. demum ſoluit diſtinguendo, ſubdens aliam ſolutionem,quam non approbat.quinto non remittit,& concor.allegat.In 1.gl.ibi[nemo ex his.]ſequitur,qui negat ſe debere, prohibetur alia defenſione vti, niſi lex impediat.quod &c. & ibi [nemo] ſequitur,prohibetur pluribus exceptionibus vti, quamuis diuerſæ ſunt. & ibi [de compenſan.l.vl.] negans debitum per teſtes cōuictus non compenſat.& ibi [§.ſtudium] ponit caſus authen.contra qui propriam.& ibi [illud]negans rem fuiſſe in bonis debitoris, conuictus de mendacio poſſeſſionem perdit.& ibi [cum res] fruſtra donatarius ab hærede donatoris rem emit, cum rei propriæ emptio non conſiſtat. & ibi.l.1.vide in præd.cap.ſi quis duas.in vltim.glo.& ibi [ſed nec impubes.] ſubſtitutus directe filio impuberi. eo mortuo contra matrem impuberis agentem de inofficioſo dicit teſtamentum illud fuiſſe patris,frater teſtatoris dicit illud fuiſſe filij.¶ In 1.glo.ibi [ſe ſoluiſſe] de hoc vide
3 in †Spec.de excep.§.viſo.verſi.ſed quid ſi debitor.& ibi, in verſi.ſe tractant de creditore qui negat ſe numeraſſe, & pignus recepiſſe cum ab eo pignus reperitur. & ibi. [§. illud]dicunt communiter doctores, quod in his omnib. ratio eſt ſpecialitatis, vt puniatur mendacium. Sed ſecundum id in omnibus exceptionibus contrarijs erit reperiri mendacium. Quare diſtinguit Dy.aut exceptiones,quæ videntur contrariæ,proponuntur conditionaliter, quod licet.vt ſ. in glo. aut ſimpliciter, & tunc, aut eſt poſſibile primam aſſertionem rei concurrere cum ſecūda, id eſt, quod in vtraque continetur, ſimul poteſt verum eſſe, & tūc ſimul & diuerſis temporibus proponi poſſunt,vt hic. & in concordan.aut non eſt poſſibile primam concurrere cum ſecunda, id eſt, vtranque veram eſſe ſimul, tunc nō audietur,vt in contrarijs. & ibi [§.eligere] nec valet, ſi

dicas,

dicas, idem debere dici in exceptionibus, in quibus reus eſt actor. ff. de exceptio. l. 1. §. quod in actionibus. & eſt ratio, quia rei fauorabiliores ſunt, quam actores, quia in poteſtate actoris eſt agere, ſed conuenire non eſt in poteſtate reorum. ff. de dona. l. pure. §. fina. Dy. & ibi ſic intelligitur decr. vide quod ibi dixi ſuper ſi. antepenul. glo.

QVAESTIO.

4 Quæſtio breuis hic formatur, quam † olim diſputaui de accuſato, vel inquiſito de homicidio, qui negauit ſe homicidium commiſiſſe, quo contra eum probato, dicit ſe id feciſſe ad ſuam defenſionem, quærebatur, an debeat audiri? Ad affirmatiuam allegantur 6. & dicitur eſſe caſus, Secundo in contrarium alia 6. Tertio datur ſolutio diſtinguens. Quod audiri debeat, videtur ex eo, quod rei fauorabiliores ſunt, quam actores, & promptiores eſſe debemus in abſoluendo, quam in condemnando. ſ. de probatio. ex literis. ff. de actio. & obli. l. Arianus. hoc eo. ti. cum ſunt partium. Item pœnæ ſunt molliendæ potius, quam exacerbandæ. eo. tit. in pęnis. & ibi concor. Secundo, quia probationum facultas non eſt anguſtanda. de teſti. co. c. fin. ſu. eo. lib. de hæreti. in fidei. & C. de hæreti. l. q̃m. & hoc fieret, ſi innocentia probari non poſſet. contra illud de ſimo. licet. & c. per tuas. Tertio, videtur eſſe caſus, ff. de noxa. electio. §. neque hæredi. nec in hæredem danda eſt actio in eo, qđ defunctus mētitus eſt, vbi etiam dr̃, quod qui negauit ſeruum in ſua poteſtate eſſe, poterit poſtea id fateri, ſi lis conteſt. non eſt. & et poſt litem conte. ſi minor eſſet. Quarto
5 conſtat, quod reo † ſingulariter licet vti contrarijs, vt hic in gl. Item regulariter erroneam confeſſionem reuocare licet negotio nondum finito, ſupra de cōfeſ. c. 3. C. de iur. & fac. ign. l. error. ſup. eo. li. de reſti. in inte. c. 2. hic aūt nō eſt finitum negotium. ergo reuocare, vel contrariū dicere licet. Quinto, qui negauit de ſe vel alijs veritatem coram inquiſitoribus hæreſis, negationem illam reuocare pōt, ſ. eo. li. de hęre. accuſatus. §. licet. Item accuſatus, qui negat, poſtea auditur confitendo. de eo, qui cogn. cōſan. vxo. ſuæ
6 veniens. 2. ergo &c. Sexto, cum talis † propoſitio expreſſe ſit iur. non prohibita. ergo intelligitur permiſſa. 28. q. 1. iam nunc. poſt prin. 30. q. 3. c. ſi. & q. 4. c. vl. C. de collatio. & dato quod iſte eſſet periurus, in illo tñ iure non prohibetur ſe defendere, imo defendet & eccleſiam ſuam. de excep. dilecti. Præeligenda eſt etiam hæc pars, quia humanior ſaltem, vbi non eſt ius expreſſum. de tranſact. c. fi. facit C. qui bon. ced. poſ. l. fin. Vltimo pro hac parte videtur caſus, ſu. de ſolut. c. vl. ff. de probatio. cum de indebito. in prin. ¶ In contrarium inducebantur tunc decē argumenta de decem caſibus, quibus etiam reus non auditur allegans contraria, quos proſequor, qui notati ſunt hic poſt
7 prin. gl. & ff. e. nemo ex his. Secundo ad hanc † partē faciunt omnia, quę prohibent audiri allegantem contraria, de app. ſolicitudinem. in fi. vbi videas in vlt. gl. C. de fur. l. 1. ff. q̃ń app. ſit. l. 2. cum ſequēti. & quod ſua quiſque voce & c. ſup. de probatio. per tuas. C. de non nume. pecu. gene
8 raliter. Tertio publica † vtilitas ſuadet puniri maleficia. ſ. de ſen. excom. vt famæ. cum concordan. 1. 3. 4. gl. & ſtatim punienda ſunt, cum reis negantibus claruerint. 24. q. 3. ecce. de pœ. diſtin. 1. Adam ergo &c. Quarto multum facit ad hanc partem. de accu. cum dilecti. vbi patet, quēadmodum excuſationes inquiſiti, quæ perimant confeſſionem eius admitti non debent, eadem ratione non admittentur excuſationes, quæ perimant negationem, qualis eſt iſta de qua quæritur, licet autem arguere de confeſſione ad negationem, cum, quo ad conteſtationem litis, & ſniam validādam, harum ſit idem effectus. de hoc de electio. dudum. ver. licet, de litis conte. c. vno. Quinto, rõnes iſtæ quæ in delictis excuſandis contrarietatem inferunt, nō ſolum non recipiuntur, ſed etiam illas facientes puniuntur. de tempor. ordi. dilectus. facit vt ec. bene. c. vno. de pęnis.
9 ſuper his. Sexto contrarietas † non recipitur in teſte, niſi qđ dixit per errorem, incontinenti correxit. de teſti. co. præterea, Sed iſte non incontinenti correxit, ſed probationem criminis expectauit, vt ponit thema. in quo non modicum intereſt aduerſarij, vel iudicis inquirētis. ſu. de do
10 lo, ſententia. de procura. auditis. ¶ Solutio, vt tunc † dixi, inueni doctores varios pro & contra tenentes. & pro vtriſque facit æquitas, mihi videtur, quod ſi accuſatio vel inquiſitio fuit formata de illo, qui aggreſſus fuit Titium, & occidit, & ipſe negauit, quod potuit. 9 diſt. ſi ad ſacras. ff. de re. dub. ſi is, qui ducenta. §. virum. & no. ſup. eo. li. de confeſ. c. 1, in glo. parua, licite poſtea dicere poterit ſe ad ſui defenſionem occidiſſe, cum ceſſet contrarietas, ſed ſibi caueat, quando ante publicationem teſtium hoc probet, ſi intendit id probare per teſtes. & hoc dico, ſi articuli ſibi traditi, vel publicati fuerant de homicidio facto per inſultum, vel aggreſſuram, nam poſt publicationem ſuper directe cōtrario, quale eſt iſtud, non audiretur, quicquid tunc allegarent. Patet hodie in clemē. de teſt. c. teſtib. ſed ſi capitula ignoraſſet ſine ſua culpa, tunc ſecus. vt ſcripſi poſt Inno. de teſt. ex tenore. vbi vero ſimpliciter negauit homicidium, aut fecit hoc litem conteſtando, vel reſpondendo accuſationi, vel inquiſitioni, aut id dixit excipiendo. In primo caſu non videtur audiēdus poſtea, quod ad ſui defenſionem occiderit, per iura ſecundo allegata, & per decr. vlt. ſup. e. li. de iureiur. non ob. §. neque hæredi. ſed facit pro, quia loquitur de negante ante lit. conte. qui euadit pęnam confitendo, qua alias teneretur in ſolidum, vt eo. tit. l. quoties. §. prætor. quam allegat gl. & l. ſi ſeruus depoſitus. in fin. in hoc ergo, quod poſt lit. conteſtatam non euadit, facit pro. In decr. is, qui. & in l. cum de indebito, punitur negans, & prouidetur actori ex falſa negatione grauato. ſed in iſto caſu ſi admittitur, qui negauit, nulla ipſius rei punitio & nulla actoris prouiſio. Item ibi, ſi negans ſolutionem ſibi factam, ſtatim illa probata cogeretur reddere, certū eſt, quod poſtea debitum petere poſſet. Expedientius ergo eſt negotium tali compendio expe
11 diri. ſup. eo. li. de re iudi. abbat. ad fin. In decr. † vlt. de confeſ. tractatur de reuocāda negatione. in qua non cadit error probabilis. de reſcriptis, ab excommunicato. Qđ dici
12 tur quinto, negantem confiteri † poſſe, fateor, quia illud eſt contra ſe, & pro aduerſario vel iudice. facit de electio. dudum. 1. ad fin. Quod dicitur ſexto, periurum defendere ſe poſſe, fateor, ſed non repellitur ex eo capite, vel ex crimine, ſed propter contrarietatem, vt dixi aliorum contrariorum, ſolutio patet per allegata. Secundo vero caſu,
13 ſcilicet cum id negauit † excipiendo, puta, quia forum declinando, negabat ſe in iudicis territorio occidiſſe, quod fieri poteſt. ſuper quo vide, quod ſcripſi poſt Inno. de reſcrip. ſuper literis. in ul. gl. uer. quærit Inn. & ſup. eod. li. de fo. compe. Romana, §. cōtrahentes. in gl. ſi ergo, & hoc in Spe. de compe. iudi. adi. §. 1. uer. ſed pone aliquis, tunc dico quod licet ad fundandam iuriſdictionem ſit probatum eum ibi occidiſſe, audietur in principali excipiens, quod ad ſui defenſionem id fecit, per hanc regulam exceptionem, eodem tit. & per utrobique notata, & ſic concordat, quod dicebatur quarto, & ſuſtinemus hanc humaniorem uiam, ut dicebatur 6. ſuffragante iure, quod permittit excipientem uti contrarijs.

REGVLAE DIGESTORVM
huius literæ N. ſunt hæ.

Vlpianus. *Lex* VI.

Non vult hæres eſſe, qui ad alium transferre uoluit hæreditatem.

Idem. *Lex* XIII.

Nō uidetur cepiſſe, qui per exceptionē remouetur a petitione.

Idem. *Lex* XXII.

Non dēt cui, quod plus eſt, licet, qđ minus eſt, nō licere.

Non

Digitized by Google

Paulus. Lex XXVIII.
Nec ex prætorio, nec ex ſolenni iure priuatorum conuentione quicquam immutandum eſt, quamuis obligationum cauſæ pactione poſſint immutari, & ipſo iure & per pacti conuenti exceptionem, quia actionum modus, vel a l. vel a prætore introductus priuatorum pactionibus non infirmatur, niſi tunc cum inchoaretur pactio, inter eos conuenit.
Idem. Lex XXXI.
Nuptias non concubitus, ſed conſenſus facit.
Idem Lex XXXVI.
Nihil tam naturale, quam eodem genere quodque diſſoluere, quo colligatum eſt, ideo verb. obl. verbis tollitur. nudi conſenſus obligatio contrario ſenſu diſſoluitur.
Idem. Lex XXXVIII.
Nemo qui condemnare non poteſt, abſoluere poteſt.
Idem. Lex XLII.
Non debet actori licere, qđ reo nõ permittitur. In obſcura re melius eſt fauere repetitioni, q̃ aduentitio lucro.
Idem. Lex XLIV.
Nemo ex his, qui negant ſe debere, prohibetur ẽt alia defenſione vti, niſi lex ĩpediat. Quoties cõcurrunt plures actiones eiuſdẽ rei nomine, vna tm̃ quis experiri debet.
Idem. Lex XLVI.
Neque pignus, neque depoſitum, neque precarium, neq; emptio, neque locatio rei ſuæ conſiſtere poteſt.
Priuatorum conuentio iuri publico non derogat.
Caius. Lex LII.
Non videtur quiſquam idem capere, quod ei neceſſe eſt alteri reſtituere.
Vlpianus. Lex LIII.
Non vr̃ defendere non tm̃ qui latitat, ſed ẽt is, qui negat præſens ſe defendere. aut non vult ſuſcipere actiones.
Idem. Lex LV
Nemo plus iuris ad alium transferre põt, q̃ ipſe habeat.
Idem. Lex CX.
Nullus videtur dolo facere, qui ſuo iure vtitur.
Idem. Lex LXXI.
Nemo poteſt gladij poteſtatem ſibi datam, vel cuiuſcunque alterius coercitionis ad alium transferre.
Papinianus. Lex LXXV.
Non debet alteri per alterum iniqua conditio inferri.
Idem. Lex LXXVI.
Nemo poteſt mutare conſilium ſuũ in alterius iniuriam.
Idem. Lex LXXVIII.
Non videtur rem amittere, cuius propria non fuit.
Paulus. Lex LXXXVII.
Non ſolet deterior fieri conditio eorum, qui litem conteſtati ſunt, quam ſi non eſſent, ſed plerunque melior.
Idem. Lex LXXXVIII.
Nemo. n. in proſequendo deteriorem cauſam, ſed meliorem facit. Denique poſt litem conteſtatam hæredi quoque proſpicitur, & hæres tenetur ex omnibus cauſis.
Scæuola. Lex XCIX.
Nulla intelligitur mora fieri, vbi nulla petitio eſt.
Vlpianus. Lex XV.
Non ſolent, quæ ſuperabundant, vitiare ſcripturas.
Idem. Lex XVI.
Nemo dubitat ſoluendo videri eum, qui defenditur.
Venuleius. Lex C.
Nõ põt videri ĩprobus, q ignorat, quantũ ſoluere debeat.
Paulus. Lex CIII.
Nemo de domo ſua inuitus extrahi debet.
Paulus. Lex CX.
Nullũ crimẽ patit̃ is, q nõ prohibet, cũ prohibere nõ põt.
Idem. Lex CXVIII.
Nihil intereſt ipſo iure, quis actionem non habeat, an per exceptionem infirmetur.
Vlpianus. Lex CXVIII.
Nihil conſenſui tam contrarium eſt, qui bonæ fidei iudicia ſuſtinet, quamuis atque metus, quem comprobare contra bonos mores eſt. Nõ capitur, qui ius publicum ſequitur.
Non videntur conſentire, qui errant.
Idem. Lex CXX.
Non vt ex pluribus cauſis deberi nobis idem poteſt, ita ex pluribus cauſis idem poteſt & noſtrum eſſe.
Idem. Lex CXXVIII.
Non videntur data, quæ eo tempore, quo datur, accipientis non fiunt. Qui iuſſu iudicis aliquid facit, non uidetur dolo malo facere, quia parere neceſſe habet.
Vlpianus. Lex CXXXI.
Nemo iõ obligat̃, q̃a recepturus eſt ab alio, qđ prẽſtiterit.
Idem. Lex CXXXVII.
Non eſt ſingulis concedendum, quod per magiſtratum publice fieri poſſit, ne occaſio ſit maioris tumultus faciendi. Infinita æſtimatio libertatis & neceſſitudinis.
Celſus. Lex CXLVII.
Nihil peti poteſt ante id tempus, quo per rerum naturam perſolui poſſit, Et cum ſoluendi tempus obligationi additur niſi eo præterito, peti non poteſt.
Idem. Lex CLII.
Neratius conſultus, an quod beneficium dare ſe quaſi uiuenti Cæſar reſcripſerat, iam defuncto dediſſe exiſtimaretur, reſpondit non uideri ſibi principem, qđ ei quem uiuere exiſtimabat, cõceſſiſſet, defuncto contra ceſſiſſe, quem tamen modum eſſe beneficij ſui uellet, ipſius æſtimationem eſſe.
Iabolenus. Lex CLIX.
Neque in interdicto, neque in certis, cauſis pupillo nocere oportet dolum tutoris, ſiue ſoluendo eſt, ſiue nõ eſt.
Idem. Lex CCLX.
Nõ põt dolo carere, q̃ ĩperio magiſtratus nõ obtẽperat.
Vlpianus. Lex CLXXII.
Non alienat, qui duntaxat omittit poſſeſſionem.
Paulus. Lex CLXIII.
Nemo plus cõmodi hr̃di ſuo relinquit quam ipſe habuit.
Vlpianus. Lex CLXVI.
Nemo alieno nomine agere poteſt. Temporalis permutatio ius prouinciæ non innouat.
Idem. Lex CLXIX.
Nemo prædo eſt, qui preciũ numerauit. Locupletior non eſt factus, qui libertum acquiſierit.
Cũ de lucro duorum quæritur, melior eſt cã poſſidentis.
Paulus. Lex CLXII.
Nihil dolo creditor facit, qui ſuum recipit. Cum principalis cauſa non conſiſtit, nec ea quidem, quæ ſequuntur, locum habent.
Vlpianus. Lex CLXXXIII.
Nunquam actiones, præſertim pœnales de eadem re concurrentes, alia aliam conſumit.
Idem. Lex CLXXVII.
Non fraudantur creditores, cum quid non acquiritur a debitore, ſed cum quid de bonis diminuitur. Nemo ex ſuo delicto meliorem ſuam cõditionem facere poteſt.
Paulus. Lex CVIII.
Non omne quod licet, honeſtum eſt. In ſtipulationibus id tempus ſpectatur, quo contrahimus.
Vlpianus. Lex CLXXXVIII.
Nemo videtur fraudare eos, qui ſciunt, & conſentiunt.
Paulus. Lex CXIV.
Nemo damnum facit, niſi qui id facit, quod facere ius nõ habet.
Idem. Lex CCVIII.
Non poteſt uideri deſijſſe habere, qui nunquam habuit.

SVMMARIVM.

1 *Odia quando reſtringenda, item, quando amplianda.*
2 *Epiſcopum ſcienter eligens mutilatum, bigamum, vel excommunicatum; num canonicus incurrat pœnas priuationis & ſuſpenſionis. & num. 6. 7. 10. 12. & 14.*

5 Epiſcopatus

3 *Epiſcopatus dignitate qui excludantur iure.*
5 *Scientia & perſonæ defectus, eodem ne iure cenſeatur in dignitate epiſcopali. & nu. 13.*
8 *Bigamũ ſcienter eligens, nũ incurrat pęnã, & priuetur electione.*
9 *Eligens ſuſpenſum poteſt iterum eligere.*
11 *Concilij Lateranenſ. ſumma & mens ſuper eligentibus inhabiles perſonas ad eccleſiaſtica beneficia.*
15 *Decretal. poſtquam. intellectus.*

REGVLA XV.

Odia reſtringi. Io. mo. ponit exẽplum per id, quod poſt eũ de dictione, beneficiũ, dixi ſ. eo. lib.
de ſen. ex. ſi ciuitas. in fin. primi rñ. Itẽ p l. ff. de le. 1. qui filiabus. §. 1. Dy. ponit p decr. ſtatutũ. ſ. eo. li. de electionib.
Itẽ pactũ liberatoriũ de nõ petẽdo ipſo iure tollit naturalẽ. ff. de ſol. Stic. §. naturalis. Sed pactũ de petendo, qđ eſt
obligatoriũ, nõ tollit illã ipſo iure. ff. de pac. ſi vnus. §. pactus ne peteret, & hoc inducit Io. huius regulæ. ¶ Prima
gl. ponit exẽpla, & proſequit illa. ſcđo adducit regulã ad ſolutionem vnius contrarij. 3. ad qõnẽ. ¶ In 1. gl. [cum quãdã] illa forma recipitur in inſtituendo, q̃ non recipit in
exhæredãdo. vt in fundo hæres eſto, in fundo exhæres eſto, ibi [ſed ſi ẽt] patet Macedonianũ ſtatutũ ĩ pęnã credi-
1 torũ. ¶ In 1. gl. † ibi [cũ qdã] cõtra. ff. de his, q no. infa. l. 2.
§. exercitũ. vbi odiũ ampliat. Sol. aut ex vtraq; parte fauoris & odij verſat ius publicũ, aut ex vtraq; parte priuatũ,
aut ex altera publicũ, priuatũ aũt ex altera. primo & ſcđo caſu locũ hẽt rla. In tertio pfert ius publicũ, ſiue verſet ex
parte odij, ſiue ex parte fauoris, vt in cõtrario, ſed Dy. ſolebat dicere, illud ſpãle fauore rẽipublicę, & ne milites militiã deſerãt. ¶ Rõ eſt Dy. qa fauor publicus pfert vtilitatibus ſingulorũ. C. de priui. l. vtilitas publica. & Auth. de
re. & ea, q pa. §. q̃obrẽ. coll. 3. Sed ad ſolutionẽ opponit, in maleficijs puniẽdis verſatur fauor publicus. de ſen. exc. vt
famæ. & tñ delictorũ pęnas benigna interpretatione mollimur vt ĩ regula. in pęnis. cũ ſuis conc. Rñdet Dy. q fauor
publicus vult puniri maleficiũ, qđ cõſtat eſſe commiſſũ, ſed in dubio vel cum incerta eſt crĩs qualitas, locus eſt regulæ contrariæ, vt ibi dixi. potius. n. clementiæ, q̃ ſeueritati iudicantes paratos eſſe oportet. ff. de pœ. reſpiciendũ.
circa prin. Ad idem. 27. q. 7. allegant. & p eundem modũ ſoluit lex. 2. § 1. ff. de ſuſpe. tut. Nam licet fauor publicus
ſuadeat remoueri tutores, qui ſuſpecti ſunt, e. ti. l. 1. §. conſequens. vbi tñ de remotionis iã factæ cauſa dubitamus.
recipimus minorem, & hoc non lædit ius publicum.

QVAESTIO.

Hęc rla facit ad qõnẽ, q̃ diſputaui ſic propoſitã. Mutin.
2 † canonicus ſcienter elegit in ſuũ epm q̃ndã mutilatũ, vel
bigamũ, excõicatũ. q̃rit, an ex eo pęnas concilij Late. priuationis, ſ. & ſuſpẽſionis incurrat? Ad affirmatiuã inducã 7. rõnes, & duas gl. Scđo, in cõtrariũ alias 5. Tertio duo
prima mẽbra ſoluã, dicẽs q cõcordãt. in quarto diſtinguã, & cõtrarijs rñdebo. Primo igit aſſumã affirmatiuã, cuius
fauorabilior eſt probatio. de probationi. ad noſtram. & q pęnas incurrat, ſic probo. Bygamus prohibetur ab Apo-
3 ſtolo. 1. ad Timo. 3. & ad Titũ. 1. prohibetur † a canone. 26.
di. per totũ. & a lege. In Aut. de ſanctis. epiſc. in prin. coll. 9. mutilatus & corpore vitiatus prohibetur l. veteris teſtamenti. Leuit. 21. & can. 55. di. per totũ. de cor. vici. per totũ. & p. l. per approbationẽ. ſed illegitimus & minor 30.
prohibetur lege poſitiua tm̃. ſi ergo infringẽs legẽ poſitiuã incurrit illas pęnas, fortius incurrere dẽt veniens cõtra
legẽ diuinã, & poſitiuã. facit, quod notaui poſt Ho. de conſang. & affi. q ſu p his. durũ. n. eſt, oẽm legem infringere.
4 q ſi. fine le. p venerabilẽ. in fi. Scđo, pęna † priuationis debetur ẽt ex minori delicto, vt patet ſ. e. li. de ele. c. 2. eo. tit.
qſquis ex negligentia. e. ti. ne p defectu. ſed in maioribus delictis maiores pęnæ debentur. 24. q. 1. nõ afferamus. de
ſta. re. ea, q̃. cũ ſuis concor. item fortius puniri dẽt dolus, q̃ negligẽtia. de ele. nihil. de reſcr. ſuper literis. de cri. fal. ad
falſariorũ. in Kar. aũt a minori in delictis, q̃ ad euellẽ ſinẽ tendũt, vr̃ probabilẽ & neceſſariũ, vt in l. ſi q̃s nõ dicã. 24.
nõ. de pę. di. prima, & ſi fateri nolles, q in caſibus q̃ſtionis eſſet maius delictum, ſaltem fatearis, q eſt æquale, ex identitate igitur rõnis eiuſdẽ, q̃ ſubeſt in caſibus queſtionis, ſicut in caſibus in concilio expſſis. dicẽs in his idẽ iuris, qđ
in illis, maxime cũ ſimul & ab eodẽ manauerint prohibitio bigami, criminoſi, & illegitimi, quod ergo de vno dictũ
& c. de conſti. tranſlato. ad hoc de tranſla. inter. de confir. vti. vel inuti. cum dilecta. ff. ad l. Aquil. illud. cũ concor. Tertio pbatur ẽt ſic, certũ eſt, q interpretatio principis neceſſaria eſt. Interpretatio vero *magiſtrorũ* pbabilis. de hoc
ſatis 11. q. 1. §. ex his, de poſtul. c. 1. C. de le. l. 1. ſed licet concilium cum in cunctis. certas dignitates exprimat, iura poſtea
gñaliter de oĩ dignitate loquuntur, q patet. de ele. ſcriptũ.
ad ſi e. ti. perpetuo. & c. q̃q̃. & c. ſi cõpromiſſarius. li. e. magiſtratus vero interpretatio patet maxime ex gl. vl. dec. cum
mana. de ele. ex no. per Inn. & Ho. de poſtul. gratũ. vbi dãt rlam, quoties electio eſt nulla ex vitio perſonæ ſciẽter electæ priuati ſunt eligentes. Quarto nõ vr̃ q̃ſtio dubia, cum
ẽt patronus ad regimẽ capellæ phibitum per ſacras rlas eligens ſit priuatus, fortius ergo canonicus iſte cõtra ſacras regulas eligens epm. primũ probatur in Auth. de ſanctis. eps. §. ſi q̃s oratoriũ. de hoc no. de of. or. cũ nos. Quin-
to, ſi pęnæ † debentur eligenti ſcienter indignũ. ſ. patientẽ 5
defectũ ſcientiæ, ergo & patientẽ defectum perſonæ, cum hæc duo ęquiparentur, de ele. ſi forte. & c. ab eo. eo. lib. de
verb. ſig. cõſtitutionẽ. facit ad hoc 55. di. priſcis. Nam concilium punit † eligentem, q nõ eſt vitæ cõmendabilis, vt dr̃. 6
bigamus & mutilatus, quod probat ille canon. ergo locus eſt canoni pœnę. Sexto facit pro hac parte dec. bonæ. 1. ibi
.n. extra caſus dec. cũ in cunctis. vr̃ q̃s ex delicto priuatus poteſtate eligendi. Multũ facit dec. dudũ. j. eo. ti. nã certũ
eſt, q de defectu ordinũ nõ facit cõcilium mentionẽ, attamen talem eligens priuatus eſt poteſtate eligendi, & tranſit ad pauciores, vt ibi probat. Idẽ ergo in alijs defectibus
nõ expreſſis, maxime, cũ illud ſit minus, & facilius poſſit tolli, de inſt. c. 2. de præb. ſi pro pauperibus. li. eo. Septimo
multũ ẽt facit dec. ſi poſtq̃ de ele. §. ſi. li. e. vbi p modũ declarationis dr̃ cõſtitutionẽ pęnalẽ. ſ. e. ti. cupientes. locum
hr̃e in caſibus in cõſtitutione nõ expſſis, vbi ſubeſt eadem rõ. facit ẽt, quod no. de cle. exc. ſi celebrat. de eo, qui ſcienter eligit excõicatũ minori, & qđ notat Vi. de eo, q elegit
furioſum. de ſpon. dilectus. vt ibi ſcripſi poſt prin. Ex quibus cõcludit, hũc canonicũ pęnas cõcilij incurriſſe. ¶ In
contrariũ inducit, q † cũ certi caſus & certæ perſonæ in 7
concilio exprimantur, quatuor. ſ. pp quas ſcienter electas locus eſt pęnis illis. In alijs caſibus nõ expreſſis ceſſabũt
pęnæ, cũ nõ excedãt caſus expreſſos, nec in illis, q̃ ipſo iure infliguntur, ſit arguẽdũ ad ſimilia. de pœ. di. 1. §. pœnæ.
ff. de pœ. l. pę. de ele. ſtatutũ. & de ſen. exc. is, qui in eccleſia. li. e. ſunt de hoc regulæ vtroq; iure traditæ. e. ti. in pœnis. ff. e. ti. factũ cuique. §. ſi. hoc dictũ multũ corroborauit
dec. ſi cõpromiſſarius. de ele. e. li. §. reſtringitur. per quod patet, q non ſolũ in pęnalibus ſit ſtricta interpretatio, vt.
ſ. pœnæ locũ non habeant in caſibus nõ expreſſis, ſed ẽt ne tã late ſumantur, ſicut hr̃e poſſet ſignificatio verborũ.
Cum. n. conciliũ dicat, delinquentẽ ſuſpenſum a bñficijs ſimpliciter. §. ille determinat illud intelligendũ de benefi-
cijs ipſius eccleſiæ. Secundo pro hac parte † ſatisfaciunt 8
decr. ſuper eo. de biga. vbi ordinãs bigã. priuatur p ſniam decr. tam literis. de teſti. vbi, qui elegerant bigamum poſt
caſſationẽ electionis iterũ eligunt. decr. poſtulaſtis de cleri. ex. vbi conferens bñficiũ excõicato p ſniam, vr̃ priuãdus poteſtate conferendi. Tertio multũ faciunt iura vetera poſt conciliũ edita, q̃ tractant de hac pœna, quę iura loquũtur ſolũ in caſibus in concilio expreſſis. Nam capitulũ, cum Vinton. & c. innotuit, de illegitimo loquitur, capitulum congregato. de illiterato. capitulũ, per inquiſitionẽ de criminoſo. quos caſus omnes exprimit concilium.

Quar-

9 Quarto, iſtud idem † ſatis probant quo ad p̄latos inferiores.de elect.cum inter R.ad fi.& qđ ibi no.de cōſue. cum dilectus,per quæ patet, ꝙ eligens ſuſpenſum, non eſt priuatus poteſtate eligendi, ſed iterum eligit. Ad hoc idem de poſtu.c.1.in fi.vbi ſi tollatur gl. & non inferatur vis literæ patet eligentes vel poſtulantes illos priuatos per ſen
10 tentiam p̄tāte eligendi. Quinto bene † facit ad idem de elec.cum inter canonicos.vbi eligentes epilenticū, videtur quòd ſcienter non ſunt his pœnis puniti,nec parti minori adiudicata fuit p̄tās eligendi ea vice. Sexto,fas eſt dicere,quòd iſto modo poſſet intelligi decr. cum terra.de elec.licet alios intellectus ibi ponat glo. vt dicamus.ſi in perſona fuit,vel electionis modo peccatum,vt ſ.loquatur,cū fuit peccatum in perſona electa indigna dignitate in concilio non expreſſa,ac ſi dicam,quòd ſi eligitur indignus, tunc ſint priuati eligentes,ſi indignitas eſt de expreſſis in concilio. Si non eſt de expreſſis,tunc per ſententiam priuabuntur, & eligent, niſi primo priuentur. facit ad idem decre.vlt.de poſtu.prout patet ex antiqua.vbi illi, qui poſtulandum elegerunt, iidem eligunt,ex quo caſus nō erat de expreſſis in concilio.facit ad idem quod no.Inno. de conceſ.præb.cum noſtris.in prin.& decr.venerabilem.de elec.vbi ſi eligatur indignus imperator,non tamen deuoluitur ad Papam electio, licet illum Papa non confirmet. Septimo fortiter facit pro hac parte de regulari. conſtitutionem.vbi patet,quòd conſtitutio de prædicatoribus, & minoribus loquens, locum non habebat in alijs mendicantibus,licet ſubeſſet eadem ratio,prorogata tamen eſt ad alios propter identitatem rationis, ſic & hic licet in alijs indignitatibus ſubſit eadem ratio,non tamen in illis locum habet conſtitutio, niſi ad illas prorogetur, per quæ concluditur, hunc canonicum non incurriſſe pęnas.

¶ Solutio,per hæc vltimo allegata,& ea,quę in principio huius ſecundæ partis allegantur,ſunt vera, ſaluo quòd infra dicam de excōmunicato electo, quòd canonicus iſte non incurrit ipſo iure pœnas ipſas concilij Latera. Et puto,quòd Papa de iur.conſultus ſic declarando reſponderet. Aequum tamen eſſet,quòd illas pęnas prorogaret ad alias indignitates, etiam ibi non expreſſas propter rationis identitatem.& ſic ſoluuntur multa contraria. Hanc partem tenet Dama. in quæſtionibus ſuis de elec. in 3.q. hoc idem tenet Vincen.in dec.bonæ.1.de ele. reddens ibi rationem,quòd quia plus homines in caſibus ibi expreſſis delinquere conſueuerant, ideo in illis caſibus ſtatutæ ſunt pœnæ,& eius glo. ibi videre poteris.ſuper ver. indignos.in nouella.In antiqua vero ipſius de.bonæ,erat talis litera.ibi, poſt literam reddiderūt ſe indignos. vnde cum
11 in Lateran. † concilio de his,qui quaſdam perſonas inhibitas eligunt,ſit ſtatutum, vt eligendi tunc poteſtate priuatos, & ab eccleſiaſticis beneficijs triennio nouerint ſe ſuſpenſos,illis pro longe maiori delicto ab electionis p̄tāte cadentibus &c. dicebat Vin. reſpondendo,quòd erat partis allegatio. Dicere potes,quòd facit pro, inquātum dicit, per quaſdam perſonas &c. & hanc materiam per ipſos.& Io. & Phi. tactam gloſſator & Moderniores omit
12 tere non debuiſſent. Prædicta vero ſint † vera in electione mutilati vel bigami.In electione vero excommunicati ſecus, ſi eſt excōmunicatus à iur.vel iuſte ab homine, quia tunc includitur in prohibitione concilij ſub verbis,ita & moribus & c. vbi vero excommunicatus eſſet ab homine iniuſte forte ne eligeret,vt iam factum vidi ex iuribus illius excommunicationis,non erat locus reg.in pœnis, & ſic poſſunt intelligi decreta.cum dilectus.& cum inter R. Ad allegata in contrarium reſpondetur. Ad primo dicta reſpondeo,quod licet ſit eadem ratio non ſequitur,quod eadem pœna, niſi de pęna ipſo iur. inflicta tractetur, in qua nō arguimus ad ſimilia.& facit,quod dixi in hoc tit. in regula in pęnis.Item ad allegata ſecundo dico, quòd generalia verba nouorum iurium vel doctorum reſtringēda ſunt ad caſus concilij. Ad id,quod dicitur de patrono laico,dico, quod §.allegatus non probat id, ad quod inducitur, vt dixi ſuper decret. cum vos. ibi all.ſuper glo.
13 2. Ad id, quod dicitur † æquiparari defectum ſcientiæ, & perſonæ,reſpondetur id verum in caſu expreſſo. Ad c. priſcis.dico,quod ibi non eſt locus pœnæ virtute concilij Lateran. Ad decre.dudum. facilis eſt reſponſio ſequenti opinionem Inno.Hoſt. & Compo.no.eo.tit.congregato,
14 ſcilicet quod firmetur electio minoris partis † facta de digno, vbi maior pars eo contextu eligit indignū,licet ignorante, ſed tenenti contrarium, vt ibi dicere ſoleo,& in decre.quia propter. videtur inſolubile.niſi dicas, ibi quo ad ordines ſumi diſiunctiuam pro coniunctiua.ff.de ver.ſig. ſępe.C.eo.l.pe.vel pro defectu ordinum ſpecialiter incurritur pœna,quia de ordinibus ſacris dictū fuerat in principio cap.ac ſi ſit mens concilij, cum in promouendo ad ſacros requirantur ibi expreſſa, fortius in promouendo ad epiſcopatum,qui debet etiam eſſe in ſacris. Vel quia extorti ſunt iſti intellectus,poteſt dici,quod pœnā incurrit eo caſu,non ex viribus concilij,ſed ipſius conſtitutionis.vel hoc nouum inducat ad executionem canonum.ſexageſima diſtinctione.per totum. vel æquius,licet ambas pœnas concilij,priuationis ſcilicet & ſuſpenſionis non incurrat,incurrit tamen alteram, ſcilicet priuationis. & ſic poſſent etiam intelligi iura noua.ad quæ aliter reſpōſum eſt ſupra,& glo.etiam modernorū.& ſatis habet hic æquitas, vt puniatur,in quo delinquit,& in eo tantum. Ad de
15 creta. † ſi poſtquam.dico,quod quia pęna proprie eſt circa diminutionem patrimonij, ſicut & damnum.& cum illa priuet iur.ad rem, non in re,non dicitur proprie pœnalis.vel aliter confirmatio eſt de conſecutiuis electionis, & prouiſio includit electionem.quod iur. ergo in electione, & in iſtis. vel aliter.§.ille loquitur prærogatiue vel declaratiue, quod ſonat verbum ibi,conuenit. & facit,quod dixi in fin.proximæ partis. Ad gl.decre.ſi celebrat.reſpondetur,quod non probatur,nec eſt vera,niſi forſan loquatur de communione,quæ inducit mortale,quod quādo procedat,dixi, quod metus cauſa. ſacris. vel loquitur de prima pœna tantum,vt prædixi. Opinio vero Vin.ſuperius alle.facit pro & contra.

REGVLAE IVRIS CIVILIS. SIVE DIGESTORVM huius literæ O. ſunt hæ.

Iabolenus. Lex LXXIII.

Omnia,quæ cuiuſcunque cauſæ cognitionem deſiderāt, per libellum expediri non poſſunt.

Caius. Lex CI.

Omnia, quæ iure contrahuntur, contrario iure pereunt.

Celſus. Lex CLIV.

Omnia iura fere hæredum perinde habentur,ac ſi continuo ſub tempore mortis hæredes extitiſſent.

Paulus. Lex CXXXI.

Omnis hæreditas quamuis poſtea adeatur, tamen cum mortis tempore continuatur. Nunquam ex poſt facto creſcit præteriti delicti æſtimatio.

Caius. Lex CLXXXII.

Omnes actiones, quæ morte aut tempore pereunt, ſemel incluſæ iudicio ſaluæ permanent. Non videtur perfecte cuiuſque id eſſe,quod ex cauſa auferri poteſt.

Vlpianus. Lex CCII.

Omnia,quæ ex teſtamēto proficiſcuntur, ita ſtatum euentus capiunt,ſi initium quidem ſine vitio cæperint.

Idem. Lex CCII.

Omnis diffinitio in iure ciuili periculoſa eſt. rarum eſt enim, vt non ſubuerti poſſit.

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Factum legitime, poteſt ne vitiari per illud ſuperueniens, a quo non poteſt inchoari.*
2 *Tituli allegatio num neceſſaria, vbi agitur de perſona obliganda ad aliquam præſtationem.*
3 *Titulus an requiratur circa præſcriptionem vſusfructus. Et nũ in rebus eccleſiaſticis procedat vſucapio.*
4 *Errãs in facto, vel in iure, vel in vtroq; an cenſeatur bonæ fidei.*
5 *Titius præſcribens rem Sempronij mala fide ſpatio 30. vel 40. anno. an poſſit eam impune defendere aduerſus Sempronium, qui eam repetit.*
6 *Præſcriptio, quid. Et eius effectus. & num. 9.*
7 *Præſcriptio ex tempore capit ſubſtantiam & vires.*
8 *Diffinitio quod continere debeat.*
10 *Præſcriptionis triplex vis & vſus.*
11 *Præſcriptio an ſit contra ius naturæ, & num. 15.*
12 *Ius in quo cõſiſtat. Et an, vel quid a iure legali differat naturale, & quid ciuile habeat a naturali, & contra.*
13 *A iure naturæ receditur propter iuris legalis rectitudinem, quæ tamen vtriuſque eadem eſt, aliter tamen atque aliter ſumpta.*
14 *Ius ciuile cur dicatur non ſeruire in totum iuri naturali, ſeu gentium.*
16 *Aequum & bonum inſeparabilia inuicem. Et ibid. intellectus l. hac lege C. de pac. conuen.*
17 *Præſcriptionem iuri naturæ concordare, dupliciter accipi poſſe.*
18 *Præſcriptio iuris canonici, an ſit alia a preſcriptione iuris ciuilis.*
19 *Præſcriptio malæ fidei, quibus de cauſis a iure ciuili inducta. & quid in hoc aſſideat a iure canonico, & mutua inter ſe auxilia. & num. 20.*
21 *In preſcriptione an acquiratur dominiũ. & num. 23. 25. 27. 32.*
22 *Exceptio actionis eſt excluſio. Quæ vbi eſt facti, elidit actionẽ, & intentionem agentis, num. 24.*
26 *Dominium vtile & directum transfertur per conſenſum.*
28 *Dominium directum & vtile. an & quo diſtinguatur. & n. 30.*
29 *Dominij acquiſitio per præſcriptionem, vt conueniat æquitati iuris naturæ indirecte.*
31 *Dominium directum quare dicatur a nobis inſeparabile, oſſibus noſtris innexum.*
33 *Præſcribens mala fide, an debeat cenſeri raptor, vel in qua ſpecie pacti ſit locandus. & num. 35. 37.*
34 *Furtum rapina, & vſura, quid differant. & cuiuſque pœna.*
36 *Peccata quædam, quæ relinqui debeant diuinæ prouidentiæ punienda.*
38 *Præſcribens mala fide non poteſt tenere vel defendere rem præſcriptam ſine peccato cõtra illum, cuius erat illa res præſcripta.*
39 *Mala fides adueniens præſcriptione completa, an obliget ad reſtitutionem. & num. 41. 43.*
40 *Præſcriptionis fundamentum.*
42 *Rem alienam occupare, an & quo caſu liceat.*
44 *Res num præſcribatur cum aliquali titulo, vel ſine titulo, ſpatio 40. annorũ, vel tanti temporis, cuius non extat initij memoria.*
45 *Veritas ſuperueniens non poteſt impedire, quin præſcriptio habuerit concomitantia ſibi neceſſaria.*

REGVLA II.

Poſſeſſor non præſcribit.

Rõ ſecundũ Io. mo. quia peccat, & ex eo meretur pęnam. ergo non pręmium. de transla. c. 2. ¶ Pri. gl. ponit exempla. Secundo dicit regulam non procedere ſecundum ll. niſi dicantur correctæ. circa quod ponit duas opin. contrarias, & tertiam, quæ diſtinguit. Tertio ponit aliud diuerſum inter leges, & nos. Quarto dat remiſſionem de mala fide, quæ præſcriptionem ſequitur. Quinto, ſubdit etiam titulum requiri. & contrarium ſoluit. Sexto remittit de præſcriptione, vſucapione, & interruptione. Secunda gloſſa de ſignificationibus fidei remittit. Tertia ponit duas lecturas. Vltima ſignat contrarium, & dupliciter ſoluit. Secundo, ſignat aliud, in quo remittit. Tertio, quærit, & remittit. ¶ In prima gl. ibi [malæ fidei] ſequitur, poſſeſſore alienante ceſſat longi temporis præſcriptio. & ibi [non luxu. contra naturam.] col. 6. vbi in prin. dicit Imperator, quòd omne ſibi ſtudium eſt, vt ſibi a Deo credita bene viuant. & ibi [§. ſi vero eccleſiaſticum] ea. colla. vbi dicitur crimen eccleſiaſticum puniri ſecũdum ſacras & diuinas regulas, quas ſequi leges non dedignantur. ¶ In vlt. gl. ibi [nemo enim] ibi punit officium, quod admittit infidele aduocationis officium. Item punitur ibi acceptatio. Item iudex relegatur quinquennio, & punitur dimidia parte bono-
1 rum. ¶ In 1. gl. † ibi. [10. vel 20.] habita diſtinctione inter præſentes & abſentes. & qui quo ad hoc dicantur pręſentes. & quid de illo, qui nullum habet domicilium vel habet plura, no. C. de præſcrip. lon. temp. l. fi. & vide in Spe. de præſcrip. ver. quando aliquis. & ibi [agnouiſſe] quod melius dicant leges, videtur: cum a prin. legitime factum viciari non debeat per illud ſuperueniens, a quo non poteſt inchoari. j. eo. factum legitime. ff. eo. tit. in ambiguis. §. non eſt nouum. Sol. vt dicit hic Dyn. regulæ illæ loquuntur in actibus perfectis. Secus in inchoatis tãtum, vt hic. & probatur ſol. ſecundum eum. ff. de ver. ob. ſi ſub vna. §. 1. & l. pluribus. & de ſerui. l. pro parte. & de ſer. vr. præd. l. via. §. quicunque. & ibi [ſed etiam titulus] de hoc, & an ſit neceſſe ſaltem allegare titulum, & an in præſcribendo vſum fructum, vel libertatem alicuius ſeruitutis ſit titulus
2 neceſſarius, hic per Dyn. Circa † primum tenet titulum de iur. ciuili neceſſario non allegandum, per l. ſi quis diuturno. ff. ſi ſeruitus vend. Ad l. cum de in rem verſo. ff. de vſur. reſpondet, quod ibi agebatur de perſona aſtringenda, vel obliganda ad aliquam præſtationem, & propter id neceſſaria eſt allegatio tituli: cum ad perſonalem obligationem inducendam ſit neceſſaria cauſa vera vel pręſumpta. ff. de doli except. l. 2. §. circa. de probati. cum de indebito. §. fina. Pro ratione ſit, quia in illis maius periculum vertitur. ſupra eodem libro. de electionib. vbi peric. ¶ Cir-
3 ca præſcriptionem † vſusfructus dicit de iure ciuili titulum requiri: ſicut in præſcribendo dominio, cum vſufructus ſit pars dominij. ff. de vſufruct. l. quarta. De iure cano. dicit ſecus per decreta. primam. de pręſcriptionibus ſupra eodem libro. cum vſufructus de iur. communi poſſideri poſſit. ff. de acquirenda poſ. l. naturaliter. & l. poſſeſſor. & de vi & vi arma. l. 3. §. vim vi. de præſcrip. vero libertatis tenet in illa titulũ non requiri, cũ non requiratur in præſcribenda ſeruitute, per l. præ. ſi quis diuturno. multo minus in præſcribenda ipſius libertate. & dicit hoc quaſi expreſſum. ff. de ſerui. vr. pręd. l. ædes. in prin. vbi hoc no. & ibi, vſucapio tenet. dicit Dy. q in reb. mobilibus eccleſiarũ procedit vſucapio, per §. pro temporalibus. in Auct. de eccle. tit. vbi idem tenet Accur. & in Auten. de nõ ali. §. ſi minus. de hoc 16. q. 3. §. quas actiones. Goffred. idem tenet in ſum. de præſcri. §. itẽ quæritur. Ho. tenet in ſum. de præſcri. ſub rub. de vſuc. §. quæ non. ver. quidam ẽt voluerunt dicere. Illud tñ dictum corrigit, dicens ſibi placere contrarium. de reſti. in inte. c. 1. vbi ſcripſi ſuper 3. glo. ¶ In gl. pe. in fi. idem Dy. ¶ In gl. vl. in fi. & hoc per Dy. repetentẽ, quoad hoc, quod ibi no. ¶ Tractat ẽt de illo, qui
4 errauit in facto vel in iur. vel in vtroque, † an cenſeatur bonæ fidei. De primo tenet quod ſic, ſi error facti ſit probabilis, per l. ff. de vſucap. iuſto errore. §. filius. & l. non ſolũ. §. quod vulgo. & pro emptore. l. quod vulgo. De ſecundo dicit quod cenſetur bonę fidei quo ad fructus, ne ad ipſorum reſtitutionem teneatur. ff. de petitione hęre. ſed & ſi lege. §. ſcire tamen. quantum ad pręſcriptionem habetur pro malę fidei poſſeſſore errans in iure. facit j. eodem. qui contra. & ff. de vſucapio. ſi fur. §. primo. iuris enim ignoran. in vſucapione non toleratur. ff. de vſuca. l. nunquam. in princip. & de iuris & facti ignoran. l. ignoran. De tertio dicit, quod propter probabilem errorem facti adiunctum reputetur bonę fidei, & præſcribere poſſit, vt plene nota. ff. de dolo. l. ſi vir vxori. Ad l. &

ex qui-

Digitized by Google

ex quibus cau. in poſ. ea. l. Fulcinius. §. quid ergo ſi duas.
& ff. ad Sil. ſi quis in graui. §. vlt. & l. qui poſthumos. Re-
ſpondet, quod conſtabit ibi de mala fide, quæ veritas nõ
tollitur per aliam cauſam concurrentem, quæ eſt bonæ
fidei. Incertis enim non certis locus eſt coniecturis, ff. de
ver. ob. continuus. §. cum ita.

QVAESTIO.
in ſex membra diuiſa.

4 Hanc regulam & duas ſequentes in hoc ordine alpha
beti concepi fauere theologis, vt ſicut quęſtiones aliquas
legiſtarum ſub hoc titulo pro canoniſtarum vtilitate de
ſcribo, ſic propter idem certas queſtiones vtrique iuri cõ
gruas per fratrem Gerardum de Senis, ordinis Eremita-
rum pulchre, copioſe & vtiliter traditas hic inſeram, licet
prolixas, tñ fortiter decurtatas, cum enim pplexus eſſem,
an ipſas propter laborantis reuerentiam ad literam de-
ſcriberem, an vero deciderẽ, prælegi ſecundum, mouet
autem vltra communem deciſionum profectum, volũtas
inſiſtẽdi circa vltimum huius quæſtionis articulum, licet
tritũ. Proponebat autem ſic quæſtionem, ex qua ſex alias
5 formabat, quæ huic regulæ congruunt, vtrum Titius † præ
ſcribens rem Sempronii mala fide ſpatio 30. vel 40. an.
poſſit dictam rem defendere ſine peccato contra Sẽpro-
nium, qui eam repetit. Et arguitur ꝙ ſic, quia præſcriptio
eſt introducta a iure cano. & ciuili, quæ non poſſunt præ-
ſtare fauorem alicui peccato. 23. q. 4. qui peccat. in prin.
& conſtat, ꝙ ſaltem ſecundum ius ciuile non requiritur
bona fides in præſcriptione 30. vel 40. ann. vt patet C. de
præſcrip. 30. an. l. 1. & l. omnes. & l. cum notiſſimi. & 16.
q. 3. §. poteſt. Quia poterit Titius iure præſcriptionis di-
ctam rem tenere, & defendere contra Sempronium ſine
omni pacto. Ad oppoſitum videtur 14. q. 6. ſi res. & habe-
tur in regula peccatum, quæ ſtatim ſequitur, per quæ con
cluditur, ꝙ ſi neceſſe eſt reſtitui non petenti, multo minus
defendere poterit illam contra repetentem. Et ad contra
rium reſpondet verum eſſe, ꝙ id, quod fit iur. præſcriptio
nis, fit ſine peccato, ſed præſcriptio non habet peccatum
annexum, nec per hoc dicitur ius ciuile fauere peccato,
quia inquantum præſcriptio reſpicit odium negligentis,
inducta fuit a iure ciuili, ſed inquantum reſpicit præſcri-
bentem, fuit permiſſa non inducta, vt dicetur in tertio ar
gumento. Præmittebat autẽ huic ſolutioni, ꝙ in iſta qõne
ſex erant videnda. Primo quid ſit præſcriptio. Secundo
vtrum pręſcriptio ſit contra ius cõe naturæ. Tertio, vtrum
præſcriptio iur. canonici debuerit eſſe alia, & diſtincta a
præſcriptione iur. ciuilis. Quarto, vtrum in præſcriptione
acquiratur dominium? Quinto, vtrum præſcribens ma-
la fide ſit cẽſendus cum raptore, vel in qua alia ſpecie pec
cati locetur, vtrũ teneatur ad reſtitutionem, ſicut raptor?
Et per hoc patebit, quid ſit dicendum ad illud, quod in
iſta quæſtione principaliter eſt quæſitum. Sexto, erit vidẽ
dum, vtrum mala fides adueniens præſcriptione comple
ta obliget ad reſtitutionem.

6 EST ergo primo videndũ, quid † ſit præſcriptio. præſcri
ptio autem vno modo conſueuit ſic deſcribi. præſcriptio
eſt exceptio ex tpe ſubſtantiam capiens, quæ quidem de
ſcriptio ponitur per Ioan. 16. q. 3. in ſum. in qua præſcri-
ptione duo ponũtur, ex quibus præſcriptio notificari vr̃.
primum eſt effectus, quem præſcriptio efficit. Sm̃ eſt, cau-
ſa, quæ præſcriptionem inducit. Effectus, quem præſcri-
ptio efficit, tangitur, cum præmittitur. præſcriptio eſt ex-
ceptio caſualis, & non eſſentia, i. cã exceptionis. quemad-
modum ſi diceremus: fumalis euaporatio pomi eſt odor,
non ꝙ ſit eſſentialiter odor, ſed quia eſt cã odoris, & quã-
uis præſcriptio poſſit habere alium effectum, vtpote acqui
ſitionem dominij, ſecundum quoſdam, quia tamẽ dictus
effectus non eſt neceſſario annexus, cum poſſit eſſe alia
præſcriptio ſine acquiſitione dominij, ſ. præſcriptio malę
fidei, vt prædicto §. poteſt. ergo talis effectus non debuit
poni in ſua deſcriptione. Nã vbi cauſa deſcribit, oportet
ꝙ effectus, qui ponitur in eius deſcriptione, ſit ei ſemper
& neceſſario annexus. Exceptio autem eſt talis effectus,
qui ſemper & neceſſario annectitur ipſi præſcriptioni. qđ
patet per rationem & inductionem. per rationem quidẽ,
quia niſi pręſcriptio haberet ſemper & neceſſario anne-
xum iſtum effectum, ſequeretur. Nam vbi tollitur ab ea
exceptio, tollitur & dominij acquiſitio, & quicũque alius
effectus, ac per conſequẽs fruſtra fuiſſet introducta, quia
nullã haberet efficaciam. quod nullus diceret. Secundo
patet hoc idem per inductionem. Nam ſi inducamus, in
ſingulis ſpeciebus præſcriptionis, ſemper inuenimus qđ
ipſe præſcribens habet exceptionem excludentem actio-
nẽ, quę contra ſe fieret in re pſcripta. dabat tria exempla,
de decendio, per cuius lapſum præſcribitur contra non
appellantem. 2. q. 6. biduum. de tempore trimeſtri, quo
pręſcribitur contra non eligentem. de ele. ne pro defectu.
& de caſu decre. primę. de præſcrip. coniuncto. c. placuit.
2. 16. q. 3. per quæ duo capitula patet, quod trãſcurſo ſpa
tio trium annorum, & ſex menſium, quibus præceſſit ad-
monitio, non habet epiſcopus negligens vlterius actionẽ
ad recuperandam plebem, quæ ad ſuam cathedram per-
tinebat, & ita ſit verum dicere, quod ſemper acquiritur
ipſi præſcribenti exceptio excludens actionem. quapro-
pter bene dicebatur ſuperius, quod primum, quod poni-
tur in deſcriptione præſcriptionis, eſt effectus, quem præ-
ſcriptio efficit, & ille effectus eſt exceptio excludẽs actio
nem, vt eſt oſtenſum. Secundum, quod ponitur in eius de
ſcriptione, eſt cauſa, quæ præſcriptionem inducit. & iſta
tangitur, cum in dicta præſcriptione additur ex tempore
ſubſtantiam capiens. Nam ſecundum iſtam clauſulam vi
detur, quod ipſum tempus ſit cã inducens præſcriptionẽ,
ꝙ etiam vr̃ poſſe probari ratione. Illud namque, quod ex
pectat temporis determinationem, & temporis impletio-
nem, vr̃ capere ſuam ſubſtantiam ex tempore. præſcriptio
eſt huiuſmodi, quia videmus, quod præſcriptio nulla eſ-
ſet, niſi ſit prima determinatio facta per legem. Vlterius
7 videmus, quod † præſcriptio non habet vim, niſi impleto
illo tpe, quod eſt per l. determinatum. quapropter bene
dictum eſt, ꝙ expectat temporis determinationem, & tẽ-
poris impletionem. ac per conſequens vr̃, ꝙ ex tpe capiat
ſuam ſubſtantiam. Ex quibus omnibus apparet, ꝙ diffini
tio vel præſcriptio ſuperius data de præſcriptione ſit ſa-
tis rationabilis, tum quia tangit effectum, quem præſcri-
ptio efficit, tum etiam, quia tangit cauſam, quæ præſcri-
8 ptionem inducit. Opponitur aũt † huic deſcriptioni, ꝙ ſit
diminuta, & inſufficiens propter tria. Primo, quia vr̃ præ
tendere, ꝙ ſit cã, ex qua præſcriptio ſuam efficaciam ca-
pit, ꝙ poteſt eſſe falſum, nam cum tempus ſit quid natu-
rale, ſequeretur, ꝙ præſcriptio haberet cauſam naturalẽ,
ac per conſequens ipſa & ſua virtus eſſet quid naturale,
& a natura, ꝙ nullus diceret. Secundo, quia præmittit
cauſam principalem, ex qua præſcriptio ſuam efficaciam
capit. ſ. legum auctoritatem. Tertio, quia præmittit cauſã
finalem, propter quam fuit inuenta præſcriptio, quæ tñ cã
finalis maxime debet accipi in definitione vel deſcriptio
ne cuiuſcunque rei, eo ꝙ per eam maxime hẽt quæcunq;
res inoteſcere & notificari. & iõ propter iſta vr̃ danda alia
deſcriptio præſcriptionis, quę talis ſit, ꝙ tangat modum,
ſecundum quem tempus ad deſcriptionem concurrit. Tã
gat etiam cauſam efficientem, quæ præſcriptioni effica-
ciam tribuit. Tangat inſuper cauſam finalem, propter
quam præſcriptio adinuenta fuerit. ad quę tria explican-
da videtur, ꝙ pręſcriptio ſic poſſit diffiniri, vel deſcribi.
9 Pręſcriptio eſt ius † quoddam ex tempore congruens, legũ
auctoritate vim capiens, pęnam negligentibus inferens,
& finem litibus imponens. In hac igitur deſcriptione tan
guntur illa tria, quę ſuperius ſunt pręfata. primũ, congruũ
tp̃s lege limitatum, ſine qua limitatione inexcuſabilis ne-
gligencia nõ potuiſſet haberi. ſcđo, legum auctori. ex tali

negligētia preſcriptionem inducens, per quā ſaltem contra ſic negligentem exceptionem parit in eius pœnā. Primum ibi, ius ex tpe congruens, non.n.tempus dat efficaciam, vt volebat prima deſcriptio, ſed congruitatem ſm legum auctoritatem vim capiens, & hoc dat efficaciā. Tertio in eadem deſcriptione tangitur cā finalis, pp quā præſcriptio eſt adinuenta.ſ. vt pœnā negligentib. inferret, & finem litib. imponeret, queādmodum vſucapio, vt patet ff. de vſu.l.1.dr̃.n.ibi, ꝙ vſucapio eſt introducta, ne quarū dam rerum dn̄ia diu & fere ſemper incerta eſſent. Ex hoc aūt ſequitur duplex prefatus finis, qa tam vſucapio quam ēt præſcriptio dn̄ia diſtinguendo, pœnam negligentib. infligit, & finem litibus imponit. iſte vero dupliciter finis tāgitur in tertia particula præfatæ deſcriptionis, cum dr̃, ꝙ præſcriptio eſt ius pœnam negligentibus inferens, & fi-

10 nem litibus imponēs. Subdit autem, ꝙ Papias † ponit tria ſignificata de præſcriptione, quæ prædictis bene conueniunt, & correſpondent, ſ. prędicere, contradicere, & diffinire. prædic.n. cum tp̄s ſtatuit, contradicit repetenti, qđ præſcriptum eſt, diffinit lites. Ex quibus omnibus apparet, quid ſit præſcriptio, apparet etiam vlterius, ꝙ diffinitio, vel deſcriptio ſuperius data de ea ſit bene aſſignata.

11 VIDENDVM eſt ſecundo, vtrum † præſcriptio ſit contra ius naturæ. Vbi ſciendum, ꝙ iur. periti videntur cōmuniter dicere, ꝙ ipſa ſit contra ius naturæ, quia contra naturalem æquitatem, vt dicunt. & hæc opinio manifeſte not. de vſucapione, quæ præſcriptio eſt. ff. de vſu. l.1. in prima gl. & 16.q.3. quicunque etiam. in gl.1. fundamentum autem dictæ opinionis ſumitur ex regula, quæ habetur ff. de re. iur. iur. naturali. quam ſ. vide ſub litera prima. in fi. & hoc eo. tit. locupletari. Conſtat autem, quod in præſcriptione ſit præſcribens locupletior cum alterius detrimento & iniuria, ac per conſequens vr̃, ꝙ præſcriptio ſit cōtra

12 ius naturæ. His tamen non † obſtantibus tenet contrariū, pro euidentia dicens, inquirendum quid intelligatur per ius naturæ, & quid per ius legale. Sciendum ergo, quod omne ius cōſiſtit in rectitudine quadam, nam ideo ius dictum eſt, vt habetur 1. diſtin. ius generale. Iuſtitia autem non eſt aliud quam quædam rectitudo, ergo ius ſiue naturale, ſiue legale, in quadam rectitudine conſiſtit, intelligendum tamen, quod quamuis ius naturale & ius legale ſint diſtincta: non tamen eorum rectitudo aliter & aliter ſumpta. Nam ſi bene conſideremus ius legale, non addit ſuper ius naturale aliam rectitudinem, ſed ſpecificat illā eandem ita, vt verum ſit dicere, quod ius legale eſt quædam ſpecificatio naturalis rectitudinis expreſſiua; habet enim ius legale ſpecificare & exēplificare naturalis iur. rectitudinem tripliciter, ſcilicet, quandoqne eam determinando per congruos modos. quandoque vero eam applicando ad varios actus, quandoque eam declarādo per quoſdam euētus. Et quod ita ſit, apparet, ſi diſcurramus per omnes iſtos tres modos. Exemplum de primo. Ius naturale vult delinquentem puniri, modos punitionis non determinat, quod facit ius legale vtendo rectitudine iuris naturalis, ſcilicet ſm qualitatem delicti. Exemplum de ſecundo. Rectitudo iur. naturalis eſt, nemini ſubtrahi, quod ſuum eſt. Ius legale diſtinguit actus ab illa rectitudine deuiantes, ſcilicet actum furandi, & ſimiles. vltra id oſtendit, quomodo vnus illorum actuum plus deuiat a rectitudine iur. naturę. & ſecundum id maiores & minores pœnas ſtatuit, & per metum pœnarum præſeruat in hominibus rectitudinem iuris naturalis, & ſic non addit rectitudinem, & illam ſpecificat, ſic in ſcientiis ſpeculatiuis, quæ veritatem confuſam, & indeterminatam in generalibus principijs. ſpecificant in ſpecialibus concluſionibus, recte ſic per ius poſitum determinatur rectitudo iuris naturalis confuſa & indeterminata. Nunc ad propoſitum videamus tertio, quod ius legale quandoque aſſumit rectitudinem iur. naturalis, & eam ſpecificat declarando per quoſdam euentus, verbi gratia. Aſſumit a iure naturali, quod rectum eſt, neminem cum alterius detrimento & iniuria fieri locupletiorem, non tamen poteſt haberi a dicto iure, vtrum ſit poſſibilis aliquis euentus, vel caſus, in quo quis poſſit locupletari cum alterius detrimento, & ſine eius iniuria, & ideo ſpecificat poſtea, & declarat intellectus dictæ regulæ in quibuſdam caſibus. In quibus aliquis pōt locupletari cū alterius detrimēto, & ſine eius iniuria, ſicut in pręſcriptionib. & vſucapionib. eo quod in eis infertur alicui damnum. & tn̄ non irrogatur ei iniuria. Nam videmus manifeſte, quod ille, contra quem currit præſcriptio, quamuis patiatur damnum, non tamen patitur iniuriam, quia ipſe propter ſuam negligentiam meretur pati damnum, & idcirco in tali caſu quamuis videatur recedi ab intellectu, quem regula prætendit ſecūdum literam, non tamen receditur ab intellectu, quem regula iuris habuit, nam ſi illa in omni caſu ad literam ſeruaretur, a duobus alijs, quæ ſunt de iure naturæ, expreſſe recederet. Et ꝙ ita ſit, apparet, non enim poteſt dicta regula in omni caſu ad literam ſeruari, niſi præſcriptio, & vſucapio tollantur, ſi autem præſcriptio & vſucapio tolluntur, peccatum negligentiæ, quod eſt contra bonū publicum, non punitur, & per conſequens receditur ab illa regula iuris naturæ, quæ dicit, quod rectum eſt peccatum puniri, & maxime peccatum contra bonum publicum, quod dat materiam litium & rixarum. Vlterius etiam, ſi vſucapio & præſcriptio tolluntur, receditur ab *illa* regula iuris naturæ, quæ dicit, ꝙ bonum publicum & commune eſt præferendum cuicunque bono ſpeciali & proprio, in remotione autem præſcriptionis, & vſucapionis ſit totum contrarium, præeligitur bonum proprium illius, qui negligit repetere rem ſuam, & dat materiam litium, & rixarum, & per conſequens præmittitur bonum commune, quod conſiſtit in pacifico communitatis conuictu, nam data materia litium & rixarum per remotionē præſcriptionis & vſucapionis cōuictus cōitatis pacificus perturbatur, & ideo propter omnia hoc eſt notabiliter attendendum, ꝙ ius naturale habet diuerſas regulas, quæ ſunt intelligendę, ꝙ vna alteri non contrarietur, itaq; ſūt ſeruandæ, ꝙ cū vna ſeruatur contra aliā, non eatur. Et li-

13 cet hoc ſatis appareat † per ea quæ dicta ſunt, tn̄ poſſunt ad hoc alia induci exempla. Videmus enim, ꝙ de iure rectū eſt, quod depoſitū reddatur, vt patet 1. diſt. ius naturale. & tn̄ gladius depoſitus furioſo non reddetur, quia p id vitiarentur regulæ de non occidendo, & de pace inter homines ſeruāda, quorū vtrūq; ex reſtitutione poſſet violari in ſeipſo, vt in alio. 22.q.2. ne qs arbitretur, & ſic pp rectitudinem iur. legalis recedetur a regula iuris naturæ, quam ſequendo incideretur in culpam, & hoc facit circunſtantia eueniens, ex quibus omnibus apparet, ꝙ ius legale non addit ſuper ius naturale quandam ſpecialem, & nouam rectitudinem, ſed ſpecificat, & declarat illam eandem per quoſdam caſus, in quibus, & ſi non ſeruetur rectitudo iuris naturalis ſecūdum vnam regulā, ſeruatur tn̄ ſm aliam, vt ſ. oſtenſum eſt. Vel poſſumus dicere, ꝙ in talibus caſibus licet non ſeruaretur ſenſus, quem prætendit ſm lr̃am, ſeruatur tn̄, ꝙ eadem regula intendit ſm veram intelligentiam, propter quæ omnia vr̃ benedictū illud, quod ſ. dicebatur. ſ. ꝙ rectitudo iu. naturalis & legalis non eſt alia & alia, ſed eſt vna, & eadem, aliter & aliter ſumpta. Poteſt aūt hoc totū, quod dictum eſt confirmari per vnam legalem, quæ hr̃ ff. de iuſti. & iu. l. ius ciuile. dicit.n. illa lex, ꝙ ius ciuile eſt, qđ nec in totum a iur. naturali, vel a iure gen. recedit, nec per oīa ei ſeruit. Itaq; cū vel addimus, vel detrahimus iuri communi, ius proprium, ideſt ciuile efficimus. Ex verbis autem iſtius l. ſtatim apparet, quod rectitudo iuris naturalis & legalis non eſt alia, ſed vna & eadem aliter & aliter ſumpta: nam ſi eſſet alia & alia, tunc ius legale eſſet certum ex ſua propria rectitudine iuris naturalis, ac per conſequens in totū recederet a iure naturali, cuius contrarium dicit lex præfata.

Qua-

Digitized by Google

13 Quapropter imaginari poteſt, quod ideo ius legale re-
cedere non dr̄ in totum a iure naturali, quia ab eo ſumit
ſuam rectitudinem. Ideo vero dicitur non per omnia ei
14 † ſeruire, quia illam rectitudinem videtur immutare, qñ-
que per additionem, quandoque per detractionem. Per
additionem quidem, quando addit varios actus, ad quos
habet applicari, vel congruos modos, per quos determi-
nari. Per detractionem vero, quando aliquo caſu videtur
ei ſubtrahere rectitudinem ſecundum vnam regulam, q̃
tamen ſibi conſeruat ſecundum aliam: nec per hoc, quod
dicitur, quod ſit eadē rectitudo vtriuſque iuris ſequitur,
quod vtrunque ius ſit idem, vel ſecundo, quod ius natu-
rale ſit ſui ipſius menſura: quia quo ad primum quamuis
rectitudo ſit eadem, ſunt tamen iura diuerſa propter duas
cauſas. Prima, quia illa vnica rectitudo habet duplicem
vim dirigendi in humanis. Vna eſt indeterminata, quan-
tum pertinet ad ius naturale, alia diſtincta & determina-
ta, quantum pertinet ad ius legale, vt ſup. dixi de punien-
do delinquentem, & ſic quod aliter, & aliter ſumpta ha-
bet aliam & aliam vim directiuam, ergo creare poteſt iu-
ra diſtincta, quia ius non dicit rectitudinem abſolute, ſed
prout habet vim directiuam in humanis. Secunda cauſa,
quia rectitudo iuris naturalis omnibus eſt no. ſed iur. lega
lis paucis peritis, & ſic reſpectu notitiæ ſunt vnius rectitu-
dinis iura diſtincta. De ſecundo etiam dicitur non incon-
ueniens, ꝙ vnum & idem, diuerſimode ſumptum ſit ſui
menſura, nam habens maiorem certitudinem vno modo,
quam alio, eſt de ipſo notius & certius. & ſic ſuiipſius mē
ſura. Cum ergo, vt nunc dixi, vno modo diſtinctius, quam
alio, nullum incōueniens, ꝙ diuerſo reſpectu habeat rela-
tionem regulæ & menſuræ. Item regulati & menſurati.
15 ¶ Declaratis ergo his † omnibus, quod præſcriptio con-
cordet iuri naturæ, probat quatuor rationibus, quarū pri
ma talis eſt. Illa iura, quæ habent eandem rectitudinem,
vnum eorum non poteſt alteri contrariari, ſed ius natura-
le & ius legale de præſcriptionibus habent eandem recti
tudinem. ergo &c. maior patet per ſe, minor vero appa-
ret ex dictis. Secunda ratio ad idem poteſt eſſe talis. Illud
ius, quod habet congruam & rationabilem cauſam, con-
cordat iuri naturali, ſed ius de præſcriptionibus eſt huiuſ
modi, ergo &c. minor vero ſatis no. quia quicquid eſt cō-
gruum & rationabile, concordat naturali rationi, & per
conſequens naturali iuri. Minorem vero probo per id, qđ
dicebatur ſuperius in primo articulo, vbi oſtēdebatur, ꝙ
longitudo determinati temporis a legibus probet con-
gruam & rationabilem cauſam præſcribendi. Tertia ratio
ad idem eſt talis. Illud ius legale, quod punit peccatum
negligentiæ, quod eſt contra bonum publicum, concor-
dat iuri naturali. ius de præſcriptione eſt huiuſmodi, ergo
&c. maior videtur no. quia regula iur. vera eſt, quod pec-
cans puniatur, & maxime contra bonum publicum, mi-
nor etiam apparet, quia ille, qui negligit repetere rē ſuam
tam longo tempore, maxime peccat contra bonum pu-
blicum, quia præbet materiam litium & rixarum, quia nō
poſſunt facile terminari & per conſequens de iure naturæ
æquum eſt, ꝙ puniatur. ius autem præſcriptionis punit ſic
negligentes, vt patet in deſcriptione ſuperius data ſecun-
do. Quarta ratio ad idē eſt talis, ꝙ illud ius legale, quod
imponit finem litibus, quæ non videntur poſſibiles termi
nare, maxime concordat iuri naturali, ius legale de præ-
ſcrip. eſt huiuſmodi, ergo &c. Maior videtur no. quia bo-
num publicum maxime impeditur per lites, quæ non faci
le terminantur. & ideo illud legale ius, quod imponit finē
litibus talibus, maxime congruit bono publico, ac per cō
ſequens maxime concordat iuri naturali. Minor etiam ap
paret, tum ex deſcriptione ſuperius data, quæ dicit, ꝙ eſt
ius, finem litibus imponens, tum etiam ex l. illa ſuperius
all. ff. de vſucap. l. 1. quæ dicit, ꝙ vſucapio eſt introducta
propter bonum publicum, & pari ratione etiam præſcri-
ptio. Ex iſtis autem duabus rationibus apparet, ꝙ quam-
uis præſcriptio videatur deuiare a iure naturæ, ſm illā re-
gulam, quæ dicit, ꝙ nullus debet locupletari cum alterius
detrimento, & iniuria, reuocatur tñ ad ius naturæ ſecun-
dū duas alias regulas, quarum vna dicit, ꝙ qui peccat, de
bet puniri. Alia vero dicit, ꝙ debet finis litibus imponi,
Propter quod ēt patet vlterius, quomodo tollitur funda-
mentum contrariæ opinionis, quam gl. tenent, nam licet
ſit æquum ſimpliciter neminē ditari cū alterius detrimē-
to, in tali tñ caſu, quo currit præſcriptio, non eſt æquum,
quia iretur contra duas alias regulas iuris naturalis. Nec
16 † valet illud, quod inducebatur in contrariū, de l. hac le-
ge. C. de pac. conu. quæ dicere vr̄, ꝙ aliud eſt bonū, aliud
eſt æquum: quia nō eſt intentio dictæ l. quod aliq̄d ſit bo-
num, quod non ſit ęquum. Nā quanto aliquid recedit ab
æquitate, tanto ēt recedit a bonitate. quapropter eſt dicta
lex intelligenda hoc modo. ſ. quia aliud eſt, quod apparet
bonum ſm vnam regulam, quod tñ non apparet æquum
ſm aliā. Vel poteſt dici alio modo, ꝙ aliquid eſt, quod ap
paret bonū ſm aliq̄ regulam, iuxta veram intelligentiā,
quod tñ non apparet æquum ſm eandem regulam intelle
ctam apparenter ad literā. Intelligendū eſt tñ, quod cir-
ca totum quod dictum eſt ſ. ſic diſtinguere poſſumus, qđ
17 † præſcriptionem concordare iuri naturæ, poteſt intelli-
gi dupliciter. Vno modo, quod ita concordet iuri naturæ,
quod ſit directe ab eo exorta, & iſte intellectus eſt fatuus,
quia nulla tunc regula iuris naturæ ei obuiaret aliquo mo
do, cuius tñ contrarium eſt oſtēſum ſuperius, quia obuiat
ei illa regula iur. quæ dicit, iure naturæ æquum eſt, nemi-
nem cum alterius detrimento & iniuria fieri locupletio-
rem. Iſta enim regula obuiat præſcriptioni, ſaltem quan-
tum ad ſenſum, quem prætendit ſecundum literā. & hoc
eſt forte, quod mouet iuriſtas ad dicēdum, ꝙ præſcriptio
ſit contra ius naturæ, tñ intelligunt eſſe contra ius naturę,
quia nō directe eſt ab eo exorta, poteſt tolerari eorum o-
pinio, q̃uis ſimpliciter loquendo, non ſit bene dictum, q̄a
magis eſt verum eam concordare iuri naturæ, q̃ eſſe con-
tra ius, concordat enim iuri naturæ iuxta intellectum, qui
modo ponetur. Dico ergo, quod ſecundo modo poteſt in-
telligi, præſcriptionem concordare iuri naturæ, quia licet
non ſit directe ab eo exorta, eſt tamen ad ipſum indirecte
reducta. & iſte intellectus eſt verus, quia oſtenſum eſt ſ. ꝙ
licet præſcriptio videatur directe deuiare a iur. naturę ſe-
cundum vnam regulam, reducitur tamen ad ipſum indi-
recte per duas alias regulas. imo, quod plus eſt, iſta redu-
ctio poteſt fieri ſm vnam & eandem regulam, vt ſuperius
eſt oſtenſum, propter quæ omnia ſimpliciter debemus di
cere, quod ipſa non ſit contra ius naturæ, imo magis,
quod concordet iuri naturæ. & ita patet, quid ſit dicen-
dum quantum ad ſecundum articulum.
TERTIO quærebatur, vtrum præſcriptio iuris canoni-
ci debuerit eſſe alia & diſtincta a præſcriptione iuris ciui
lis? Vbi ſciendum, ꝙ in iſto articulo eſt aliquid certum, &
aliquid dubium, nam certum eſt, quod præſcriptio, quæ
currit ſecundum ius canonicum, quia requirit bonam fi-
dem in præſcribente, vt in iſta regula cum concor. eſt alia
a præſcriptione, quæ currit ſecundum ius ciuile, quæ nō
requirit neceſſario bonam fidem in pręſcribente, vt patet
C. de pręſcr. 30. an. l. 1. & l. omnes. & l. cum notiſſimi. aliud
autem eſt dubium in iſto articulo. ſ. vtrum iſta diuerſitas
p̄ſcriptionis inter dicta iura ſit rōnalis, ſiue vtrū fuerit ra-
tionabiliter poſita? Illud autem, quod facit hic aliquā dif-
ficultatē, eſt, ꝙ ſi præſcriptio malę fidei concordat ęqui-
tati iuris naturę, vr̄ ꝙ ambo dicta iura debuerunt concor
dare in eā ſtatuendo. Si vero dicta p̄ſcriptio ſit iniqua, &
cōtra ęquitatē iuris naturę, vr̄, ꝙ nullū ius legale debue-
rit eā ſtatuere, & per cōſequens dicta p̄ſcriptio ſicut non
currit ſm iura ca. ita etiam non curret ſm ciuilia, nec erit
aliqua diuerſitas inter dicta iura. Sciendum ergo, quod di
cta pręſcriptio conſiderata mente iur. ciuilis eam ſtatuen-
tis eſt ęqua, quia concordat ęquitati iuris naturę & alio

modo conſiderata mente præſcribentis eſt iniqua, quia ab eius æquitate recedit, & ꝙ ita ſit apparet. Intendit.n.
19 ius † ciuile per præſcriptionem malæ fidei duplicẽ finem, ſ, negligentes punire, & finem litibus imponere, & vterque dictorum finium iuri naturali concordat, vt ſuperius fuit viſum. & ideo ex illa parte merito eſt dicenda æqua, & iuſta talis præſcriptio, & ipſe præſcribens per eandem præſcriptionem intendit rem alienam vſurpare, propter quod merito ex iſta parte eſt dicenda iniqua, & iniuſta, quia diſcordat ab illa regula iuris naturæ, q̄ dicit, Quod tibi non vis fieri, alteri non feceris, quæ regula in lege, & in euangelio continetur, vt in princip. decretorum, & hic apparet, quod fuit cauſa, quod præſcriptio malæ fidei eſt a iure ciuili inducta, Remanet tamen dubium, quare ius can. in prædi. præſcriptione a iure ciuili diſcordat. Sciendum ergo, quod præſcriptio malæ fidei partim eſt a iure ciuili inducta, & hoc nunc dictum eſt, partim permiſſa. Ç conſiderata iniquitate præſcribẽtis, quo reſpectu eſt iniuſta, vt prædixi, nec eſt ſecundum id a iure ciuili inducta, ſed ſolum permiſſa, quia ius ciuile & quodlibet aliud ius, quamuis non poſſit aliquod iniquum & iniuſtum inducere, illud tamen quandoque permittit propter aliquod bonũ & iuſtum quod inde poteſt elicere, & quod ad ipſum tale ius magis ſpectat intendere, ſicut in propoſito, nam permittit, quod præſcriptio illius ex mala fide, & æquitate procedat, vt pœnam duplicem per præfatum finem eliciat. Hoc autem non facit, quia ius ciuile cum intendat pro vltimo fine conſeruare ciuilem ſocietatem, cui fini maxime deſeruit negligentia, punitio, & litium determinatio, idcirco magis debet intendere ad hoc, vt negligentes puniat, & finem litibus imponat, quam vt iniquitatem præſcribentis corrigat, vel remoueat, nam magis ad ipſum ſpectat illius duplicis finis æquitas proſequenda, quam ipſi præſcribentis iniquitas corrigenda. ex quibus omnibus apparet immediate, quare in præſcriptione malæ fidei ius can. a iure ciuili diſcordat, & aſſignat de hoc 4. rationes. Prima, quia iſta duo iura ſibi mutuo ſubueniũt, cum ſint fundata ſuper eodem iur. naturali. nam ſi vnum eorum alteri non ſubueniret, ſequeretur, quod vnum eorum in omnibus ſufficeret, & per conſequens alterum ſuperflueret. Contingit enim ſæpe ad vnum, & eundem effectum vnum eorum ſine altero non ſufficere. Verbi gratia, in puniendo clericum tradendum ad mortem, non ſufficit ius ciuile ſine cano. quia non poteſt ipſum degradare, nec etiam ſufficit can. ſine ciuili, quia iudex canonicus non poteſt ipſum occidere. quapropter dicta iura ſibi mutuo ſubueniunt in dicto caſu, quia quodlibet eorum exequitur illud, quod ad ipſum pertinet. ita ergo ſuo modo eſt imaginandum in præſcriptione malæ fidei, quia in ea eſt aliud iuſtũ, & proſequendum, & aliud iniuſtum, & prohibendum, quæ duo ſatis patent per ſuperiora. hæc duo non poſſunt fieri per idem ius. & ideo oportet, quod ſit aliud ius, quod dictam præſcriptionẽ propter illum duplicem finem inſtituat, & aliud ius, quod eãdem præſcriptionem propter malam fidem præſcribentis prohibeat, vt iſto modo dicta iura ſibi mutuo ſubueniãt. nec erit contradictio inter ea, ſicut melius declarauit in quæſtione de vſuris. vbi oſtendit, quod vnum non poteſt obuiare alteri per contradictionem, ſed per omiſſionẽ, quia illud quod omittitur ab vno, ſæpe aſſumitur ab altero, ſicut vtique nunc eſt in propoſito. Nam quod mala fides præſcribentis debeat præſcriptionem infringere, hoc a iure ciuili omittitur, quia ad ipſum non ſpectat eam propter dictam cauſam infringere. Hoc autem a iure cano. aſſumitur, quia ad ipſum ſpectat eam propter dictam cauſam infringere. & ideo non eſt contradictio, cum ius ciuile dicit talem præſcriptionem æquam & iuſtam eſſe, ac per conſequens inſtituendam. Ius vero can. dicit eandem præſcriptionem eſſe iniquam, & iniuſtam, ac per cõſequens prohibendam, quia ſic dicendo non attendit ad eandem cauſam, nec ad eundem finem. vbi a utem eſt contradictio, oportet, quod accipiatur ſecundum idem, & re
20 ſpectu eiuſdem domini. Ex his omnibus † poſſumus ad propoſitum formare vnam rationem talem. *Illud, quod* eſt prohibendum, & a iure ciuili omittitur, debet a *iure* can. aſſumi, quia ſupra oſtenſum eſt, quod dicta iura *ſibi* mutuo ſubueniunt, ſed præſcriptio malæ fidei eſt prohibenda, quia iniqua & iniuſta ex parte præſcribentis, & ſic eius prohibitio debet aſſumi a iure canonico, ac per conſequens a dicto caſu vnum ius diſcordabit ab altero, nec tamen propter talem diſcordiam eri t contradictio, vt ſupra oſtenſum eſt. Secunda ratio ad idem eſt talis. Illud, quod ſequitur legem Euangelicam, debet diſcordare ab omni eo, a quo diſcordat lex Euangelica, ſed ius cano. ſequitur legem Euangelicam, & ei ſubalternatur, quæ lex Euangelica a iure ciuili diſcordat in rectificando actũ interiorem, ſicut patet Math. 5. vbi dicitur: Omnis qui viderit mulierem ad concupiſcendam eam, iam mœcatus eſt in corde ſuo. Ius autem ciuile nititur ſolum ad rectificandum actum exteriorem, qui eſt ad alterum, per quem poſſet ciuilis ſocietas impediri. ergo & ius can. debet in hoc diſcordare, ſeu potius ſuperabundat a iure ciuili, quia debet vti ad rectificandum etiam actum interiorem, per quod poſſet a Deo deuiare, ac per conſequens dicit præſcriptionem malæ fidei penitus prohiberi, per quã actus interior obliquatur. ex quo etiam relinquitur, quod in prædicto caſu a iure ciuili diſcordat. Tertia ratio ad idem eſt talis. Illa iura debent in præſcriptione malæ fidei neceſſario diſcordare, quorum vnum intendit conſeruare iuſtitiam propter litigia terminanda, alterum vero econuerſo intendit terminare litigia propter iuſtitiã conſeruandam, ſed ius ciuile intendit conſeruare iuſtitiam propter terminanda litigia. Nam ſuus finis principalis eſt conſeruare ciuilem ſocietatem, quæ conſeruari non poteſt, niſi litigia terminentur, ius autem canonicũ econuerſo intendit terminare litigia propter conſeruandam iuſtitiam. Nam ſuus finis principalis eſt, ordinare in Deũ & in legem Euangelicam, vt homo gloriam aſſequatur. Qui quidem ordo iudicium non haberet, niſi iuſtitia conſeruetur, vt per eam actus inferior, quo ordinatur iudex, reguletur. Hinc eſt, quod vna regula iuris canon. dicit, quod vtilius ſcandalum naſci permittitur, quam veritas relinquatur. eodem titu. qui ſcandalizauerit. quare relinquitur, quod dicta duo iura debuerunt in præſcriptione malæ fidei diſcordare, ponderato fine cuiuſque, qui patet per ſuperiora. Quarta ratio ad idem eſt talis. Illa iura, quæ ita habent, quod vnum eorum ita intendit de foro litigij, quod finaliter remittit ad forum conſcientiæ, alterum vero conſiſtit ſolum in foro litigij, non poſſunt in præſcriptione malæ fidei concordare, quia prædicta præſcriptio malæ fidei ſecundum forum conſcientiæ eſt damnanda, ſecundum vero forum litigij inducenda, ſed ius canoni. & ciuile ita ſe habent, quod ius ciuile ſolum ſiſtit in foro litigij, quod eam finaliter remittit ad forum conſcientiæ, vt patet de pœniten. & remiſſio. omnis. Ergo neceſſario debuerunt in præſcriptione malæ fidei diſcordare quamuis talis diſcordia non ſit contradictio, vt ſuperius oſtenſum eſt, quia non eſt reſpectu eiuſdem cauſæ, vel eiuſdem finis. & ſic patet, quid ſit dicendum quantum aſt iſtum articulum, quia præſcriptio iuris cano. eſt alia, & debuit eſſe alia a præſcriptione iuris ciuilis. & hæc ſufficiant quantum ad ipſum.

21 QVARTVM proponebatur, vtrum in † præſcriptione acquiratur dominium? Ad cuius euidentiam eſt intelligendum, quod quantum ad præſcriptionem malæ fidei, quæ currit ſpatio triginta annorum, non videtur eſſe aliqua diſcordia inter doctores iur. nam omnes concorditer dicunt, quod in ea non acquiritur dominium, ſed ſola exceptio, quia ſi in ea acquireretur dominium, tunc non fuiſſet inducta in odium negligentium,

tiū n,ſed etiam in fauore malæ fidei poſſidentium. Eius
contrarium apparet. 16. quæſtione 3. §. poteſt. De præſcri-
ptione bonæ fidei videntur quamplures adinuicem di-
ſcordare, nam quidam antiqui doctores iuris dicunt, qđ
in præſcriptione bonæ fidei habeat quaſi dominium inu
tile, & non directum dominium. quod probant per illum
textū, qui habetur, de præſcriptionibus triginta, vel qua-
draginta annorum. l. ſi quis emptionis. in principio & ſe-
cundo reſponſo. & ff. de iureiuran. ſi duo. §. Iul. ibi enim
dicitur, quod præſcribens habet vtilem actionem in rem,
& habet exceptionem contra dominum. Si autem præſcri
bens habet exceptionē contra dominum. ergo dominus,
contra quem fuit præſcriptum, habebit actionem, quia
22 exceptio † non habet locum, niſi vbi eſt poſſibilis actio.
Eſt enim exceptio actionis excluſio, vt patet ff. de exce-
ptioni. l. 2. ſi autem dominus, contra quem eſt præſcriptū
habet actionem, non poteſt habere niſi directam, quia a-
ctionem vtilem habet ipſe præſcribens ratione vtilis do-
minij, & duo non poſſunt eſſe ſimul domini inſolidū vno
reſpectu, vt patet ff. commodati. l. ſi vt certo. §. ſi duobus.
23 Si ergo † actio directa ac per conſequens dominium dire
ctum remanſit apud illum, contra quem eſt præſcriptum.
relinquitur, quod ipſe præſcribens acquiſiuerit per præ-
ſcriptionem ſolam actionem vtilem, ac per conſequens
ſolum dominium vtile. & hanc opinionem ſequuntur
quamplures moder. doctores iur. de hoc aliquid no. 16.
quæſt. tertia. in fine ſummæ. & cap. quicunque. in 1. glo. &
§. poteſt. per Hoſtien. in ſumm. de præſcriptione rerum im
mo. in vlt. colum. ſed hæc opinio videtur dubia & non ra
tionabilis propter tria. Primo: quia homo non eſt do-
minus rerum exteriorum, niſi pro quanto poſſunt venire
ad ſuum vſum, & vtilitatem hominis, ſecundum ipſius ar
bitrium & voluntatem. & ideo videmus, quod illæ res,
quæ nunquam poſſunt venire in vſum & vtilitatem homi
nis, ſecundum ipſius arbitrium & voluntatem nunquam
poſſunt cadere ſub eius dominio: ſicut patet de corpori-
bus cęleſtibus. Videmus vlterius, quod ſi aliquæ res aptæ
natæ caderent ſub vſu & vtilitate hominis, & tamen nūc
compertum non eſt, quod venerunt in vſum & vtilitatem
alicuius, eo ipſo ab ipſa lege diſcernuntur eſſe nullius, &
naturali ratione conceduntur, & ſubiiciuntur dominio
primi occupantis. vt patet ff. de acquiren. rerum domi. l.
1. §. quod enim nullus. Hoc ideo videtur contingere,
quod dominium, quod habet homo in exterioribus, pro
uenit ex earum vſu & utilitate: conſtat autem, quod ille,
contra quem proceſſit præſcriptio bonæ fidei, nullo mo-
do poteſt aſſumere rem præſcriptam in ſuum vſum & vti-
litatem. ergo nullo modo dominus, ac per conſequens
non remanſit apud eum directum dominium, ut dicebat
præfata opinio. Secundo patet hoc idem: quia videmus,
quod præſcribens aliquam rem bona fide poteſt transfer
re dominium directum ipſius ad alium, vtpote ſi vendat
rem illam alicui domino, & poſtea recipiat eam in feu-
dum ab eo, dicitur tranſtuliſſe dictam rem in illum domi
num quantum ad directum dominium, & eam ſibi præ-
ſcripſiſſe quantum ad dominium vtile. Conſtat autem,
quod vnuſquiſque homo tale dominium de re quacun-
que ad alium transfert, quale apud ſe habet, ut patet ff.
de acquiren. rer. do. l. traditio. Si ergo præſcribens tale do
minium transferre potuit, videtur quod ipſum apud ſe
habuit, ac per cōſequens dictum tale dominium per prę-
ſcriptionem acquiſierit. Tertio patet hoc idem: quia vi-
demus, quod ille qui habet ſolum dominium utile, & nō
habet dominium totale vtile, & ideo ſemper exhibet ali-
quid domino directo, utpote uel partem vtilitatis, uel ho-
magiū, uel quid tale, per quod tale datur intelligi, quod
ipſe nō eſt dominus directus, ſed ille cui fit illa exhibitio,
vel recognitio, ac per conſequens eo ipſo quod ille qui ha
bet ſolum utile dominium, recognoſcit alium dominum,
uidetur ipſe tale non habere dominium. Si ergo præſcri-
bens bona fide acquiſiuiſſet per præſcriptionem ſolum
dominium utile, non haberet totale dominium: ſed ne-
ceſſario recognoſceret alium dominum, puta illum, con
tra quem præſcripſit, quod patet euidenter eſſe falſum.
24 Ad rationem uero † ipſius opinionis poteſt reſponderi,
quod exceptio eſt facti, & quod hoc caſu elidit actionem
& intentionem agentis, & facit, quod not. ſup. eod. lib. de
li. conteſt. cap. 1. in fine. in glo. & ideo eſt alia opinio quo
rundam doctorum dicentium, quod in præſcriptione ac-
25 quiratur non ſolum dominium † vtile, ſed directū, quod
probant per textum plurium legum, in quibus habetur,
quod præſcribens bona fide ſpatio triginta annorum effi
citur dominus, ſi autem per pręſcriptionem acquireretur
ſolum dominium utile, non diceretur præſcribens effici
dominus, ſed cum quadam determinatione adiuncta, &
diminutione. Confirmatur hoc idem per tres rationes
præcipue. Prima eſt, quod fortior eſt poſſeſſio in rebus
immobilibus, quæ acquirūtur per præſcriptionem, quam
in rebus mobilibus, quæ acquiruntur per vſucapionem,
ſed per vſucapionem acquiritur nō ſolum dominium vti-
le, ſed etiam directum. ergo multo magis debet hoc idem
acquiri per præſcriptionem. Secunda ratio ad idem eſt
talis: quia ſi præſcriptio non acquireret dominium dire-
ctum, iam videretur, quod dominium directum eſſet im-
præſcriptibile, quod patet eſſe falſum: nam & ipſa iura
principalia, de quibus minus videtur, cum ſint oſſibus
noſtris infixa, præſcribuntur ſpatio 30. anno. vt patet
ff. pro ſocio. l. 3. & ff. de pecul. l. ſi quis. & l. ergo. & C. de
26 præſcrip. 30. vel 40. anno. l. ſicut. Tertia ratio † ad idem
eſt talis, quia ille, qui tacuit tanto tempore, præſumitur
conſentire. ff. de verbo. ſignifi. l. alienationis verbum. con
ſtat autem, quod per conſenſum transfertur vtile domi-
nium & directum, vt Inſtit. de rerum di. §. per traditionē.
ac per conſequens videtur, quod per tempus præſcriptio
nis acquiratur vtrunque dominium, ſcilicet tam vtile,
quam directum. hæc autem opinio non videtur rationa-
27 bilis propter duo. Primo: quia † videtur ponere, quod
in præſcriptione acquiratur neceſſario dominium dire-
ctum, quemadmodum in vſucap. cuius contrarium eui-
denter apparet: nam videmus, quod poſſet aliquis præ-
ſcribere contra feudatarium, non præſcribendo contra
dominum feudi: in quo caſu acquireretur per præſcriptio
nem ſolum dominium vtile, & non directum. & econ-
uerſo. Secundo non videtur rationabilis: quia non con-
uenienter diſtinguit inter dominium directum, & vtile,
quaſi duo diſtincta, cuius oppoſitum ſtatim oſtendetur.
& quantum ad iſtam partem prima opinio videtur defe-
ciſſe, ſicut & iſta, propter quæ oīa videtur eſſe aliter proce
dendum in iſto. Sciendum ergo, ꝙ dn̄ium directum & do
minium vtile qn̄que diſtinguuntur, ſicut duo diuerſa iu-
ra, quandoque vero ſicut duo diuerſi modi habendi idem
dominium. debemus ergo imaginari, quod vtile & dire-
ctum quandoque capiunt diſtinctionem penes alium, &
alium modum vtendi: quandoque vero penes alium, &
alium modum habendi. primum patet, quia uidemus, ꝙ
alio mō vtitur re feudata feudatarius, qui colit, & fructū
recipit, quam dominus, qui recipit ſeruitium ſine labore,
& ita ſuo modo dicendum eſt de emphyteuta & principa
li dn̄o. In tali ergo caſu dominiū directum & vtile diſtin-
guitur penes alium & alium modū vtendi. Qn̄q; vero di-
ſtinguitur penes alium & alium modum habēdi, ſiue pe-
nes alium & alium modum acquirendi id dominium, de
bemus namque ſupponere, quod acquiſitio dominij eſt a
iure gentium, ut patet ff. de iuſti & iure. l. ex hoc iure. Ius
autem gentium ſoli homini competit, & eſt quædam ra-
tio naturalis, quæ ſic homini propria eſt, quæ tamen ho-
minibus omnibus eſt collata, quæ quidem ratio natura-
lis eſt quaſi quædam lex tacita, ut patet ff. de bo. damna.
l. cum ratio. Eſt inquam lex tacita, quia in corde homi-
nis diuinitus & naturaliter ſcripta, & nō mandato ipſius

Digitized by Google

prætoris exterius promulgata. Huius ergo legis & huius
iur.naturalis æquitati oportet, ꝙ omnis dominij acquiſi-
tio innitatur, qñq; directe qñque indirecte, ver. gratia de
vtroque. Si.n.occupemus aliquam rem penitus derelictā,
vel quę nunquam extitit alicuius, acquiſitio dominij in il
la re directe concordat & innititur iuri naturali, vt patet
per illam legem ſuperius allegatam.ff.de acqui.re.do.l.1.
§.quod enim nullius.nam dicitur in illa l. ꝙ illa res, quæ
nullius eſt, naturali ratione occupanti conceditur, ac per
conſequens acquiſitio dominij in illa re naturali rationi
directe innititur, quia nulla eſt regula iuris naturalis, ſiue
rationis naturalis, quæ acquiſitioni huius dominij valeat
obuiare. Idem per omnia, ſi acquiramus dominiū in ali-
qua re per liberam traditionem illius, cuius eſt illa res. &
hoc etiam poteſt haberi ff. de acqui. re.do.l.qua ratione.
§.hoc quoque. vbi dicitur, quod illæ res, quæ per traditio
nem noſtræ fiunt, iure gentium nobis acquiruntur, cuius
ratio redditur in ſequenti §. vbi dicitur, quod nihil eſt tā
conueniens naturali æquitati, quam voluntatem domini
volentis rem ſuam in alium tranferre, ratam haberi. Patet
ergo ex his duobus exemplis, quomodo acquiſitio domi
nij in aliqua re quandoque innititur æquitati iur. natura-
lis directe. Reſtat videre de indirecta: euenit enim quan-
29 doque, quod † acquirimus dominium in aliqua re per exa
ctionem illius rei a debitore noſtro nomine pœnæ, quia
iura ciuilia volunt, ꝙ id, quod exigitur a debitore nomi-
ne pœnæ, lucro debet cedere creditoris, vt patet ff.de ſo-
lutio.& libe.l.id quod pœnæ. acquiſitio ergo dominii iſto
modo innititur, & concordat æquitati iur.naturalis. non
quidem directe, vt patet ex duobus. primo, quia illud con
cordat æquitati iur. naturalis directe, cui non inuenitur
alias regula iuris naturalis obuiare: nunc autem huic ac-
quiſitioni dominij obuiat illa regula iur. quæ s. fuit alle-
gata in ſecundo articulo, & habetur eo. titu. locupletari.
cum concor. quia fit cum iactura debitoris. & ſic deuiat
ab æquitate iur.naturalis, quia dicta regula rei obuiat eui
denter, reuocatur tamen ad eiuſdem iur. naturalis æqui-
tatem, per aliam regulam, quæ dicit, ꝙ pro quolibet pec-
cato debet pęna exigi, vt nullum malum remaneat impu-
nitum. Ex quibus omnibus apparet, ꝙ acquiſitio domi-
nii in iſto caſu concordat æquitati iuris naturæ. non qui-
dem totaliter, ac per conſequens, non directe, ſed indire-
cte æquitati, quaſi directe originem ab ea trahendo, imo
quaſi indirecte ad eum redeūdo. Secundo patet hoc idē,
quia acquiſitio illius dominii, quæ totaliter & directe in-
nititur æquitati iur. naturæ, habet efficaciam ſuam & vi-
gorem ſine communi fauore iur. legalis, vt patet in acqui
ſitione dominii ſumpta primo modo, nā dato, quod nul-
lum eſſet ius legale, adhuc primus modus acquirendi do-
minium habet locum. ſecundus vero modus acquirendi
dominium, qui immediate eſt dictus, non habet effica-
ciam & vigorem, niſi ſuppoſito fauore iur.legalis. ſed per
quandam reductionem indirectam, quam reductionem
facit ius legale, quia ad ipſum ſpectat naturalis iur. regu-
las concordare, vt poteſt patere ex his, quæ dicta ſunt in
ſecundo articulo. & ideo talis modus acquirendi domi-
nium locum non haberet, ſi ius ciuile non eſſet. apparet
igitur ex omnibus his propoſitum. Sciendum eſt tamen,
30 ꝙ licet ſint † duo modi acquirendi; tamen idem eſt domi
nium per quodcunque illorum acquiſitum. eundē enim
modum & vſum vtendi habet vterque acquirēs, & ſic pa
tet illud, quod ſuperius dicebatur. ſ. ꝙ dominium dire-
ctum & vtile quādoq; diſtinguitur penes alium, & alium
modum vtendi, & tunc ſufficiunt duo particularia & di-
ſtincta dominia, quandoq; vero penes alium, & aliū mo-
dum habendi & acquirendi, & tunc ſunt vnum dominiū
ſibi poſſibile acquiri per præfatos duos modos. Sciendū
31 vlterius, ꝙ ex † proceſſu ſuperius habito poſſumus collige
re duplicem rationem, quare dñium directū dicatur oſſi-
bus noſtris infixum, & a nobis inſeparabile, vt habetur ff.
pro ſocio.l.3.& ff.de pec. ſi quis ergo. Vna quidem rō eſt,
quia tale dominium directe innititur iuri naturali ſiue ra
tioni naturali, vt patet ex dictis. Ratio autē generalis eſt
cordi noſtro infixa, & a nobis inſeparabilis, vt ait Aug. 2.
confeſ. ſic innuens, lex inquam ſcripta in cordibus homi
num, quod nec vlla quidem delet iniquitas. dominium
ergo directum dicitur oſſibus infixum; quia innititur illi
iuri, quod nobis eſt infixum, & a nobis inſeparabile. Se-
cunda ratio eſt, quia ius naturale eſt fortius & efficacius,
quā ſit ius legale. & naturalis ratio fortior & efficacior,
quam ſit humana volūtas. omne ergo illud, quod eſt vni-
tum naturali iur. & naturali rationi, non poteſt a nobis ſe
parari iur. legali & humana volūtate. Dominium ergo di-
rectum eſt nobis vnitum naturali iur, & naturali ratione.
ergo nō poterit a nobis ſeparari per ius legale, vel huma-
nam voluntatem, ac per conſequens dicetur rationabili-
ter oſſibus noſtris infixum & a nobis inſeparabile. His
ergo omnibus declaratis facile expeditur, quod quærreba
tur in hoc articulo, vtrum præſcriptione acquiratur do-
32 minium. Dicendum itaque † eſt, ꝙ in ea & per eam vno
modo acquiritur dominium vtile, & directū, & alio mo-
do tm̄ dñium vtile, & non directum. Nam ſi capiamus do
minium vtile & directum, prout diſtinguitur ex modo v-
tēdi, præſcribens rem ſimpliciter, habet omnem modum
vtendi, & tunc ſufficiunt duo particularia, & diſtincta do-
minia. quandoque vero penes alium, & alium modum ha
bendi & acquirendi, & tunc ſunt vnum dominium ſibi
poſſibile acquiri. ergo habet vtrunque dominium vtile,
& directum, alias non haberet dominium totale, ſed par-
tiale, ſed recipiendo directum, quod directe deſcendit a
iure naturali, tale directum non habetur per præſcriptio-
nē, ſicut habetur in re illius occupata, vel a vero domino
tradita, illis enim aſſiſtit naturalis æquitas, & huic reſi-
ſtit, tñ ad illam indirecte reducitur, vt eſt dictum. Forma-
bat ſuper his duas rationes, quarum prima erat. Per id ac
quirimus dominium vtile & directum primo modo per
hoc habemus totalem vſum & vtilitatem de re præſcrip-
ta, ſed per præſcriptionem id euenit. ergo &c. Secunda, il
lud dominiū acquiritur indirecte, quod ab æquitate iur.
naturæ non directe exoritur, cum ad illam indirecte indu
citur, ſed dñium per præſcriptionem acquiſitum eſt tale.
ergo &c. prolixe etiam proſequitur iſtas, quod omitto.
33 QVINTVM † erat, vtrum præſcribens mala fide debe-
ret cenſeri cum raptore, vel in qua ſpecie peccati ſit locā-
dus? Ad huius ergo quæſiti euidentiam eſt primo atten-
dendum, quæ differentia ſit inter furtum, & rapinam, &
34 vſuram. Sciendum † igitur, quod præfata tria ſe habent
per ordinem. furtum ſe habet in plus, quam rapina, & ra
pina plus, quam vſura. Nam diligenter conſideranti pate
bit, quod de ratione furti ſunt duo, ſcilicet quod per ipſū
vſurpetur res aliena, & hoc eſt primum. Secundum eſt,
quod dicta vſurpatio ſit occulta. per primum autem iſto-
rum duorum ratio furti extenditur ad rapinam. 14. q. 5.
pęnale. per ſecundum vero diſtinguitur ab ea. facit ſupra
de fur. cap. 2. de ratione autem rapinæ ſunt tria. primum
eſt, quod per ipſam uſurpetur res aliena & per hoc collo-
catur ſub furto. Secundum eſt, ꝙ dicta uſurpatio ſit ma-
nifeſta, & per hoc ratio rapinæ diſtinguitur a furto & ex-
tenditur ad uſuram. 14. quæſt. 4. ſi quis uſuram accipit, ra
pinam facit. Tertium eſt, ꝙ illa uſurpatio ſit penitus uio-
lenta, & per hoc diſtinguitur ab uſura. De ratione autem
uſuræ ſunt tria. Primum quòd per ipſam uſurpetur res
aliena. Secundum eſt, quod uſurpatio eſt manifeſta. Ter-
tium eſt, quòd illa uſurpatio fiat per conſenſum coactū,
& extortum ratione mutui, quo ſoluens timet carere, ac
per conſequens, nec penitus uoluntaria, nec penitus uio-
lenta. 15. quæſt. 1. merito quæritur. & per hoc diſtinguitur
a rapina. Viſis autem his, poſſumus faciliter reſpōdere ad
illud, qđ in illo articulo eſt quæſitum, nā cum quæritur,
vtrū præſcribens mala fide debeat cenſeri cū fure, uel cū
raptore,

Digitized by Google

35 † raptore, vel in qua alia ſpecie peccati ſit locandus, apparet ꝗ volendo loqui proprie, non poteſt cenſeri cũ fure, nec ẽt cum raptore, q̃a peccatum furis, vel latronis vel raptoris cõſiſtit principaliter in rei alienæ vſurpatione, & nõ in rei alienæ detentione, nã dato, quod fur, vel raptor in ipſo actu vſurpationis deprehẽdatur, furis vel raptoris nõie cenſebitur, & vterque eorum tanq̃ fur vel raptor a iudice punietur, nõ obſtante, quod in re aliena habuerit ſolum actum indebitę vſurpationis, & nullum actum adhuc indebiti vſus vel detentionis, ipſa vero rei alienæ detentio, magis concurrit ibi vt circũſtãtia aggrauans peccatũ & ideo videmus, quod quanto maiori tpe res aliena ab eis detinetur, tãto plus a legibus puniuntur. Quapropter apparet immediate, quod pſcribens malę fidei non poteſt proprie & directe cenſeri cum fure vel raptore, q̃a peccatum ipſius totaliter vel ſaltem principaliter in rei alienæ detentione cõſiſtit. nã dato quod a principio poſſeſſionis bonam fidem haberet, ſi tñ poſtea ante tempus finitæ præſcriptionis mala fides adueniat, poſſeſſor & præſcriptor malæ fidei eſt cenſendus, nec eius præſcriptio curret, ſm iura can. licet ſecus ſecundum iura ciuilia, vt patuit in tertio articulo. Illud ergo, quod eſt ſolum circunſtantia aggrauans peccatum in fure & raptore, ſcilicet rei alienæ detentio, ipſa quidem eſt peccatum conſtituens in malæ fidei poſſeſſore & præſcriptore. Ex quo etiam apparet vlterius, ꝗ non debet per legem pœna infligi præſcriptoribus malæ fidei, quemadmodum furibus & raptoribus, nã leges furibus & raptoribus pœnam infligunt, quia eorum peccatum non ſolum inficit conſcientiam, ſed etiam lædit rempublicam. Ad cuius conſeruationem totus conatus l. inſiſtit, ſi enim fures & raptores non punirentur, ciuilis ſocietas paſſim totaliter tolleretur, quod pauci, vel nulli poſſent rem ſuam pacifice poſſidere. peccatum autẽ poſſidentium & præſcribentium mala fide quamuis conſcientiam inficiat, rem tamen publicam non commaculat, quia nullius hominis & pax & poſſeſſio perturbãtur, nam etiam & ille qui propter præſcriptionem rei ſuæ perditæ turbari non debet contra illum, qui pręſcripſit, quia perditio ſuæ rei magis debet aſcribi ſuo proprio defectui, ex eo quod rem ſuam repetere neglexit, q̃ defectui, &
36 peccato ipſius poſſidentis mala fide, & idcirco † pro tali peccato non debet pœna infligi, imo debet diuinæ prouidentiæ puniendum relinqui, quia & multa ſunt talia peccata, quæ lex humana dimittit, & diuinæ prouidentiæ puniendà relinquit, teſtante B. Aug. in 1. lib. de libero arbitrio. vbi ſic ait. Lex iſta, quæ regendis ciuitatibus fertur, multa concedit & impunita relinquit, quæ per diuinam
37 prouidentiam vindicantur. Intelligendum † tamen vlterius, quod quamuis mala fide poſſidens, vel præſcribens, non poſſit proprie & directe cenſeri cum fure, vel cum raptore, interpretatiue tamen & indirecte poteſt, & debet cenſeri cum vtroque. & ſi actum rem publicam non lædit, ſicut fur, vel raptor, ad exteriorem ſuam tamen conſcientiam non minus coram Deo inficit, nam veraciter eſt fur & raptor, quantum ad interiorem effectum, licet non quantum ad exteriorem, attamen & iuxta iſtum ſenſum videtur loqui 14. q. 5. ſi quid inueniſti & non reddidiſti, rapuiſti & c. ille enim qui inuenit rem alienam, & eã non reddidit, licet non ſit raptor directe, & proprie quantum ad actum exteriorem, quia rem alienam non videtur per violentiam vſurpare, eſt tamen raptor interpretatiue, & indirecte quantum ad actum interiorem, quia rem alienam ad modum raptoris ſibi appetit vendicare. & ita coram Deo ita habet infectam conſcientiam ſicut raptor, quia Deus plus ad affectum reſpicit, quam ad actum, & hoc eſt, quod dicitur in eodem decreto ibidem. Qui alienum, inquit negat, ſi poſſet, etiam tolleret. Deus enim cor interrogat, & nõ manum. Concludo ergo quantum ad illud, quod in iſto articulo principaliter eſt quæſitũ, quod præſcribens mala fide, quamuis proprie & directe non poſſit locari in eadem ſpecie peccati cum fure, & raptore, interpretatiue tamen & indirecte debet in eadem ſpecie peccati cum eis locari. Et ex hoc apparet immediate, quod præſcribens mala fide quantum ad peccatum conſcientiæ æquipollet furi & raptori. & per conſequens indiget ſuam conſcientiam rectificare & purgare, quemadmodum fur vel raptor, ſed fur & raptor non poſſunt ſuam conſcientiam purgare & rectificare niſi per reſtitutionẽ, quia non dimittitur peccatum &c. ergo eodem modo præſcribens mala fide non poterit ſuam conſcientiam rectificare & purgare, niſi per reſtitutionem. Ex hoc appa-
38 ret † immediate reſponſio ad quæſtionem principalem, nam ſi præſcribens mala fide tenetur ad reſtitutionem, quemadmodum fur & raptor, vt nunc oſtenſum eſt, relinquitur neceſſario, quod ſicut fur vel raptor non poteſt tenere vel defendere furtum vel rapinam contra illum, cui furatus eſt ſine peccato, & ita etiam nec ipſe præſcribens mala fide poteſt tenere vel defendere rem præſcriptam ſine peccato contra illum, cuius fuit res illa præſcripta. Ad argumentum autem contrarium reſpondebitur in fin. ſequentis articuli.

39 SEXTO, quærebatur, vtrum mala fides † adueniens pſcriptione completa tollat ipſam præſcriptionem, & vtrũ obliget præſcribentem ad reſtitutionem, quemadmodũ mala fides præueniens. Ad hoc autem communiter reſpondent iuriſtæ, quod non, propter tria. Primo, quia primo ſi compleatur præſcriptio bona fide durante totius videtur reddi præſcribens non ſolum ſm ius ciuile, ſed etiam ſecundum ius canon. vt patet extra, de præſcipt. de quarta. & c. ad aures. 16. q. 3. c. 1. & 2. & 3. & c. dilecto. Secundo probatur hoc idem, quia ſi cõpleatur præſcriptio bona fide durante, iam factum eſt meum, quod erat alienum, vtriuſque iur. authoritate, non obſtante quacũque mala fide poſtea ſuperueniente. hoc ſic ſuppoſito, patet talẽ ad reſtitutionem non teneri. Tertio probatur hoc idẽ ꝗ nullus tenetur reſtituere illud quod poſſidet iuſte & bene, ſed ipſe præſcribens poſſidet rem præſcriptam iuſte & bene, non obſtante mala fide ſuperueniente. ergo eam reſtituere non tenetur. maior eſt euidens, minor probatur, quia illud, quod habetur de iure, poſſidetur iuſte & bene, ac per conſequens, non eſt alienum, vt patet 24. q. 1. quid dicam, Ipſe autem præſcribens habet & poſſidet rem pręſcriptam de iure. ergo iuſte & bene. & ita non vr poſſidere rem alienam, ſed ſuam, ac per conſequens non teneri ad reſtitutionem. ¶ Iſtis tñ non obſtantibus ſm fratrem Gerardum dicendum eſt, ꝗ tenetur, qui ſic præſcripſit in foro conſcientiæ reſtituere rem præſcriptam. Et ad ſuperiores rationes reſpondet, quod & ſi concludant in foro contentioſo, non tñ concludunt in foro conſcientiæ, de quo nunc agitur. Nec obſtat, quod dictum fuit in 3. articulo, in fin. quod ius cano. intendit ad vtrunque forũ litigij. ſ. & conſcientiæ, & ſic in vtroque poteſt quem facere tutum, q̃a illud verum ſm eum in his, quæ ad vtrunque forum reduci poſſunt, ſed in illis, q̃ non poſſunt reduci ad forum litigij, vt in caſu noſtro, relinquit eos Deo ſententiandos in foro conſcientiæ. Poterat. n. exemplum ponere de ocultis. 32. diſt. erubeſcant. Probat autem ſolutionem ſuam tribus rõnibus, quarũ mentem ſolã aſſumam. Fundatur autem prima ſuper hoc, quod contra intentionẽ iurdantis efficaciam præſcriptioni bonæ fidei eſſet, ſi ſuperueniens mala fides non noceret præſcribenti, quia [illegible] id mala fides eſſet fauorata a præcedenti præſcriptione. Cuius cõtrarium ſtatuens intendebat, ſcilicet quod eius curſus nullum fauorem præberet malæ fidei. ergo nec tunc, nec poſt fauere poterit. inducere poterat 1. q. 1. eos. in fi. & q. 3. ſi quis abiecerit. & c. fi. Secunda ratio in hoc conſi-
40 ſtit, bona † fides eſt fundamentum præſcriptionis. & illi dat efficaciam, ceſſante autem fundamento, ẽt poſt præſcriptionem, & ipſius effectus inducere poterat, ſic eſſe in domo materiali iam completa, dicit autẽ, quod licet præ-

ſcriptio

Digitized by Google

ſcriptio compleuerit curſum ſuum, tñ quo ad dñium acq ſitum ego illo fundamento pro toto tpe durationis, vt ſicut acquiſitio ſic & duratio conueniant iuri naturali &
41 boni. Tertia vult ratio, quod † cum ſemper veritas ſit erroris correctiua, correcta ſide erronea per ſuperueniētem ſidem veram, omne ſequutū ex illa erronea, eſt ēt corrigēdum, & ſic præſcriptū mutabitur in non præſcriptū, per quod reſtituere cōpelletur, ſm fra. Gerardū. Ponderatis quæ ꝟ dicam, perpendes, quod nimis pertinax fuit in hac opinione, tñ ad hanc partē ad tres ſuas rationes addūtur potiſſime tres textus. ſ. c. ſi virgo. 34. q. 2. c. vigilanti. de præſcri. & regula peccati, ꝙ ſequitur. Illa, quæ allegantur in contrarium, vide no. in præ. c. vigilanti. vbi ēt no. tres opiniones, quarum prima dr̄ theologorū, ꝙ teneatur. ſecūda iuriſtarum, ꝙ non teneatur. tertia diſtinguentis cām lucratiuam a non lucratiua, ꝗ diſtinctionem dicit Hoſ. tolli per dec. apoſtolicæ. de don. ver. vnde cū grauē. & C. de pſcri. tem. l. pe. vt dixi in prin. quæſtionis, articulus iſte ſatis eſt certus. Ideo no. 14. q. 6. ſi res bene. in præ. c. vigilanti. & e. ti. c. ſi. in prin. vlt. gl. oēs ſummiſtæ, Ray. ſ. in ſum. de præſcr. ver. item pone, quod eſt completa. Gof. e. ti. in ſi. Hoſt. ibi plene ſuper rubrica de præſcrip. rerum immo. §. quæ exigantur. ſub §. verum quicquid, verſ. ſed quid ſi iam cōpleta. Ray. autem ſic dicebat, ſi habet præſcribēs conſciētiam remordentem, ſatisfaciat cōſcientiæ, ſi dicit ſe de peritorum conſilio conſcientiam nō hr̄e, vel ſi ꝗ habuit poſt præſcriptionem completam, dicit ſe illam ad prædictorū conſilium depoſuiſſe, conſuluit adhuc eligendam tutiorem viam, vt. ſ. reſtituat propter duplicitatis ambiguum. & maxime, quia non facile oīa quæ debent, in præſcriptione concurrunt, ſi non acquieſcit, non audet illum ponere inter ſaluandos per ſuperiores rationes, nec inter dānandos per iura contraria, maxime quia per vniuerſum, quo ſe extendit poteſtas eccleſiæ, ſic ſeruari vr̄. Goff. autē vbi s̄. dicit opinionem theologorum eſſe conſilium, & neceſſario non ſequendum. 14. q. 1. quod præcipitur. Hoſt. vbi s̄. deridet opinionem contrariam, tenet tñ, quod ſi cōſcientia remordet, nec informatur ad dictū peritorum, ſequenda eſt, licet erronea. de ſen. ex. inquiſitionē. de ſimo. per tuas. 2. dicit tamen, illum non theologum, ſed ſcrupuloſum timētem, quod timendum non eſt. de ſimo. & ſi q̄ſtiones. cum concor. dicit autem de illis non eſſe ponderādum, quod præſcribens iur. authoritate dominium acquiſiuit. Inducit ēt Leuiti. 25. circa medium, vbi præſcribitur vendēti domum intra vrbem, quam redimere poterat infra annum, quod anno elapſo non poterit etiam in anno iubilei, quo regulariter venditio reuertebatur ad priſtinum dominum. & vt dicit, falſum eſt, quod poſt præſcriptionem completam habeat præſcribens conſcientiā rei alienæ, cum illa ſit ſua, & ſic ſoluuntur contraria. Inducit
42 etiam, quod propter † neceſſitatem famis rem alienā occupare licet. s̄. de furt. ſi quis propter neceſſitatē, & equū poſſum alieno pabulo reficere, per conſtitu. Federici, de pac. ten. §. vlt. & rem alienam per donationem principis licite tenere. ff. ad l. Rhod. de iac. deprecatio. & de euic. l. Lucius. Item ſcias, quod hanc opinionem iuriſtarum tenuit ēt Thomas in quol. 13. art. 6. vbi cum tractaret principalem quæſtionem huius thematis de præſcribente cū mala fide dixit vt ſupra ad reſtitutionem teneri, ſubdens ſic, ſed qui bona fide præſcripſit, ad reſtitutionem non tenetur, licet ſciat poſt præſcriptionem illud fuiſſe alienū, hoc ponit, & nil plus Damaſus in quæſtione ſua. 2. de pręſcrip. nil elegit, ſed dixit theologos dicere, quod tenent,
43 iuriſtas, dicere contrarium. Concludo † igitur, quod opinionem, quod reſtituere non tenetur, tenet Io. & B. vbi. s̄. Tan. & Vinc. in dec. vigilanti. Inn. in dec. vlt. de præſcript. Gof. & Thomas vbi s̄. & hoc ſequor. ſaluo qđ poſt Ray. & Hoſt. dixi de conſcientia remordente. Vltra ſuperiora induco conſenſum ſaltem fictum illius, contra quē præſcribebatur, per l. alienationis verbum. ff. de verbo. ſignifi. & vide quod dixi ſupra. 4. articulo, ver. tertia ratio ad idem eſt. facit regula, qui tacet. eo. tit. cum concor. ſicut aſſentit ſententiæ, qui infra tempus limitatum negligit appellare, de re iudica. quod ad conſultationem. & certe fortiter facit hæc ratio, ſaltem quando domino rei ſciente res ipſa præſcribitur. Secundo induco, de præſcript. de quar-
44 ta. & c. ad aures. & c. auditis. & apertius dec. primam † eo. tit. lib. 6. per quæ iura probatur, rem, quæ de iure communi ſpectat ad eum, contra quem præſcribitur, præſcribi ſpatio quadraginta an. cum aliquali titulo, vel ſine titulo per tempus, cuius non eſt memoria, per quod concludo, aut opinionem contrariam, aut hæc iura fore delēda. Certiſſimum enim eſt, quod eo caſu completa præſcriptione conſtat præſcribenti ad alium pertinuiſſe rem, quam præſcripſit, & tamen textus approbat ſibi illius iuris, vel rei dominium competere, per quod patet, illud dictum doctorum, eſſe text. diffinitionem non ſimpliciter opinionē. Nec opponas titulum ibi requiri, quia conſtat per illum non competiuiſſe dominium. Nec dicas ſpeciale in tempore, cuius de contrario non eſt memoria, quia contrariæ opinionis ratio locum habet poſt omne tempus quantūcunque longiſſimum. Tertio fortiter facit regula, factum legitime, cum concordan. per quas dilatari poſſet materia. ¶ Ad iura contraria reſpondetur, quod capitulum, ſi virgo. loquitur de illo, qui ſcit ſe alienum poſſidere, & ſic nil ad propoſitum. Item dico de decre. vigilanti. quæ dicit, quod non iuuat poſſeſſorem alieni prædij aliqua antiqua poſſeſſio cum mala fide. Hic autem quæritur de poſſeſſore prædij, regula peccatum, præſupponit peccatum, cum de eius dimiſſione loquatur, dimitti autem non poſſet, quod non fuit. de deſpon. imp. ad diſſoluendum. cum concor. Quare patet, quod ad præſcriptionem inchoatā & perfectam cum bona fide non facit regula, cum ibi nullum peccatum. concedo autem regulam facere, vbi cum peccato inchoaſſet, vel proceſſiſſet præſcriptio. Ad rationes fratris G. reſpondetur primo ad primam, quod cum finis ſit terminus extremus eorū, ꝗ gerunt, ius dans efficaciam pſcriptioni bonæ fidei, intentionem ſuā non porrexit vltra eius fines, vel terminum extremum, nec eſt ēt verum, quod ſnīa ſuperueniens, ꝙ res fuerit aliena, dicatur proprie mala fides, ſicut in emptore, donatario & ſimilibus eſt videre. Secunda ipſius ratio impugnatur ex dictis per eum ſupra articulo primo. vbi in deſcriptione pręſcriptionis de bona fide nil dixit, ſed efficaciam eius conſtare dixit in legū authoritate. Fundamentum autem huius authoritatis interponendæ motiuum dixit negligentiam non petentis tpe limitato, vt ibi. ergo illo finito hæc duo non poſſunt plus eſſe. ergo nec præſcriptio deficere, pręteritum enim nequit non fuiſſe. ff. de cap. & poſtli. reuer. l. in bello. § factæ. & ſi velis me fateri bonam fidem fuiſſe partē fundamenti, dico, vt s̄. quod illa, quæ fuit, nunquā deficit fuiſſe, & ſic nunquam præſcriptio illo fundamento carebit. In rebus corporalibus non ſic, quia facile deſtruūtur. de tranſlato c. 1. in princi. Eodem modo reſpondetur
45 ad tertiam rationem, quia nunquam † veritas ſuperueniens poteſt operari, quin præſcriptio habuerit ſua comitantia ſibi neceſſaria, quæ nunquam quo ad vires præſcriptionis corrigi poſſunt. alias ęque diceres, quod qui neglexit, poſſet purgare negligentiam poſt præſcriptionem completam, quod patet falſum. ¶ Ad fortificationem ēt prædictorum eſt ſciendum, quod etiam hi, qui fateri nolunt, quod princeps rem vnius poſſit alteri conced[e]re, & ſic nec eius lex ſm eos, iſti tamen fatentur, quod modi acquirendi & diſtrahēdi dominia ſunt de iure naturali, vel gentium. Cum ergo iſte ſit ſeptimus modus transferendi per præſcriptionem, licitus eſt, ex quo eſt cum bona fide, quare non erit, qui præſcripſit tutus, ſicut qui emit, & maxime deuoluta in ſiſcum. ſi. n. per ius poſitiuum ille tutus eſt, quare non iſte præcipue, cum negligentia aliquid naturale, id eſt, conſenſum includat, vt ſup. dixi.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 Affirmatiua poſt negatiuam, an ponat, vel potius priuet.
2 Niſi dictionis vis & vſus.
3 Reſtitutionis verbo, vtilitas actoris continetur.
4 Contractus vſurarius an aliquo iure permittatur. & nu. 6. 29.
5 Iudæorum ritus cur ferat eccleſia Chriſtiana.
7 Vſura quid.
8 Vſurarium an conſtituat ſola intentio, ſiue ſpes lucri, nullo ibi interueniente pacto obligante, ita quod ad reſtitutionem obliget.
9 Vſura duplex. Duo item de ratione vſuræ.
10 Vſura in quibus committatur.
11 Mutuum cur conſiſtat tantum circa tria genera rerum.
12 Contractus vſurarius an ſit ex natura rei vitioſus, & malitia con ſolutus.
13 Vſuræ incommoda, & abuſus contra rerum naturam. & per diſcurſum nu. 14. 15. 16. & 38.
17 Contractum vſurarium an iura debeant admittere propter aliquod bonum inde naſcens, vel ob grauioris mali fugam. & nume. 19. 22. 32.
18 Malum minus permittitur, vt maius vitetur, trifariam.
20 Diſpenſatio cur non cadat ſi. per contractu vſurario.
21 Vſurarij infelix deceſſus.
23 Contractus vſurarius, in quo caſu a iure ſit permiſſus. & nu. 31.
24 Ius ciuile an diſſideat a iure canonico, maxime ſuper vſuris. Vel an ita inter illa conueniat, vt quicquid eſt contra vnum, neceſſario afficiat & alterum. & nu. 26. 28. 30.
25 Iuris canonici & ciuilis diſcrimen quo ad modum inducendi.
27 Legiſlatores magis ſpectare amicitiam, quam iuſtitiam.
33 Mala duo vbi concurrunt, & alterutrum neceſſario eſt ſubeundum, eligendum eſt minus.
34 Lucrum non poteſt licite percipi & exigi ex ſola pecunia, nulla adhibita opera.
35 Vſura non cadit, vt plurimum, niſi vbi mutuum.
36 Vtile ab honeſto non ſeparandum.
37 Vſuras quatenus leges ferant.
39 Molendinum habens, & mihi pecunias præſtans, vt eius molendino vtar potius, quam aliorum, an ſit vſurarius, & teneatur ad reſtitutionem. Et quatenus illa ſit facienda, Et cui.

APPENDIX.

Peccatum. Dicit Io. mo. quod æquitas huius regulæ probatur per doctrinam, q̄ datur de reſolutione contractus.
1 C. quando ab emp. re. l. 1. & 2. [Niſi] de hac † dictione dicit hic Dy. quod poſt negatiuam ponit, poſt affirmatiuã priuat. de hoc etiam per Arch. ſ. eo. li. de conſtit. c. 1. plenius per Cy. C. de tranſa. l. 4. Ad primum, quod poſt negatiuam ponit, alleg. Dy. hoc ca. & ſeque. ff. de ven. in poſſ. mit. l. extraneo. ff. de fer. l. ſi feriatis. de cuſt. & exhib. reo. l. 2. §. vlt. & de auro & arg. le. l. Titia. Ad ſecundum inducit. ff. eo. tit. quo tutela. in prin. de diuer. & tempo. præſcri. l. acceſſiones. §. vlt. ad turpill. l. 1. §. pen. de iure fiſci. l. 1. §. multorum. & §. vlt. Allegatur contra hoc ff. eo. l. nemo ex his. in princ. vbi priuat, & non ponit, & tamen negatiua præcedit. Reſpondet, quod illa negatiua æquipollet affirmatiuæ, & ideo dictio, niſi, priuat, ſicut ſi affirmatiua præcederet. vide textum illum ſub litera N. Item contra ff. de
2 ma. teſta. Titia. §. vlt. vbi præcedere † videtur negatiua, & tamen dictio, niſi, non ponit. Reſpondet, quod ibi non p̄ceſſit negatiua, ſed ſecuta fuit. & ideo nõ videtur habuiſſe animum concedendi, & propter præſumptionem animi impedientis, impeditur datio libertatis. ff. de adim. le. l. legata inutiliter. & de condi. & demon. l. cum tale. §. vlti. Arch. in prædic. decre. concor. diſtinctioni prædictæ, dicit tamen, quod quandoque tenetur improprie, allegat 2. q. 1. votum. 8. q. 3. Artaldus. de accu. accuſaſti. & quandoque ponitur pro ſed. 38. di. ſedulo. de pœ. diſtin. 1. ſicut primi. vbi no. ad idem. de pœ. di. 6. c. 1. Quandoque, niſi, facit adiectionem. ff. de leg. 3. fideicommiſſa. §. ſic fidei. Et facit ad quæſtionem de illo, qui promiſit non vendere alij domum, niſi mihi, de qua ff. ſi quis caut. ſi eum. in fi. & vide quod no. in Specul. de ſpon. in prin. [reſtituatur] licet requiratur reſtitutio, tamen nec illa ſola ſine pœnitentia ſufficit, vt proxima regula. licet Dy. hic notet contrarium, per contrarium huius literæ, ſuper quo vide, quod no. in clemen. de uſuris. ex grandi. in gl. antepe. ¶ Prima gl. ponit exempla. Secundo diſtinguit tria nomina. tertio tractat, quid ſi reſtitui non poſſit. Secunda glo. ponit primo caſum exceptum. ſecundo dicit, cui fienda ſit reſtitutio. tertio quærit, remit. & ſol. vlt. gl. quærit & ſol. ¶ In 1. gl. ibi [Quod autem] res futura non vſucapitur, niſi in poteſtatem reuertatur, & ibi [ſubtracto] periculo raptoris, & furis res perit etiam naturaliter. ¶ In gl. 2. ibi [cum prætor] Sequitur, dicat, vt opus factum reſtituatur, etiam
3 † damnum datum actor conſequi debet, nam reſtitutionis verbo vtilitas actoris continetur. & ibi [plus eſt] ſequitur, in reſtitutione, quam in exhibitione. & ibi [reſtituere] intelligitur reſtituere, qui ponit actorem in priſtinam cauſam. & ibi [inuito] Si inuito vel ignorante creditore alteri ſoluo, non liberor. Secus, ſi ipſo mandante, vel ratum habente. & ibi [ſi vero] ſi conſtituiſti te ſoluturũ mihi & Titio, & poſtea hoc conſtituiſti mihi ſoli, ſi poſtea ſoluis Titio, nihilominus mihi teneris. & ibi [l. 2.] emphyteuta, qui domino ſuſcipere nolente cõſignat, & deponit, non timet deiectionis periculum. In glo. vlt. ibi [l. vltim.] vide in dec. prima proxi. alleg. in prima gl. Io. An. In 1. gl. ibi [ſi peccatum] & diſt. 3. ille tex. ad fi. & de hoc C. ſi ad uer. delic. ſuper rubrica, alleg. l. 2. & ibi dimittitur peccatum intantum, quod etiam de iure ciuili abſolueretur, ſ. n Dy. non obſtante, quod perſonæ difficultas non excuſat debitorem. ff. de verb. oblig. l. cõtinuus. §. illud. nam illud verum, niſi datio eſt in obligatione, ſed vbi eſt in obligatione contractus, vel iudicij factum perſonæ caſu contingens in perſona debitorem excuſat. de contractu patet. ff. ad l. Rho. de iac. l. vltima. §. pen. de iudicio. ff. ſi quis cautio. l. 2. alias, ſi is. §. ſi quis. Cum ergo reſtituere ſit factum, ſicut rem tradere. ff. de verb. oblig. vbi autem non appa ret. §. qui id. & l. ſtipulationes. §. idem puto. impedimentum ergo ſuperueniens in perſonam debitoris quod reſtitutionem impoſſibilem facit, debitorem excuſat, niſi culpa præcederet caſum. ff. ſol. matr. etiam. §. licet. vel niſi de linqueret ſub ſpe veniæ. ff. commo. l. in rebus. §. quod autem. & ibi liberaliter remitteret, hoc intelligit Dyn. cum res eſt reſtitutioni parata, quaſi tunc fingatur reſtituta, & poſtea reſtituenti donata, ar. ff. de donationibus inter virum & vxorem. l. 3. in fi. de iure dot. l. vir ab eo. ſi certum petatur. ſingularia. circa finem. & de ſolut. l. Proculo. & ff. de rei vendic. hoc ſi res. alias non remittitur peccatum ei, qui reſtituere poteſt propter rationem, quæ ſequitur in glo. multum puto in his animum ponderandum, nec tutum puto illum, qui gerit in mente, non reſtituere, remiſſione non facta.

QVAESTIO.

Huic regulæ & ſequenti coaptabitur alia queſtio ipſius
4 fratris Gerardi, qua quærebatur, an cõtractus † vſurarius ſit permiſſibilis aliquo iure? Et videtur quod ſic, quia vnuſquiſq; licite poteſt accipere, quod ſibi voluntarie eſt donatũ, ſed illud quod recipit fœnerator per contractum vſurarium, eſt ſibi voluntarie donatũ. ergo poteſt ipſum licite recipere, & per cõſequens contractus vſurarius erit licitus, & de iure permiſſibilis, maior patet. minor probatur, q̄a datio vſurarum eſt per voluntarium pactum. Ad oppoſitum eſt, quia rapina eſt nullo modo permiſſibilis, ſed vſura eſt rapina. ergo. &c. Maior patet, minor probatur. 14. q. 4. ſi quis vſuram accipit, rapinam facit &c. Præſciendum eſt, quod huius q̄ſtionis dubitatio quatuor vijs poteſt oriri. Prima, quia cũ quædam ſint peccata, quia p̄hibita, & quædam prohibita, q̄a peccata, cuius ſimile de ſimo. not. de offi. deleg. ex parte. 1. cum ſuis remiſſio. De primis exẽplũ de peccato primorum parẽtũ circa eſum ligni vetiti, quod non fuit peccatum, quia ex ſui natura ha beret

beret malitiam conuolutam, ſed ſolum, quia prohibitum,
& de hoc. 11. quæſtione 3. quid ergo. De ſecundis exem-
plum de præceptis decalogi. Exod. 20. quæ tranſgredi p-
hibitum eſt, quia peccatum, & ideo peccatum, quia ex
ſui natura vitioſum, & habet malitiam conuolutam, con-
trariatur enim virtuti, & ex ſui natura a Deo diuertit, &
agentem deordinat. Dubitari autem poſſet an inter pri-
ma, an inter ſecunda computetur peccatum vſuræ. Nam
inter prima, ſcilicet, peccata, quia prohibita, minus vide-
retur inconueniens aliquo caſu vſuram permiſſibilem, q̃
ſi prohibitum eſſet, quia vitioſum, & malitia conuolutũ.
Secunda via, quia videmus aliqua mala permitti & tole-
rari propter aliquod bonum, quod inde ſequitur, vel pro
5 pter maius malum vitandum. De primo † exemplum de
tolerando Iudæorum & ſuorum ritu. 45. diſt. qui ſincera.
quod licet in eis ſit mortale, tolerat eccleſia propter bo-
num, quod inde oritur, quia noſtræ fidei veritas in libris
ipſorum velata, & in ritibus figurata noſtris oculis luci-
de demonſtratur, & ſic fidei noſtræ teſtimonium robora-
6 tur, vt dicit Auguſtinus 18. de ciuitate Dei, ſecundo † ha
betur exemplum. 4. diſt. denique. Cum ergo contractus v-
ſurarius quandoque poſſet vtilis eſſe reipublicæ, & parti-
bus gratus & vtilis. Item per ipſum quandoque vitari poſ
ſet magnum malum vel periculum. ergo videretur in illis
terminis permiſſibilis. Tertia via eſt, quia vtrunque ius ca
no. & ciuile certis caſibus permittunt aliquod recipi vl-
tra ſortem, vt in fructibus rei pignoratæ genero pro dote.
ff. de do. ex. l. pater. ſup. de vſur. ſalubriter. facit ad idem.
eo. ti. c. 1. & 2. & c. conqueſtus. Quarta via inſurgit ex duo
bus, an ius ciuile obuiare poſſit iuri canonico, de quo 10.
di. c. 1. quia ſi poſſet, diceretur vſurarius contractus de iu
re ciuili permiſſibilis. Ad veritatem ergo quæſtionis & ſo
lutionis habendam primo declarabitur, quid ſit vſura, &
in quibus rebus committi valeat. Secundo inquiretur, v-
trum contractus vſurarius ſit ex natura rei vitioſus & ma
litia conuolutus, vt per hoc tollatur illa via, quæ ingere-
bat dubium primo loco. Tertio inquiretur, vtrum iura de
beant concedere contractum vſurarium propter aliquod
bonum, quod inde oriatur, vel pp maius malũ, quod inde
vitetur, vt per hoc tollatur illa via, q̃ ingerebat dubium ſe
cundo loco. Quarto inquiretur, vtrum concedant vel cõ-
cedere valeant vſuram in aliquo caſu, vt per hoc tollatur
via illa, quæ ingerebat dubium tertio loco. Quinto inqui-
retur, vtrum ius ciuile poſſit iuri canonico obuiare, vel v-
trum dicta iura habeant adinuicem tantam concordan-
tiam, quod quidquid ſit contrarium, neceſſario ſit contra
alterum, ac per conſequens, vtrum contractus vſurarius
eo ipſo, quod prohibitus eſt iur. canonico, neceſſario ſit
prohibitus iur. ciuili. Sexto ſoluentur argumẽta & dubia,
quæ fuerunt inducta ad quæſtionem, dum diſputabatur.
7 EST ergo † primo videndum, quid ſit vſura, & in qui-
bus rebus committi valeat. Vbi ſciendum, quod duæ de-
ſcriptiones inueniuntur de vſura ſatis rationabiles, quia
ex natura rei ſunt ſcriptæ, quarum vna talis eſt, Vſura eſt
lucrum ex mutuo pacto debitum, vel exactum, in qua de-
ſcriptione duo tanguntur, quæ videntur de ratione vſuræ
eſſe, ſcilicet vnum materiale & alterum formale. Materia-
le quidem in vſura eſt ipſum mutuum, quia vſura non gi-
gnitur materialiter, niſi de mutuo. Ratio autem huius
aſſignabitur in ſequẽti articulo. Formale vero in vſura eſt
ipſa exactio lucri ex pacto, ſiue obligatio in pactum dedu
cta, quia vbi nullum eſt pactum & nulla obligatio, ibi mu
tuans non poteſt aliquid vltra ſortem petere. & ſi vltra ſor
tem aliud offeratur ſibi, poteſt illud recipere tanquam gra
tis oblatum, quia illa oblatio, vel donatio præſumitur eſ-
ſe grata & libera, quam non præuenit petitio vel obligans
pactio, & per conſequens illius oblati licita eſt receptio,
nam poſſumus licite recipere, quæ etiam prohibemur pe
tere, ſicut patet. 1. q. 2. ſi epiſcopum. vbi dicitur, quod pro
ingreſſu eccleſiæ non licet pecuniam exigere, ſed ſponte
oblatam licet recipere. Cuius ratio redditur ibidem au-
thoritate Greg. dicentis, quod oblatio nullam culpæ ma-
culam ingerit, quæ non ex ambientis petitione proceſſit,
& de hoc patet ſimile arg. ibidem in c. quam pio. & 18.
diſtin. de eulogijs. 13. q. 2. queſta eſt, ex quibus omnibus
colligitur, quod formale ipſius vſuræ ſit ipſa petitio, vel
exactio rei obligatæ. Ex quo etiam vlterius apparet, quod
deſcriptio præhabita de vſura ſit bona, quia comprehen-
dit totum, quod eſt de ratione vſuræ materiale & forma-
le. datur inſuper alia deſcriptio de vſura, quæ talis eſt, Vſu
ra eſt, quicquid ſorti accedit. & ponitur. 14. q. 3. plerique.
Iſta tamen deſcriptio non videtur completa, niſi aliquid
aliud addatur. & ideo Goff. dicit, quod debet ibi addi ex
pacto vel intentione præcedente, quia ſola intentione &
ſpe lucri videtur committi crimen vſurarium, ſm quod
ipſe dicit, & habetur extra de vſur. conſuluit. Hæc autem
deſcriptio ſi compleatur hoc modo, incidit in idem cum
prima, quia compræhendit illud, quod eſt materiale, ſci-
licet lucrum accedens ſorti, i. mutuo, & per hoc quod ibi
additur ex pacto, vel ex intentione, comprehẽditur illud,
quod eſt formale in vſura, nam dicebatur ſuperius, quod
formale in ea eſt ipſa exactio lucri ex pacto obligante, &
hoc reſpectu dictum eſt, quod vſura eſt legalis latro, præ-
8 dicens quod intendit. ¶ Occurrit tamen dubium † de eo,
quod dictum eſt ſtatim, ſcilicet, vtrum ſola intentio, ſiue
ſpes lucri conſtituat hominem vſurarium, non interue-
niente ibi aliquo pacto obligante. Ad hoc tamen videtur
cõiter reſpondere omnes iur. periti, quia vbi ſola intẽtio.
& ſola ſpes lucri eſt principalis cauſa mutui, ibi ex ſola in
tentione & ſpe lucri conſtituitur homo vſurarius, & tene
tur ad reſtitutionem in foro pœnitentiæ coram Deo, &
firmatur per illam decr. ſuperius alleg. de uſuris. conſu-
luit. ubi ſcripſi, & ſuper illud ibi inductum Lucę 6. mutuũ
date, nihil inde ſperantes, & ſuper auctoritatibus ſancto-
rum Auguſtini & Ambroſij & Hiero. quæ ponuntur 14.
q. 3. & videntur omnes in hoc concordare, quod ubi mu-
tuans expectat aliquid ultra illud, quod dedit, uſuram cõ
mittit, & per conſequens ad reſtituendum tenetur. Sed
diſputanti hæc opinio non uidetur rationabilis propter
tria, quæ tamen nõ urgent, ut j. dicam in ſingulis. Primo,
quia, ſicut patuit ſuperius, formale in uſura eſt exactio, ex
pacto obligante, uel aliquid æquipollens. & ideo ubi non
eſt exactio lucri ex pacto obligante, uel aliquid ei æqui-
pollens, ibi non poteſt eſſe uſura, ad reſtitutionem obli-
gans, quamuis poſſit eſſe uſura uitians. Illi ergo, qui tenẽt
illam opinionem, nullo modo poſſunt ſaluare illam pri-
mam deſcriptionem uſuræ, ubi dicebatur, quod uſura eſt
lucrum ex mutuo pacto debitum uel exactum. Sed ad hoc
reſpondeo, quod nec ipſe diſputans illam ſaluat, dicendo
infra de intentione no. debitori. Item nec ſaluat authori-
tatem Euangelicam ſupra dictam. Ad cuius rigorem tem-
perandum fit illa diſtinctio. Secundo apparet idem per ſi
mile quod uidemus de furto, nam ſi aliquis gratis & libe
raliter in domo recipiat, quod furari intendebat & affecta
bat, & q̃uis ſit fur mente, nõ tamen opere, ita quod tenea
tur ad reſtituendum. ergo a ſimili, ſi quis lucrari intendit
ex mutuo, quod concedit, & tñ a ſuo debitore nihil exi-
git, nec ipſum p aliquod pactum competit, ſed gratis &
liberaliter ab eo aliquid recipit, q̃uis ſit uſurarius mente,
non tñ eſt cenſendus uſurarius opere, ita quod teneatur
ad reſtitutionem. Reſpondeo, caſum ualde diſſimilẽ, quia
licet donatarius habuerit intentionem corruptam ad fu-
randum, donatio tamen non cauſatur ab eius facto, nec
eſt annexa illi intentioni corruptæ, cuius contrarium in
mutuo, quia cum ex charitatis bono debeat fieri gratis,
fiebat principaliter ob ſpem lucri, & hoc etiam ipſe diſpu
tans concepit eſſe uitioſum, cuius ſpei uitioſæ ſequitur ef-
fectus, cõſequendo lucrum. Tertio, ſecundum eum patet
hic idem, quia ratio tota, quæ per me negatur, quare uſu-
rarius tenet ad reſtitutionẽ, eſt, q. illud, quod recipit ul-
tra

Digitized by Google

tra ſortem, non fuit ei gratis & liberaliter donatum, ſed cum quadam exactione ex pacto indebite vſurpatū, ſed vbi eſt ſola ſpes lucri & intentio corrupta ex parte recipiē tis, dummodo non ſit nota debitori, ibi quicquid debitor donat, gratis & libere donat, & per conſequens nihil eſt indebite vſurpatum, & ideo ipſe recipiēs quamuis fuerit in intentione deprauatus, non tamen videtur teneri ad reſtitutionem, Reſpond, quod ſpes creditoris prohibita eſt, & hoc de ſignificatione verbi non requirit alterius no titiam. ex quo ergo contra bonum charitatis alias mutua turus non fuiſſet, quod per debitorem alias non donaturum donari videtur, accedit huic ſpei vitioſæ, ergo aſtrictū eſt vitio, & reſtitutioni. per quod patet valere reſponſionem, quam diſputans dabat ad dec. conſuluit. ſ. quod illa intelligebatur, cum corrupta intentio creditoris innotuit debitori, quaſi tunc videatur quoddam pactum implicitum, quod habet vim expliciti, ſm eum, quod vnde eliciat, non apparet. & textus ibi dicit, omni conuentione ceſſante, illud, omni, vr̄ excludere etiam implicita. Dice-

9 bat † autem ipſe, quod dupliciter eſt vſura, quarum vna ſimpliciter eſt mentalis, & ſolum vitians, ſed non obligās ad reſtituendum, ex eo quod ſit ſine omni exactione & pacto explicito vel implicito. Alia vero eſt vitians & obligās ad reſtituendum, ex eo quod fit cum exactione & pacto explicito, vel implicito intellecto, propter quod ſubdiuiditur, quia ſi fiat cum exactione & pacto explicito, ſic eſt vſura vocalis. Apparet vlterius ex dictis, quod duo ſunt de ratione vſuræ, qualitercunque accipiatur, quorum vnum eſt materiale, ſcilicet lucrum proueniens, & genitum materialiter ex mutuo, alterum vero formale, vt puta quod gignitur ex mutuo tali modo, vel per ſolam prauam intē-

10 tionem vel per pactum & exactionem. Sed ſi † quæratur vlterius, in quibus rebus vſura committitur (quod etiam ad iſtum articulum pertinere videtur) dicendum eſt, qđ committitur in his rebus, circa quas conſiſtit mutuum, vt concorditer omnes dicunt. Res autem, circa quas conſiſtit mutuum, ſunt triplices, quia quædam ſunt res, quæ mutuantur ſub certo numero, ſicut pecunia, quædam vero mutuantur ſub certo pondere, ſicut aurum & argentū, quedā vero ſub certa menſura, ſicut granum & vinum, & huiuſmodi. Et ideo ſolum in his tribus generibus rerum vſura committitur, tamen Goff. obijciens contra Ray. in ſum. de vſuris. ver. dicitur, dicit, quod vſura poteſt committi ēt in alijs rebus, nam ſi pro pecunia mutuata capiā equum, prædium, veſtem, vel aliquod tale vltra ſortem, vſura eſt, ſicut patet 14. q. 3. plerique. ſed diſtingue inter vſuram, quæ ab vſurario exigitur, & rem illam, in qua vſura committitur. Nam iſta, quæ ab vſurario exigitur, proprie loquendo eſt illud lucrum, quod exigitur vltra ſortē vel mutuū. Res vero illa, in qua dicta vſura cōmittitur, eſt ipſum mutuum, de quo dictum lucrum gignitur, quāuis ergo quælibet res, poſſit accidere fœneratori tāquam lucrum, non gignitur niſi de ſolis illis tribus, in quibus cōmittitur. Occurrunt tñ circa prædicta duo dubia. Primum eſt, quare mutuum cōſiſtit ſolum circa tria dicta genera rerum. Secundum eſt, quare vſura committitur ſolū in illis tribus, circa quas conſiſtit mutuū. Ad primū dico,

11 quod in † mutuo non tenetur debitor reſtituere rem mutuatam ſub identitate ſubſtantiæ, quia hoc eſt ſæpius impoſſibile, nec ad iſtū finē recipitur, vnde dicit lex, mutuū dici, quia de meo fit tuū. ff. ſi cert. pet. l. mutuum. §. appellata, ſed tenetur eam reſtituere ſub certitudine eiuſdem valoris, ſiue æqualis valoris, ſi debeat ſaluari vera iuſtitia inter mutuantem, & illum, cui fit mutuum. Certitudo autē æqualis valoris non inuenitur ex natura rei, niſi in illis tribus, quarum valor penſatur ex numero, pondere, vel mēſura, quapropter ratio mutui debet conſiſtere ſolum in illis rebus, quæ ad habendam certitudinem ſui valoris numerari, ponderari, vel menſurari poſſunt, & ſic patet, qđ dicendum ſit ad primum dubium, quid vero dicendum ſit ad ſecundum, patebit in ſequenti articulo.

12 SECVNDO quærebatur, vtrum contractus † vſurarius ſit ex natura rei vitioſus, & malitia conuolutus. Cōcluſio autem quantum ad iſtum articulum non vr̄ mihi dubia, quia credo, ſm veritatem, & ſm intentionem omniū, qui de iſta materia aliquid ſentiunt, fore dicendum, quod contractus uſurarius ex natura rei ſit uitioſus, & malitia conuolutus. Quod patet ex tribus, quia uidemus, quod ipſe Ariſtoteles nulla lege ſcripta arctatus uel edoctus, ſed ſola naturali ratione ductus, lucrum uſurarium eſt deteſtatus, ut patet primo Pol. quod non feciſſet, niſi contractus uſurarius fuiſſet ex natura rei uitioſus & malitia conuolutus. Secundo patet hoc idem, quia certum eſt, quod in rapina eſt actus ex natura rei uitioſus & malitia cōuolutus, qui autem accipit vſuram, facit rapinam. 14. q. 4. ſi quis ergo. ut ſupra. Tertio patet hoc idem, quia illud quod eſt ꝓhibitum, non ſolum in lege Moſayca, ſed ēt in lege euangelica, ex natura rei uidetur eſſe uitioſum, & malitia conuolutum, ſed cōtractus uſurarius eſt huiuſmodi, ergo &c, maior patet, quia uidemus quod illa, quæ in lege moſaica fuerunt prohibita, & tamen ex natura rei non erant uitioſa, poſtea in l. Euangelica ſunt conceſſa. minor enim patet per textum utriuſque legis, ſcilicet Moſaicæ & Euangelicæ, & habetur extra, de uſur. ſuper eo. ubi Papa Alexand. dicit, quod cum uſurarum crimen utriuſque legis pagina deteſtetur, ſuper hoc diſputationem aliquam poſſe fieri non uidemus. Dico ergo, quod cōcluſio iſtius articuli nō uidetur mihi dubia, quia omnino uidetur eſſe dicendū, quod cōtractus uſurarius ex natura rei eſt uitioſus & malitia conuolutus, Aſſignare ad hoc cauſam, per quam euidenter demonſtratur, quod dictus contractus habeat ex natura rei uitioſitatem & malitiam conuolutam, non puto omnino facile, eo quod rationes aliorum, quæ ſuper hoc ponuntur, mihi penitus ſunt dubiæ, quod patet, ſi ꝑ eas diſcurramus. Vna enim ratio, quam tenent communiter iuriſtæ, & ponitur in gl. 14. q. 3. c. 1. eſt, quod in contractu uſurario recipit creditor lucrum de eo, quod non eſt ſuum, exigit enim lucrum de mutuo, quod non eſt ſuum, imo tranſit in dominium ipſius debitoris, quia mutuum eſt, quod de meo fit tuum. ff. de rebus cred. ſi cer. pe. l. mutuum. §. appellata eſt, ſed hæc ratio ſibi ur̄ omnino falſa, cum enim dicitur, quod fœnerator exigit lucrum de re nō ſua, pōt dici, quod falſum eſt immediate, qa pecunia, quā mutuat, quanuis tranſeat in dominium debitoris, quo ad identitatem ſubſtantiæ, quia debitor non tenetur reſtituere eandem pecuniam ſm ſubſtantiam, remanet tamen dicta pecunia in dominio fœneratoris, quo ad identitatem, & æqualitatem ualoris, & hoc uidetur ſufficere, quia ipſe fœnerator non exigit lucrum de pecunia, quam mutuat, in quantum talis ſubſtantia eſt, ſm quem modum ad eū non pertinet, ſed poteſt illam repetere. ſed exigit lucrum de ipſa, inquantum tanti ualoris eſt, ſm quem modū ad eū pertinet, quia ſic remanet in ſuo dominio. Tu dic, qđ non bene aduertit hic diſputans, quia ſi debitor haberet unum ſcrinium nummorum, non eſt dare, quod creditor unius ex illis ſit dominus, habet autem principalem actionem contra debitorem. Confirmatur etiam ſupra dicta ratio, quia pecunia mutuata tranſit in debitorem cū ſuo periculo, & ideo iniuſtum uidetur, quod de ea amplius grauetur ultra ſortem, ſed nec iſta confirmatio placet diſputanti propter duo, Primo, quia uidemus ſepe, quod non ſolum res mutuata, ſed ēt cōmodata manet apud illū, cui cōmodatur, in ſui periculo, ſicut patet in equo cōmodato ad oſtentationem, qui etiam manet in periculo ipſius, cui cōmodatur, & tamen hoc non ob. conceditur, quod licite exigitur lucrū de rebus commodatis. Hic etiam non bene aduertit diſputans, qa pro cōmodato, quod de ſui natura oportet eſſe gratuitum, non recipitur merces, tunc enim eſſet locatio, ut no. ſ. de uſur. conqueſtus. in gl. 2. ultra medium. Secundum, quod eum mouet eſt, qa non eſt abſurdum

Digitized by Google

du[m] ex d[u]abus cauſis grauare debitorem ad duo, ad pe-
ric[ul]um, propter conſumptionem pecuniæ ad ſuum pro-
[f]e[ct]um, & ad lucrum dandum, propter ſeruitium ſibi im-
penſum, meo iudicio inſeparabilia ſeparat, & facit quod
ſequitur, ſubdit ipſe rationem aliam theologorum. Di-
cunt enim, quòd in dicto contractu venditur vſus rei, cu-
ius vſus eſt ipſa conſumptio. Ex hoc ſic arguitur, Cuius
eſt ipſa conſumptio, ibi non poteſt res ſeorſum computa-
ri, vel ſeparari a ſuo vſu, & econuerſo. & ideo eandem cō
ceſſionem, qua conceditur res, conceditur etiam vſus rei,
& econuerſo. Qui ergo vellet ſeparatim vendere vſum rei
ſine re tali, cuius eſt conſumptio, ageret vitioſe, & contra
naturam rei, facit extrauag. Ioan. ad conditorem. vbi ſa-
tis de hoc, ſed fœnerator vendere vult ſeparatim vſum rei
quam mutuat ab ipſa re, quam poſtmodum repetit, cuius
vſus eſt eius conſumptio, ergo agit vitioſe & contra natu
ram, maior patet, minor probatur, quia exigit lucrum de
vſu pecuniæ, quam mutuat, non obſtante, quod eam ſem
per ſaluam in eadem quantitate requirit. Iſta ratio etiam
videtur ſibi dubia, poſſet enim aliquis dicere, quod fœne
rator vendit vtrumque, quia alienat a ſe non ſolum vſum
rei, ſed etiam ipſam rem, quantum ad ſubſtantiam, & idē
iudicium videtur de vtroque, quia eodem modo, quo trās
fert rem & vſum rei, & econuerſo, quapropter non ſepa-
rat vnum ab altero ſicut ſupponit dicta ratio. Videtur er-
go, quòd præfata ratio non valeat, vel quòd eam corrige
re oporteat, vt dicam ſecundum eum. in ver. tertio dice-
batur. Thomas tamen ſecunda ſecundæ quæſtion. 78 ar-
ticulo primo. hanc tenet dicens, quod in rebus, quarum
vſus eſt ipſarum rerum conſumptio, volens ſeorſum ven-
dere rem puta vinum & ſeorſum vſum vini, venderet il-
lam bis, vel venderet id, quod non eſt. vnde per iniuſtitiā
manifeſte peccaret. Simili modo committit iniuſtitiam,
qui mutuat vinum, vel triticum petens ſibi duas recom-
penſationes, vnam reſtitutionem æqualis rei, aliam pre-
tium vſus, quod vſura dicitur. ¶ Reſpondeo ad verba di-
ſputantis, qui dicit, quod conſueuit induci alia ratio ad
propoſitum, quæ videtur tradi a Philoſopho primo Po-
lit. cuius rationis fundamentum ſtat in hoc, ſcilicet, quod
contra naturam videtur eſſe, quod artificialia habeant
partum, & generationem, per quam ſe multiplicent. In
contractu autem vſurario denarius, qui eſt quid artificia-
le, parit alium denarium, & ſe ipſum multiplicat. iſto mo-
do ergo ex natura rei talis contractus videtur contra na-
turam, & per conſequens vitioſus, ſed nec iſta ratio vide-
tur valere propter duo. Primo, quia vſura non ſolum cō-
mittitur in artificialibus, ſed etiam in naturalibus, vt po
te oleo, vino, & ſimilibus, & per cōſequens dicta ratio ap-
plicari tantum poteſt ad illa. Secundo, quia videmus, q̃d
eſt quid artificiale, & cum vſque ad certum tempus poſ-
ſet quis per vnam domum lucrari aliam æquiualentem,
& ſic domus pareret domum. Conſueuerunt etiam indu-
ci duæ aliæ rationes ad propoſitum, quæ videntur omni-
no friuolæ. Quarum prima eſt, quia dicunt quidam, ꝙ i-
deo licet accipere penſionem & fructum de vſu alicuius
rei, quia res illa deterioratur per vſum ſuum, ſed pecunia
non deterioratur per vſum ſuum. ergo non licet de eius
vſu accipere aliquam penſionem vel fructum. Iſta tamen
ratio, ſi quis conſideret, eſt digna deriſione, quia vide-
mus, quod res illæ, de quarum vſura recipimus penſio-
nem & fructum, ſæpe meliorantur per inhabitationem.
Alia ratio, quare contractus vſurarius eſt vitioſus, quia
in eo vendatur tempus, quod eſt omnibus commune, ſed
nec iſta ratio poteſt ſtare, imo videtur omnino friuola,
quia multi ſunt contractus liciti, in quibus interponi-
tur temporis dilatio, nec tamen propter hoc dicitur, ꝙ
in eis uendatur tempus. ergo a ſimili nec in iſto contra-
ctu, propter quæ omnia uidetur ſibi aliter probanda dicta
concluſio. Dicit ergo, quod contractus uſurarius ex natu
ra eſt uitioſus & malitia cōuolutus propter quatuor. Pri-
mo, quia facit rem naturalem ſuperualere ſuæ naturæ, &
rem artificialem ſuæ arti, & maxime contra naturam. Sē-
cundo, quia facit, ꝙ res, quæ non parit fructum, generat
lucrum, quod eſt contra naturam, ut infra patebit. Tertio
facit, ꝙ illa, quæ habent omnino eundem ualorem, unum
eorum excreſcat in ualore per alterum, quod eſt contra
naturam. Quarto, quia facit, quod res mutuata per abu-
ſum trahatur ad aliud, ad quod non eſt ordinata princi-
paliter, nec conuenienter, quod etiā eſt contra naturam.
Iſta uero quatuor ualde prolixe proſequitur. Circa primū
13 intēdit, quod ualorem † artificialium uel naturaliū, quæ
mutuantur ſub numero, pondere, uel menſura, cōtractus
uſurarius facit ſuperualere ſuæ naturæ, uel arti pro eo, q̃d
cum Deus dedit naturam numerabilem, ponderabilem,
uel menſurabilem, & ſic dedit ex prædicta ipſarum ualo-
rem naturaliter æſtimabilem, quod rebus alijs non cōceſ-
ſit, quod illarum æſtimatio non procedit ab aliquo intrin
ſeco neceſſario, ſed ſ[ecundu]m diuerſas circunſtantias extrinſe-
cas & contingentes ex loco, t[em]p[or]e, conditionibus perſona-
rum, & ſimilibus, & ſic creſcunt & decreſcant, ſed ponde
rabiles, & mēſurabiles, & numerabiles quandiu perſiſtūt
in ſuo numero, pondere, uel menſura, non augentur uel
minuuntur ualore, ſed ſi uideantur minui uel augeri, non
eſt propter minutionem uel augmentum ipſarum, *ſed il-
larum* rerum in quas commutantur. Concluditur ergo,
quod uſurarius cum exigat ultra ualorem a natura prædi
ctis rebus taxatum, certum & determinatum, rem uitioſā
facit, & contra rei naturam. Ego de plano concederem,
quod facilior eſt harum æſtimatio, & maxime tempore,
quo contrahitur, reſtringendo ad illud, ſed quod antea
habeant certū & determinatum ualorem durante ponde
re, numero, uel menſura non alterandum in plus uel mi-
14 nus, non capio. Secundo dicebatur, † quod uſura facie-
bat contra naturam germinare rem, quæ naturaliter non
germinat. Nulla enim res generat lucrum, niſi quantum
fructus diceretur lucrū, conſtat autem, quod res fructum
generans creſcit in ualore cum fructu, ſed hæc excreſcen
tia eſſe non poteſt in rebus mutuabilibus, quæ certū & de
terminatum habent ualorem, ut eſt dictum, quas non fru
ctificantes, uſura facit lucrificantes, unde dicit canon, ꝙ
uſuræ arte nequiſſima, ex auro aurum naſcitur. 47. diſtin.
ſicut hi. ergo ſic agens facit contra rei naturam quid ui-
15 tioſū & malitia conuolutū. Tertio dicebatur, ꝙ † uſura fa
ciebat, ꝙ duorū, i. rei & uſus eius, q̃ habet oīno eundem
ualorem unum excreſcat in ualorem per alterū. Patet au
tem diſcurrendo p[er] ſingulas res mutuabiles, quod *ipſæ &*
ipſarum uſus una conſumptione conſumuntur, nec *unū*
ſine altero cōſumi poteſt, quod in alijs rebus *locabilibus*
diei non poteſt, in quib. rei uſus habet diſtinctū ualorē,
& poteſt alienari ſolus uſus, ut in domo uel equo, & ſola
proprietas retenta ad tēpus uſu. Cum ergo contractus u-
ſurarius faciat rem mutuatam excreſcere in ualore p[er] ſuū
uſum, cum ipſorū coniunctorum idē ſit ualor, patet id fie
ri contra rei naturā. & ſic uitioſum, & in hoc differt hoc
dictum ab eo, quod dixi ſupra, ubi ſubdit, quia nō d[icitu]r hic,
quod uendat uſum ſeparatum a re, ſed quod uſurarius fa
cit uſum addere ad ualorem rei mutuatæ, cum t[ame]n non ha
16 bet ualorem diſtinctum. Quarto dicebatur, † quod uſura
rius abutitur re mutuata non utendo ſuo uſu principali
uel ſecūdario, ad quē ſit deſtinata. Declaratur hoc ſic, oīs
res poſſeſſa habet duplicem uſum, principalem & ſecūda
rium, ut Roma habet principalem uſum cingendi, ſecun
darium uendendi, uel commutandi, quia ſic expedit poſ-
ſidenti. Si aūt hoc uerteretur ad alterius læſionē, tunc abu
titur, ſic & in mutabilibus, pone in uino, principalis eius
uſus domini eſt ad potum, ſecundarius ad immutandum
in pecuniam, uel aliud, quod expedit domino. Si autem
propter cupiditatem trahitur ad alium uſum, ut facit uſu
rarius recipiendo aliud ultra ſortē, abutitur, & ſic uitioſe
agit, in pecunia idem eſt, cuius eſt principalis uſus in em-
ptionem

Digitized by Google

ptionem rei expedictis, ſecundarius in commutationem pecuniæ, quæ magis expedit, ſed vbi per cupiditatem vſurarius illam dat, vt plus recipiat, abutitur, cum nec a natura, nec ab arte competat denario talis vſus, vel talis partus, vt dicit Ariſtote. primo Politicorum.

17 TERTIO † quærebatur, vtrum iura debeant concedere cōtractū vſurariū ꝑ aliquod bonum, qđ inde oriatur, vel propter aliquod malū, qđ inde vitetur, vt per hoc tollatur illa via, quæ ſecundo ingerebat dubitationem in iſta quæſtione. Ad iſtius ergo articuli euidentiam ſciendū, quod conceſſio pōt accipi tribus modis. vno modo, prout eſt ſimplex permiſſio dimittens vel indulgens pœnam, ſm quem modum procedit canon. vt dictum fuit s. 4. diſt. denique. talis autē permiſſio fuit ſimplex, quia per ſolam indulgentiam pœnæ, vnde quod ibi dr̄, cum venia, dicit ibi gl. intelligendum de venia pœnæ, non culpæ. Secundo modo pōt accipi conceſſio, prout eſt idem, quod permiſſio tollens impedimētum, ſm quem modum inter nos habitantes permittuntur ab eccleſia in obſeruantia ſui ritus, vt ēt dictum fuit ſupra, per canonem 45. diſt. qui ſyncera. Hæc autem permiſſio, quāuis gl. dicat ꝙ ſit ſimilis primæ, tamen diſſimilis eſt. Ibi. n. ſola remiſſio pœnæ, ſed iſta ſecunda permiſſio plus facit, quia non ſolum permittit dictum malum. ſ. obſeruantiam ritus Iudæorū, ſubtrahendo comminationem, vel inflictionem pœnæ, ſicut prima, ſed ēt remouendo impedimenta chriſtianorū, qui vellent impedire obſeruantiam dicti ritus. & quantū ad hoc ſe habet per additionem ad illam. Tertio modo pōt accipi conceſſio, prout eſt idem, quod permiſſio, præſtās iuuamem, ſecundum quem modum eccleſia permittit qn̄que clericum occidi a poteſtate ſæculari, & hæc permiſſio ſe habet ad ſecundam, ſicut ſecūda ad primam. Nam in iſta permiſſione non ſolum ſubtrahitur cōminatio pœnæ, quæ poſſet per occaſionem clerici infligi, ſicut fiebat in ipſa permiſſione, ſed ēt tollitur illud impedimentum, per quod occiſio clerici poſſet impediri, quemadmodum fiebat in ſecunda permiſſione, & vltra hæc duo præſtatur iuuamentū in iſta permiſſione, quod non fiebat in aliqua illarum, præſtat. n. eccleſia iuuamentum in occiſione clerici qui dignus eſt morte, quia ipſum degradat, & ponit eum in manibus poteſtatis ſecularis, vt crucietur & occidatur, iuxta illud. 1. ad Corinthi. 5. tradere huiuſmodi hominem Satanæ in interitum carnis, vt ſpiritus ſolus ſit in die Domini noſtri Ieſu Chriſti. patet de verbo. ſignifi. nouimus. & de pęn. cap. 2. lib. 2. patet ergo, quod tribus modis poteſt accipi conceſſio, vel permiſſio. Vlterius ad maiorem euidentiam iſtius articuli eſt ſciendum, quod ſicut tactum fuit ſuperius circa principium qōnis, malum poteſt permitti duabus de cauſis. ſ. vel propter bonū, quod inde oritur, vel propter maius malum, quod inde vitatur. Maius autem malum vitatur, & minus permittitur tribus
18 modis. Primo, quando † vitatur malum ſpirituale in aīa, quod eſt maius, per malū corporale in corpore, quod eſt minus. Secundo, qn̄ vitatur vnum malum ſpirituale, quod eſt maius propter minus malum ſpirituale, ſicut ſæpe permittitur minus peccatum, vt vitetur maius. Tertio, quando vitatur vnum malum corporale maius per aliud corporale, quod eſt minus. & de his no. ne cleri. vel mo. c. 3.
19 in prima gl. Ad propoſitum ergo deſcendendo, cum † quæritur, vtrum iura debeant concedere contractum vſurarium propter aliquod bonum, quod inde oriatur, vel propter aliquod maius malum, quod inde vitetur. Dicēdum eſt ſtatim, quod ſi iſta qō fiat per ius naturale, non debet eſſe dubium, quod dictum ius nullo modo debet, vel pōt concedere contractum vſurarium, quia illud, quod ſimpliciter eſt contra aliquod ius, nullo modo poteſt cōcedi ab eodem iure, alioquin ſimul eſſet contra ipſum, & non contra ipſum. inquantum ab ipſo conceſſum. Contractus aūt vſurarius ſimpliciter eſt contra ius naturale, cum ſit vitioſus ex natura rei, vt patuit in præcedenti articulo. ergo &c. Si ergo ſimpliciter eſt contra ius naturale, relinquitur vlterius, quod ſimpliciter ſit contra ius diuinum, quia ius naturale eſt a iure diuino deriuatum, ergo quicquid eſt contra ius naturale, neceſſario erit contra ius diuinum. Si autem fiat dicta quæſtio per ius ciuile, dicēdum eſt, quod dictum ius poteſt concedere & concedit præfatum contractum, conceſſione accepta primo modo, prout eſt idem, quod ſimplex permiſſio per indulgentiam. & quod ita ſit, probo tali ratione. Illud ius quod non cōminatur, nec infligit aliquam pęnam, propter contractum vſurarium, videtur ipſum concedere & permittere cōceſſione accepta iſto modo, quæ eſt ſimplex permiſſio per indulgentiam pœnæ, ſed ius ciuile nullam pęnam comminatur, vel infligit propter dictum contractum, ergo &c. Subdit autem, quod ſecundo vel tertio genere permiſſionis ius ciuile non permittit vſuras, quia non prohibet impedimenta fieri volentibus fęnerari, nec fœnerantib. dat aliqua iuuamenta, hoc dictum non video poſſe defendi, niſi dicatur, leges veteres per auth. eſſe correctas, vt dicetur in 5. arti. Nam certum eſt leges ſtatuere modum vſurarum, vt C. de vſu. eos. permittunt illas peti in iudicio, permittunt pro illis non ſtipulatis pignora retineri. Et, quod plus eſt, ſtatuunt certis caſibus illas ex mora deberi, & his ſimilia. Sed ſi fiat vlterius quæſtio de iur. ca. vtrū ſcilicet debeant concedere, vel permittere contractum vſurarium propter aliquod bonū, quod inde videatur oriri, vel propter aliquod malū, quod inde videatur vitari, dicendum eſt ſimpliciter quod non, quia videmus de facto, quod nullo prædictorum modorum ipſum concedit, vel permittit, quia pęnas comminatur, vel infligit vſurariis facientibus dictum contractum, ut patet extra de vſuris. c. quia in omnibus. eo. ti. quamquam. li. 6. nec mirum, ſi non permittit, quia nec permittere poſſet contra vetus & nouum teſtamentum. eo. ti. ſuper eo. Nam, vt ibi dicitur, ſacra ſcriptura prohibuit pro alterius vita mentiri, vt habetur 22. q. 2. ne quis. ergo multo magis, ſicut concluditur ibidem, prohibendum eſt, ne quilibet pro redimenda vita captiui vſurarum crimine inuoluatur, cū tñ illud videatur potiſſimū bonū, qđ poſſit ex vſuris prouenire.

20 Vlterius non pōt dici, ꝙ in dicto contractu † cadat diſpenſatio, ut vitetur per ipſum maius malū ſpirituale, quā ſit illud malum, quod incurrit in dicto cōtractu, vr̄ enim illud malum, quod incurrit uſurarius per dictum contractum, quantum ad aliquod maximum peccatum propter quatuor. Primo, quia contemnit Deum audacius. Secundo, quia contemnit naturam expreſſius. Tertio, quia contemnit ſcripturam deterius. Quarto, quia iura contemnit diutius. Contēnit naq; ipſe uſurarius Deum audacius, quia cum in omnibus peccatis, quæ ſunt expreſſe contra diuina mandata homo uerecundetur & erubeſcat, in iſto tamen peccato quantuncunq; ſit expreſſus contra domini mandatum, non uidetur uerecūdari, ſed potius gloriari. ſupra de uſur. quia in omnibus. Vlterius contemnit naturam expreſſius; quia non ſolum contemnit eam in uno genere rerum, ſed etiam in pluribus, ſcilicet in tribus, uult enim contra naturam, quod numerabilia, ſicut denarij, ſuperualeant ſuo numero, & ponderabilia, ſicut aurum, ſuperualeant ſuo numero, & menſurabilia, ſicut uinum, ſuperualeant ſuæ menſuræ. Qua propter bene dictum eſt, quod contemnit naturam expreſſius. Vlterius contemnit ſcripturam deterius, quia ur̄ eam contemnere per infidelitatē, quæ eſt oppoſita fidei, quam in baptiſmo profeſſus eſt. Nā ſi perfecte crederet, impoſſibile eſſet, ꝙ contra Deum & eius ſcripturam ſic aperte & inuerecunde procederet. Item contra utriuſque teſtamenti ſcripturas ſolent tales pertinaciter aſſerere, quod uſura non eſt peccatū, contra quos emanauit clementi. de uſur. ex gran
21 di. Vlterius contēnit iura † diutius, quia non ob. prohibitione cuiuſcunque iur. in dicto pacto ad hoc continue perſeuerat, intantum quod ad ipſum relinquendū uſque

ad

Digitized by Google

ad mortem ſæpius ſe retardat, propter quod, conuenienter ſibi accidit ſæpe, quod dicit Aug. in ſermone de innocentibus, percutitur, inquit, hac animaduerſione peccator, vt moriens obliuiſcatur ſui, qui dum viueret, oblitus eſt Dei. Nam ſæpius videmus, quod vſurarij decedunt ſine reſtitutione, ſine ſacramentis, & ſine aliqua bona ſpe æternæ vitæ, & contra eos emanauit propter hoc decre. quanquam. de vſu. lib. 6. & facit palea, eijciens. 88. diſtin.

22 propter † quæ omnia concludo, ꝙ ius canon. nullo modo debet concedere, vel pmittere contractũ vſurariũ pp maius malum vitandum, quia regulariter loquendo non apparet aliquod maius in ipſo, quod per ipſum valeat euitari. Patet ergo, quid dicẽdũ ſit, quantũ ad iſtũ articulũ, quia dicendum eſt, quod contractus vſurarius nullo modo poteſt permitti. Vna tamẽ dubitatio hic occurrit, quæ tangetur & ſoluetur in quinto articulo. per ea vero, quæ dicta ſunt, ſublata eſt via, quæ ingerebat dubium ſecundo loco, quia non eſt ſimile, quod ibi inducebatur pro ſimili. Nam & ſi ibi permittitur obſeruantia ritus Iudæorum, hoc eſt propter magnum bonũ ſpirituale, quod inde noſcitur peruenire, ſcilicet, atteſtatio fidei noſtrę veritatis. Vlterius & ſi permiſit Grego. immoderatum eſum carniũ hoc eſt propter maius malum vitãdum, & ideo dicebat, quod derelinquendi erant ſuo arbitrio, ne deteriores fierent, nihil autem talium apparet in contractu vſurario, propter quod videatur debere committi. ergo &c.

23 QVARTO † quærebatur, vtrum in aliquo caſu de facto contractus vſurarius ſit conceſſus vel permiſſus a iure, vt per hoc tollatur tertia via, quæ ingerebat dubitationem tertio loco. Ad hoc autem dicendum eſt ſimpliciter, quod non, niſi forte loquamur de permiſſione primo modo dicta, quæ eſt ſecundum ius ciuile, ſecundum quẽ modum omni caſu permittitur vſura a iure ciuili, quia nullus eſt caſus, in quo ius ciuile intromittat comminando, vel infligendo pœnam pro vſura, & ſic ius ciuile ſe habet vniformiter ad omnes caſus affirmatiue, ita ius diuinum & cano. ſe habent ad omnes caſus negatiue, quia nullo modo eam permittit aliquo modo permiſſionis. Nam pari ratione, qua prohibet eam in vno caſu, debent eam prohibere in quolibet, quia in omni caſu habet malitiam cõuolutam, & per conſequens pari ratione qua eam concederent in vno caſu, poſſent eam concedere vel permittere in quolibet, quod patet eſſe falſum ex his quæ dicta ſũt ſup. Sciendum tamen, quod illud, quod facit dubium in iſto articulo, eſt ille ſpecialis caſus, qui fuit tractatus circa prin. quæſt. de genero, qui lucratur fructus pignoris ſibi dati pro dote, ſed ibi tunc proprie vſura eſſet, ſi fructus illius penſionis perciperentur a genero intuitu pecuniæ detentæ a ſocero, ſed hoc eſt falſum. quia non intuitu pecuniæ dotalis, quam ſocer detinet, ſed intuitu oneris matrimonij, qđ gener ſuſtinet, vt patet de vſu. ſalubriter. vel poteſt dici, ꝙ dicti fructus percipiuntur a genero in recõpenſationem damni, quod inde ſequitur propter pecuniã totalem, quæ ſibi ſoluenda differtur, incaute dictum eſt hoc. Ex quibus verbis ſtatim apparet, ꝙ valde improprie dictum eſt, quando dr̃, ꝙ vſura permittitur in iſto caſu, vel in illo, quæ breuiter in nullo caſu eſt permiſſa. & ideo quando aliqui caſus a iuriſtis excipiuntur, non eſt intelligendum, ꝙ in dictis caſibus vſura permittatur, ſed quia in eis prima facie eſt aliquod ſimile vſurę, vſura videtur, ſic ergo patet, qualiter eſt ſublata via, quæ ingerebat dubium in iſta quæſtione de tertio loco.

24 QVINTO quærebatur, vtrum ius † ciuile poſſit iuri canonico obuiare, vel vtrum dicta iura habeant ad ſe inuicem tantam concordiam, quod quicquid eſt contra unũ, neceſſario ſit contra alterum, ac per conſequens, utrum contractus uſurarius eo ipſo, quod prohibitus a iur. canonico, ſit neceſſario prohibitus a iure ciuili, ut per hoc tollatur illa uia, quæ ingerebat dubium quinto loco. Et ad literam deinceps proſequamur diſputantẽ, qui dicit, quod tria ſunt, q̃ faciunt dubitationẽ in iſto articulo. Primũ eſt, ꝙ ius ciuile & canonicũ pſupponunt ius naturale, tanq̃ fundamentũ a quo ſumunt originẽ. Quapropter qcquid eſt contra ius naturale, uĩ neceſſario eſſe contra canonic. & ciuile, ſed cõtractus uſurarius eſt cõtra ius naturale, nec aliquo modo eſt pmiſſibilis in dicto iur. ut patuit ſup. ergo nec pmiſſibilis aliquo modo in iur. ciuili, cuius contrariũ ſæpius dictũ eſt. Secũdũ quod hic facit dubiũ, eſt, qa ius ciuile & ca. ſubalternantur iuri diuino. & pcõſequẽs non poſſunt eis in aliquo obuiare, ſed ſi contractus uſurarius eſſet permiſſibilis aliquo modo in iure ciuili, cũ nullo modo ſit permiſſibilis in iure diuino, ſequeretur, quod ius ciuile opponeret ſe iuri diuino, qa imperator nõ pôt tollere legem Dei, ar. ad hoc. ff. de arbit. l. nã. & magiſtratus. Tertiũ, quod facit dubiũ, eſt, qa imperator mandauit ſeruari ea, q̃ ſtatuta ſunt in concilio Niceno, ſed Nicenũ conciliũ prohibet uſuras, ut 47. diſt. q̃m. ergo & ius ciuile debet eas prohibere, ac p conſequens cõtractus uſurarius non erit permiſſibilis iur. ciuili aliquo modo. Cuius contrariũ eſt ſuperius oſtenſum, Propter iſta ergo & alia, quę dicta fuerunt in quarto articulo, conſurgit dubitatio nũc in iſto articulo, utrum ius ciuile poſſit in aliquo obuiare iuri canonico, uel utrũ habeant adinuicem tantam concordiam, quod qcquid eſt contra unũ, neceſſario ſit contra alterũ? Ad euidentiã ergo iſtius q̃ſiti intelligendũ eſt, quod licet ius poſitiuũ ſit fundatũ ſup iure naturali, tñ alia eſt prohibitio iur. naturalis, & alia iur. poſitiui. Nam prohibitio iur. naturalis fit p ſolã uitij cognitionẽ, qa docet, ubi ſit uitiũ cognoſcendũ, & inclinat ad ipſum deteſtandũ, prohibitio aũt iuris poſitiui fit per pœnæ comminationẽ.
25 Nam † ſicut præfatum ius poſitiuũ ſe habet per additionẽ ad ius naturale, ita oportet, quod ꝓhibitio ipſius ſe habeat per additionem & ad prohibitionẽ illius. Vlterius ſciendum eſt, quod iſta duo iura poſitiua, ſcilicet ciuile & canonicũ, licet conueniant, quia fundantur ſuper iure naturali, & ab ipſo etiam ſumunt originẽ, quãuis ẽt conueniant, quia intendunt homines inducere ad bonũ cõe, differunt tamen in modo inducendi, nam ius ciuile intendit dirigere in bonum cõe, ſm̃ quod congruit humanæ ſocietati ciuiliter viuenti, ſm̃ quem modum bonũ commune habet nutriri, conſeruari, & promoueri per legalẽ iuſtitiam, & per ciuilem amicitiam. Ius uero canonicum intendit dirigere in bonũ commune, ſecũdũ quod congruit humanæ ſocietati, quæ non ſolum uiuit ciuiliter, ſed etiam regulariter ſm̃ fidem in Deum tendendo, & uitam aliam expectando, nam cum ius canonicum ſit quędam explicatio iuris diuini, oportet, quod idẽ finis intendatur ab utroque. bonum autem cõe iſto modo acceptũ, ſecundum quod congruit humanæ ſocietati, non ſolum uiuenti ciuiliter, ſed etiam regulariter ſecundum fidem in Deum tendendo, non poteſt nutriri, conſeruari, uel promoueri per ſolam legalem iuſtitiam, uel ciuilem amicitiam. Sed ultra hoc requiritur quædam cœleſtis amicitia, ſine qua impoſſibile eſt aliquem hominem in Deum tendere. Quapropter ſicut potiſſima uirtus, ad quam conatur inducere ius ciuile, eſt ipſa legalis iuſtitia, ſiue ciuilis amicitia. Ita potiſſima uirtus ad quam conatur ius canon. eſt illa cœleſtis amicitia, quam charitatem uocamus.
26 Ad propoſitum igitur † applicando primum dictum ſcilicet de prohibitione iuris poſitiui, dico, quòd nõ eſt inconueniens, quod aliquid ſit prohibitum in iure naturali, quod tamen non eſt prohibitum in iure ciuili, quia prohibitio iuris ciuilis ſe habet per abdicationem, & prohibitionem iuris naturalis, non tamen per hoc debet cenſeri inter prædicta iura contrarietas, ſed alterius modi prohibendi diuerſitas. Vlterius poſſumus colligere ex ſecundo dicto, quòd non eſt inconueniens, quòd aliquod pactum ſit prohibitum in iure can. quod tamen non eſt ꝓhibitũ in iure ciuili, prohibitione, quæ fit per comminationẽ pęnæ, quãuis nullum pactũ ſit prohibitũ in iure ci-

uili,

Digitized by Google

ius diuerſitatis poteſt accipi ex dictis, nam quia ius ciuile intendit conſeruare bonum cōe multitudinis propter iuſtitiam legalem, quam tñ eſt impoſſibile attingi a tota multitudine, vel etiam a maiori parte. Idcirco ſufficit dicto iuri, quod poſſit promouere & conſeruare bonum cōe per viam ciuilis amicitiæ. Nam ſm Ariſt. in 8. Ethi. a-
27 micitia videtur † ciuitates continere, imo & ſecundum quod ipſe dicit ibidem, legis poſitores magis circa ipſam ſtudent, quam circa iuſtitiam. quod poteſt contingere duplici de cauſa. Vna eſt, quia facilius homines ducūtur ad amicitiam, q̃ ad legalem iuſtitiam. Secunda eſt, quia habētes legalem iuſtitiam indigent amicitia, eo quod in vita ciuili & domeſtica maxime ſit neceſſaria. Quapropter vi-
28 detur, quod a iure ciuili † maxime ſit inuenta. & ideo vr̄, quod ius ciuile primo & per ſe debeat prohibere per cōminationem pœnæ illa vitia, quæ poſſunt dictam amicitiā impedire. ſecundario tamen & ex conſequenti poteſt prohibere quæcunque alia vitia altero duorum modorum. ſ. vel quia per prohibitionem amicitia non læditur, & bono iuſtitiæ & virtutis fauoratur. Vbi autem per prohibitionē aliquorum ſociorū ciuilis ſocietas & amicitia lęderetur, a tali prohibitione ſe præſeruat, & ea relinquit diuino iudicio punienda, teſtante beato Aug. primo de libero arbitrio, vbi ait, lex, inquit, iſta, quæ regendis ciuitatibus fertur, multa concedit ac impunita relinquit, quæ per diuinam prouidentiam iudicantur. Applicando ergo ad pro-
29 poſitum, apparet † ſtatim, ꝙ contractus vſurarius nō eſt neceſſario prohibitus a iure ciuili, quia non habet ciuilem ſocietatem & amicitiam impedire, eſt tamen neceſſario prohibitus in iure cano. quia ius can. ex fine, quem intendit, habet neceſſario omnia vitia prohibere. Intēdit enim dirigere multitudinem fidelium in Deum, quod non poterit fieri, niſi per charitatem, & quia omnia peccata mortalia ſunt oppoſita charitati, & habent ea tollere, ideo ius can. debet omnia talia merito prohibere. Quapropter ſi contingeret, ꝙ ius ciuile in aliquo caſu, vel per aliquod tempus de futuro contractum vſurarium prohiberet per cōminationem pœnæ, hoc faceret in obſequium iur. canonici. ſ. vel quia pœna comminata per ius cano. non ſufficeret, vel quia non poſſet per iudicem eccleſiaſticum ſufficienter executioni mandari. Ex quibus omnibus apparet ꝙ controuerſia, quæ eſt inter iuriſtas de permiſſione contractus vſurarij, non videtur eſſe rationabilis, quia vtraq; pars poteſt dicere verum, nam illi qui dicunt, ꝙ talis contractus ſit permiſſus, & debeat permitti in iure ciuili, ſi intelligant de permiſſione non comminante vel infligente pęnam, verum dicunt, ſi autem intelligant de permiſſione tollente impedimentum a facientibus vſuras, vel præſtante ſeis iuuamentum, falſum dicunt, & eodem modo dicendum eſt de alijs ex alia parte, nam ſi dicit gl. & illi qui eā ſequuntur, quod contractus vſurarius non eſt permiſſus in iure ciuili, & intelligunt de ſecundo vel tertio modo permiſſionis, verum dicunt. Si vero intelligant de primo, falſum dicunt. ¶ Vlterius ēt per hoc apparet, qd ſit dicēdum ad alia dubia ſuperius introducta. Ad primū nāque dicendum eſt, quod non obſtante, ꝙ ius ciuile ſit fundatū
30 † ſuper iure naturali, poteſt tñ aliquādo eſſe prohibitum in iure naturali, quod nō eſt prohibitum in iure ciuili, qa prohibitio iuris addit ſupra prohibitionem iuris naturalis, vt ſuperius patuit. Ad ſecundū dicendū, ꝙ non ſequitur pp hoc, quod ius ciuile ſe opponat iuri diuino, qa talis permiſſio non eſt per oppoſitum, ſed per omiſſionem, quaſi negatiue non cōminando pęnam, eo ꝙ omittit & relinquit talem contractū prohibendū & puniendū iuri canonico & diuino, qbus magis vr̄ congruere. Ad tertiū dicendū ꝙ imperator mandat ſeruari ea, q̃ ſtatuta ſunt in concilio Niceno, qa non vult, ꝙ ea, quæ ſunt in dicto concilio prohibita, ſint a iure ciuili permiſſa ꝑ amotionem alicuius impedimenti, vel per conceſſionē alicuius auxilij, non tñ propter hoc intendit, ꝙ quæcunq; ibi prohibita ſunt, ſint prohibita a iure ciuili ꝑ pęnæ comminationem. Vel pōt dici, ꝙ imperator mādauit illa ſeruari per approbationē, qa ea approbauit tanq̃ rite facta, nō aūt mandauit ſeruari, q̄cunq; ibi ſtatuta ſunt, ꝑ pęnæ cōminationē. Apparet inſuper ex oīb. iſtis, qd dicēdū ſit, quātū ad iſtū articulū. Nā cū q̄ritur, vtrū ius ciuile valeat iuri canonico obuiare, vel vtrū habeāt adinuicem tantā cōcordiā, quod q̄cquid eſt cōtra vnum neceſſario ſit contra alterum, dicendū eſt ſtatim, quod duobus modis poteſt intelligi iſta obuiatio. Vno modo per contradictionem. & tunc dico, ꝙ non, quia vbi lex ciuilis contradicit iuri canonico, nullius eſt momenti, vt patet in decr. 10. di. quæſtiones. Alio modo per omiſſionem ſiue derelictionem, ut ita dicam, quia certe omittit prohibere aliquid, cuius prohibitionē & punitionem relinquit iuri canonico & diuino, quibus magis hoc congruit. & iſto modo uidetur dicendum, ꝙ ſic. Et ita patet, quid ſit dicendum, quantum ad totā quæſtionem, quia oſtenſum eſt, quomodo contractus uſurarius ſit aliquo modo permiſſibilis in iure ciuili, ſcilicet ꝑmiſſione indulgentiæ pœnæ. non autem permiſſione tollente impedimentum, uel præſtante iuuamentum.

RESTAT ergo nunc ultimo ſoluere rationes, quæ in actu diſputationis allegatæ uidentur eſſe ad oppoſitū. Ad primum ergo principale dico, quod ubi aliquid donatur pretio pacto uitioſo & malitia conuoluto, illud utique poteſt licite recipi, & ſic maior ſit uera ſub illo intellectu, ſed minor erat falſa, quia in contractu uſurario lucrum donatur pretio pacto explicito, uel ſaltem implicito, ut pōt patere in his, quæ dicta fuerunt in primo articulo, quādo quæſitum fuit, quid eſſet uſura & in quib. reb. cōmittatur.

31 AD SECVNDVM uero, cum † dicebatur, ꝙ cōtractus uſurarius non erat contra charitatem, quia uergebat in utilitatem utriuſque partis dicendum, ꝙ licet quādoque non ſit contra charitatem tanquam aliquid inutile, eſt tamen contra eam tanquam aliquid inhoneſtum & uitioſum. Nam oſtenſum fuit ſup. in ſecundo articulo, ꝙ contractus uſurarius eſt ex natura rei uitio & malo conuolutus, & hoc ipſo neceſſario contra charitatem.

AD TERTIVM uero cum dicebatur, ꝙ licebat accipere lucrum de re ſua, res autem mutuata eſt ipſius mutuātis. Nam quamuis transferat eam quantum ad ſubſtantiā, retinet tamen ſibi poteſtatem quantum ad ualorē. dicendum eſt, ad illud ꝙ unuſquiſque licite poteſt lucrum recipere de re ſua, dūmodo res illa ſit apta & nata lucrifacere ſed res mutuata non eſt talis, imo ꝙ lucrificet, eſt omnino contra naturam, ut patuit ſup. in ſecundo.

AD QVARTVM uero cū dicebatur, ꝙ domus eſt qd artificiale, nec eſt apta nata parere domū, & tñ uidemus, ꝙ p licitū cōtractū una domus poſſet parere plures alias, nā poſſet aliqs ꝑ pēſionē domus uſq; ad certū tp̄s recipere aliā domū, & iterū uſque ad quoddā tp̄s aliā, & ſic deīceps, & ꝑ cōſequēs iſto mō una domus parere, eodem mō dicebat de pecunia, quātūcunque ſit qd artificiale poteſt parere pecuniam per licitum contractum, & ſic cōtractus uſurarius nō uidebatur illicitus. Dicendū ad iſtam rationē, quod cā quare pecunia non parit pecuniam, non eſt, quia ſit artificiale, ſed quia habet ſibi præſtitutum determinatum ualorem ab ipſa arte, ut patuit ſupra in ſecūdo articulo. & ideo non poteſt exercere in ſuo ualore, ita ꝙ recipiatur pro eo ultra ſortem, niſi per cupiditatem & malitiam ipſius mutuantis, hoc autem dici non poteſt de domo, qa q̃uis ſit quid artificiale, non tñ hēt ſibi pſ̄titutū ualorē determinatum ab arte. & ideo pōt exercere in ſuo ualore, ita ut recipiat aliqd lucrum pro eo ſine oī uitio. Ad
32 quintū uero, cū † dicebat, ꝙ cōtractus uſurarius dēret ꝑmitti, qa per ipſum multa mala uitantur, ut pote dānū in rebus, periculum in perſonis. Item quia per ipſum ſequebantur bona, ſcilicet, pauperum ſuſtentatio, & mercantiarum ſaluatio. Dicendum utique ad iſtam rationem, quod iſta mala, quæ poſſunt uitari per contractum uſu-

rarium, vt plurimum ſunt corporalia, ſed malum ſpiritua
le nunquam debet permitti, etiam propter aliquod malũ
corporale vitandum, nec ẽt propter quodcunque bonum
corporale cõſequendum, vt patuit s̃.in tertio articulo. Et
dato ẽt, quod per contractum vſurariũ aliquod malũ ſpi-
rituale vitaretur aliquo caſu, illud tñ regulariter loquen-
do non vr̃ poſſe eſſe maius, quam ſit illud peccatũ, quod
in dicto contractu committitur vt patuit s̃.in eodem arti
culo, maius autem malum nunquam debet permitti pro
pter minus vitandum. Ad ſextum vero, quod dicebatur,
ꝙ iuriſtæ excipiunt aliquos caſus, in quibus vſura permit
titur, ergo vr̃ permiſſibilis. dicendum, ꝙ cum iuriſtæ hoc
dicunt, talis modus dicẽdi nullo modo eſt verus, vel om
nino improprius, nam dicti caſus non excipiuntur, quaſi
in eis ſit vſura, ſed quia vr̃ in eis aliquid ſimile vſuræ, vt
patuit s̃.in quarto articulo. Ad ſeptimum & 8, cum dice-
batur, ꝙ vſura eſſet permiſſibilis ſaltem in iure ciuili, nõ
videretur ius ciuile in aliquo obuiare iuri canonico cuius
contrarium videtur habere in decretis. 10.di.l. imperato
rum. Ad iſtam rationem patet ſolutio per id, quod dictũ
eſt immediate in iſto articulo, quia verum eſt, ꝙ per ius ci
uile nõ obuiatur canonico vel diuino per cõtradictionẽ,
quia tunc nullius eſſet momenti, vt s̃. dicebatur. poteſt tñ
dici, ꝙ in Niceno concilio vſuræ prohibitæ fuerũt. & ita
vr̃ præſumi, ꝙ in iure ciuili debeant eſſe prohibitæ. §. 1. de
eccl. rit. in auth. Dicendũ ſicut dicebatur s̃. quod imperat-
tor mandat ſeruari ea, q̃ ſtatuta ſunt in dictis concilijs p
approbationem, non contradicendo ſcilicet, & non per
prohibitionem quorumcunque malorũ pœnã comminan-
do. Ad 9. quando arguebatur, ꝙ duobus malis concurren
33 tibus ſemper † minus eſt eligẽdũ, quod probatur per ius
diuinum & ciuile. p ius diuinum primo, quia inuenimus
in lege Moſaica, ſ. Gen. 18. quod Loth tradidit filias ſuas
fornicationi, vt vitaretur maius malum. ſ. ſodomiticum.
Item videmus de iure ciuili, quod minor reſtituitur regu
lariter ex contractu, quem ipſe facit, & tamen ius ciuile
vult, ꝙ non ex omni contractu, quia tunc nullus ſecũ con
traheret. & ſic minus malum eligitur. ff. de mino. l. & ſi ſi-
ne. §. 1. ergo eodẽ modo vſuram fieri, cum ſit minus malũ,
q̃ ipſam non fieri, vr̃ ꝙ de iure ſit eligendum, & permittẽ
dum ipſam fieri. Quod aũt ipſam fieri, ſit minus malũ, q̃
ipſam non fieri, probatur, quia ſi nullus præſtaret ad vſu-
ras, pauperes ſæpe morerentur fame. Dicendum ergo ad
hoc, ꝙ vbi duo mala cõcurrunt, ſemper minus eſt eligẽdũ
ab illo, qui neceſſe habet incidere in alterum de duobus,
& ideo pauper potius debet eligere recipere mutuum ad
vſurã, q̃ mori fame, ipſe aũt vſurarius non incidit neceſſa
rio in alterum duorum illorũ malorũ, quia poteſt mutua-
re ſine vſura, & iſto modo vitabit famẽ & mortẽ pauperis
& p conſequens non incidit in aliquod illorum malorũ,
& hoc apparet immediate, ꝙ vnus & idem actus poteſt
eſſe vitioſus reſpectu vnius, qui tñ non eſt vitioſus reſpe-
ctu alterius. Contractus ergo vſurarius, quãuis ſit vitio
ſus reſpectu eius, qui mutuum præſtat, non tñ reſpectu e-
ius. qui recipit, ſicut & poteſt poni exemplum in paſſio-
ne Chriſti, quia fuit vitioſa reſpectu Iudæorum, qui eam
intulerunt, non autẽ ex parte Chr̃i, qui eã recepit, imo val
de virtuoſa. Vel poſſumus nos de iſto argumẽto breuiter
expedire, dicẽdo, ꝙ de duobus malis ſemper minus malũ
eſt eligendum illi, qui eſſet cauſa vtriuſq; mali, quod non
poteſt dici in propoſito, nam dato, ꝙ pauper moriatur fa
me ex eo, ꝙ non inuenit pecuniam ad vſuram, ille tñ qui
potuit eam præſtare, non fuit cauſa ſuæ mortis, fuiſſet tñ
cauſa illius peccati, quod committitur in vſura, ſi ſuã pe-
cuniam ad vſuram præſtaret, & ideo potius debuit velle
vitare illud peccatum, cuius cauſa ipſe fuiſſet, q̃ aliud, in
quo nullã culpam habuiſſet. & de hoc 13. di. in ſum. & 11.
34 diſt. c. 1. ¶ Ad 10. cum dicebatur, ꝙ ea † q̃ parificantur
in effectu debent parificari in iuris diſpoſitione. ff. de ver.
obli. l. a Titio. & ff. ad l. Aqui. l. illud. ſed pecunia & opera
parificantur in effectu. ff. pro ſocio. l. ſocietate. § 1. ergo idẽ
ius ſtatuendum in vtroque, quia de ſimilibus ad ſimilia
procedunt. Sicut ergo in caſu, vbi ex opera mea participo
tñ de lucro, quantum tu pecuniam ponis, ſic & vbi pecu
niam meam dabo, ẽt ſine opera tua potero de ea licite lu-
crum recipere. Ad hoc dicendum, ꝙ nõ eſt ſimile, qa ope
ra ſine pecunia poteſt fructificare, nec fieri habet determi
natum valorem a natura, vel ab arte. & ideo poſſumus de
ipſa licite lucrum recipere, pecunia autem ſine opera non
eſt apta nata ad fructificandum, & habet terminatum va
lorem ab arte, quapropter nullus poteſt de ea ſola licite
35 exigere lucrum. ¶ Ad 11. vero cũ dicebatur, ꝙ illud † qđ
eſt licitum in vno caſu, præſumitur ſemper licitum, vſura
autem vr̃ licita in quodã caſu, vt verbi gratia, ego qui ha-
beo molendinum, do pecuniam Titio, vt magis veniat ad
molendinum meum, q̃ vicinorum. & tñ ſi alibi iuiſſet, tñ
de penſione ſoluiſſet, nec hoc obſtante tenetur cõiter, qđ
receptio talis pecuniæ ſit licita. & tñ ea videatur vſura, qa
recipitur vltra ſortem & laborem. Dicendũ ad hoc, quod
ſicut patuit ſupra in 3. articulo, vſura in nullo caſu permiſ
ſibilis eſt, niſi eo modo quo allegatum fuit ſupra in 3. arti
cu. In caſu ergo hic habito ſi eſſet vſura, nullo modo eſ-
ſet licita receptio dictæ pecuniæ, quapropter dicendum,
quod nulla eſt ibi vſura, nam cum vſura generetur *maxi-
me* de ipſo mutuo, vt patuit s̃. in primo articulo, *& in di-
cto* caſu nullum ſit mutuum, relinquitur ſimpliciter, quod
36 in eo nulla ſit vſura. Ad 12. vero, cum † dicebatur, quod
ſi homo pecuniam non mutuaret, eſſet deperdita, & non
multiplicaretur, nec ex ea communis vtilitas reſultaret,
& per conſequens videbatur, quod vſura eſſet licita & p
miſſibilis, quia illud ex quo aliquod bonum vtile multi-
plicatur, uidetur licitum & permiſſibile. Ad hoc er-
go dicendum, quod illud ex quo bonum utile multi-
plicatur, ſaluato bono honeſto licitum eſt & permiſſibile,
ſed in propoſito non eſt ita, nam quamuis per contractũ
vſurarium multiplicaretur ſæpius bonum vtile, non tamẽ
ſaluatur ibi bonum honeſtum & virtuoſum, cum habeat
malitiam conuolutam, vt patuit ſupra in ſecundo articu-
37 lo. ¶ Ad 13. vero cum † dicebatur, quod vſuræ eſſent per
miſſibiles omni iure, quia ſanctæ, & probatur per hoc, qa
illius naturæ eſt cauſatum, cuius eſt cauſãs. ſed vſuræ ſunt
permiſſæ a legibus ciuilibus, quæ ſunt ſanctæ, ergo &c. Di
cendum, quod ſi leges ciuiles ita permitterent vſuras,
quod eſſent cauſa earum, tunc argumentum concluderet,
nunc autem ita permittitur, ꝙ nõ ſunt earum cauſæ, quia
non permittunt eas, tanquam eas fieri præcipientes, vel
eis auxilium præſtantes, ſed ſolum tanquam pœnam non
38 infligentes, ut ſæpius dictum eſt. ¶ Ad 14. cum † dice-
batur, quòd uſura eſt cauſa mutui, quod eſt bonum. ergo
& ipſa bona & licita. Dicendum ad iſtam rationem,
quod ubi uſura eſt finis mutui, ibi tale mutuum non eſt
bonum. & ideo melius eſt a tali mutuo ſe præſeruare.
¶ Ad 15. cum dicebatur, quod ſi uſura non eſſet licita,
tunc alienatio rei acquiſitæ per uſuram non eſſet licita,
quod uidetur eſſe falſum. Dicendum, ꝙ alienatio talis rei
ideo eſt licita, quia ſi aliquod lucrum ex ea oritur, illud
non peruenit ex ſola pecunia uſuraria, ſed ex opera illius
alienantis ſimul cum pecunia. ¶ Ad 16. cum diceba-
39 tur † de illo, qui habet molendinum, quod in dicto caſu
non ſit uſura, licet propter dictum mutuum recipiat lu-
crum, quod non recepiſſet, ſi mutuum non præſtaſſet, ut
ita uidetur ſecundum iſtam uiam, quòd iſte caſus non ſit
omnino alius ab illo, qui fuit poſitus in 11. argumento.
Ad hoc ergo dicendum, quòd habens molendinum, ſi
præſtat pecuniam Titio cum iſta intentione, quòd magis
uadat ad molendinum ſuum, quam uicinorum, ex hoc ip
ſo debet uideri uſurarius in mente, quia ubicunq; aliquis
intuitu mutui intendit recipere aliquod commodũ ultra
ſortem, quod quidem commodum poteſt per pecuniam
emi, tantum ualet, ac ſi reciperet pecuniã ultra ſortem, &
per

Digitized by Google

per conſequens eodem modo eſt cenſendus vſurarius. Si tamen quæratur vlterius, vtrum teneatur ad reſtitutionē, dico, ſi ſua intentio ſit nota Titio eunti ad molendinum, tenetur ad reſtitutionem propter cauſam ſuperius aſſignatam in primo articulo, quando agebatur de vſura mentali. Si autem vlterius quæratur, vtrum teneatur reſtituere totum, quod a Titio recepit pro penſione ſui molendini, Dico, ꝙ non, ſed tenetur reſtituere tantum, quantum reputat ſibi valuiſſe commodum, quod inde recepit propter hoc, quod Titius iuit ad molendinum ſuum, ad quod non iuiſſet, ſi pecuniam non præſtitiſſet. Intelligo autem per illud commodum concurſum gentium, vel notitiam, q̃ conſequitur ſuum molendinum ex hoc, ꝙ Titius iuit ad ipſū, & ideo tm̃ debet reſtituere, quantum reputat ſibi valere illud tale commodū, qđ conſecutus eſt per Titiū, dato ꝙ deberet ipſum emere, ſi tñ vlterius quæratur, cui debeat fieri iſta reſtitutio. Dico, ꝙ non debet fieri Titio, quia ad illud lucrum, quod contulit illi, cuius eſt molendinum, obligabatur ex ſolo ſeruitio, quod habuit de molendino circunſcripto omni ſeruitio mutui. Et iſta duo bene ſtant ſimul, ſ. ꝙ iſte, cuius eſt molendinum, teneatur reſtituere & tamen ille, qui iuit ad molendinum, non debeat recipere quia ille cuius eſt molēdinum recipit aliquod beneficiū, vel lucrum intuitu mutui, quod ante non recepiſſet, ille vero, qui iuit ad molendinum cōtulit aliquod lucrum intuitu mutui, quod antea non contuliſſet. & ideo in nullo poteſt ſe putare grauatum. ergo nulla debet ſibi fieri reſtitutio. Ex quibus omnibus poteſt rationabiliter concludi, ꝙ reſtitutio præfata fieri debet eodem modo, quo fit reſtitutio, quæ eſt de vſura incerta. Sciendum, ꝙ ſi ille, qui iuit ad molendinum, fuiſſet ex hoc conſecutus aliquod damnum, quod non fuiſſet conſecutus eundo ad molendinum alterius debet ei dicta reſtitutio fieri ad quantitatem illius damni. Io. And.

SVMMARIVM.

1 *Venia, quam uarie ſumatur.*
2 *Fugitiuus quis.*
3 *Peccati uenia quæ requirit.*

REGVLA V.

1 Peccati venia. Dicit Io. mona. ꝙ † venia q̃nque ſumitur pro licētia. ecc. 25. non des mulieri neque veniam prodeundi. i. licentiam vel libertatem. & facit C. de in ius voc. l. venia. q̃nque ſumitur pro indulgentia, vel remiſſione, vt hic, & in l. manichæos. quam alle. glo. & dicitur a veniendo, quod venit a licentiante vel indulgente. ¶ Prima gl. facit 3. Primo, exemplificat regulam. Secundo, declarat diſtinguendo duplicem offenſam. Tertio, ſucceſſiue ſignat & ſoluit duo cōtraria. Quarto, exemplificat contrarium regulæ. ¶ In 1. gl. ibi [manichæos] fugitiuus
2 eſt qui † ea mente diſcedit, ne ad dñm redeat, & ſi mutato conſilio ad eum reuertatur, nemo enim tali peccato pœnitentia ſua nocens eſſe deſijt. In gl. 1. ibi [videndum] dicit Io. mo. omne peccatū cōmittitur in Deū, vt in pſalmo.
3 Tibi ſoli peccaui. propter quod primo neceſſaria † eſt ipſius remiſſio. Eſt neceſſaria peccantis diſpoſitio, cū actus actiuorum ſ m̃ philoſophum 2. de anima, ſint in patiente bene diſpoſito. Deus ergo in venia peccati principaliter eſt agens inſtrumentale, in hoc eſt homo pœnitens, q gratia diuina præueniente fit adiutor Dei, ſecundū Apoſtolum 1. ad Cor. 3. Inducit illud Aug. Qui fecit te ſine te, nō ſaluabit te ſine te, & ſic ſoli contrito datur venia. & ibi [qs ſit fugitiuus] & ſic ſoluitur contrarium huius regulæ & regulæ ſ. proxime. de l. iſta & de l. qui ea mente. ff. de fur. & de l. peti. ff. vi bon. rapt. per quæ probatur, ꝙ correcto vel ei, qui rem reſtituit, nō remittitur peccati venia. aliud .n. eſt remittere culpam, q̃ pœnam, vt ſequitur. tñ Dy. ſ. c. proxi. dixit illud de iur. ciuili, hoc de benignitate can. hic vero dicit, quod quia facilius ligatur de iure diuino, ſcilicet per cogitationem cum firmo propoſito, quam de iure ciuili. vbi requiritur actus. ita facilius ſoluitur. Quæſtio huius regulæ poſita eſt ſup. regula proxima.

SVMMARIVM.

1 *Locutio pluralis an ſit uno contenta, uel duo requirat. Et quid de ſingulari.*
2 *Appellatio vnica a duabus ſententijs an ſufficiat, an vero vtraque ſententia ſuam ſeorſum & particularem requirat appellationem, & nu. 4.*
3 *Appellatio vna reſpiciat ne omnia præterita, & una petitio multas actiones. & nu. 5.*

REGVLA XL.

1 Pluralis locutio duorum. Cōtra, quod † ſit contenta vno. ff. de con. & demō. l. falſa. §. ſi. vbi ſi lego Stichū & Pāphilū, ſi mei erunt, cum moriar, vnus tm̃, qui meus erat tpe mortis, cedit legato. Dy. dicit, ꝙ ibi non dr̃, ꝙ pluralis locutio ſit vno cōtenta, ſed ꝙ geminat ſignificationem ſingularis operando, ſcilicet ꝙ duæ ſingulares facerent ad idem. ff. de leg. 3. l. qui concubinam. §. Stichus. C. de imp. & ali. ſub. l. quamuis. ¶ Prima gl. ponit exempla, ſecundo obijcit de vna l. & dupliciter ſoluit. Tertio dicit in teſtibus regulam procedere, vbi numerus non additur, ponens 16. caſus, vbi plures quam duo requirūtur. Quarto dicit in pronominibus regulam non loqui. In glo. 1. ibi [principaliter] vide præd. dec. 2. & in 1. gl. & ibi [vnicuique lib. 12.] recepti vltra numerum militantium in ſacris ſcrinijs per ordinem, quem ſortiti ſunt, ponuntur in locis deficientium, niſi poſterior per 15. teſtes primatum ſcrinio. dignior fore probetur. ¶ In 1. gl. ibi [ſi cer. pe. l. vlt.] hæc lex codicis requirit tres teſtes. ſed auth. ibi poſita requirit. 5. & dic vt ibi no. & ibi [præſul.] & c. ſeq. vide plenius de his in Spe. de teſte. §. reſtat de numero.

QVAESTIO.

Hæc regula facit pro opinione Inn. quā ſequi oportet, vt plene ſcripſi de fide inſtr. cum Ioan. in gl. mag. & ſuper gl. & ita, ſ. ꝙ per duos teſtes reprobetur inſtrumentū. Cū .n. l. optimam. in ſi. C. de contro. ſtipu. dicat per teſtes reprobari, intelligam de duobus. dec. tertio. ſ. de prob. dicit per fratres domus reprobatur. intelligam de duobus. & quia, vbi ſupra, plene ſcripſi, hic non inſiſto. Sciendum autem, ꝙ ſicut pluralis locutio eſt contenta duobus, ſic ſingularis contenta eſt vno, & duos abhorret, maxime in materia reſtringibili. huic conuenit quæſtio 24. Goff. quę talis fuit, aliquis ab eodem & coram eodē iudice cōuenitur, diuerſis tñ libel. & ſup diuerſis rebus, iudex in vna actione condemnat, & demū eodem contextu cōdēnat in alterā. cōdemnatus appellat & impetrat ſuper app. reſcriptū huius formæ, cōqueſtus eſt talis, ꝙ iudex talis iniquā tulit diffinitiuā ſniā cōtra ipſū, a cuius ſnia ad ſedē apoſtolicā appellauit, & ſequit̃ gn̄lis concluſio, petit impetrans ꝓ hoc reſcriptū vtraq; ſniam reuocari. Ex aduerſo excipitur, ꝙ nō fuit appellatū ab vtraque, ſed ab vltima tantū, quærebat, an ſic excipi poſſit? Quod poſſit, allegat quatuor, & quatuor in cōtrariū. tertio ſoluit & contrarijs rñdebo. Quod ſic excipi poſſit, ꝓbatur p l. cū in vna. ff. de app. vbi dr̃, ꝙ ſi dupliciter ſnia fertur in eū, vna ſortis, & alia vſurarū, duplex appellatio neceſſaria eſt, ne alteram agnouiſſe, & ex altera prouocaſſe videatur. Secundo, qui nō appellat, ſnię cōtra ipſū latæ acquieuiſſe vr̃. 2. q. 6. biduū. circa ſi. ff. q̃n ap. ſit l. 1. cū igitur a prima ſnia non appellauerit, nō eſt illius executio differēda. 2. q. 6. ſi quis ex pluribus. Cum ergo diuerſis libellis ſuper diuerſis rebus ageretur, tot ſunt ſententiæ, quot ſunt res, licet vno verborum contextu omnes ſententiæ proferantur, ſicut & in ſtipulationibus dicitur. ff. de verbo. obli. quod dicitur. & l. ſcire. & l. pluribus. & vide quæſtionem in 3. membro, ſuper regula, delictū, plures ergo appellationes ſunt neceſſariæ, ſicut & plures denuntiationes, vbi plura ſunt opera. ff. de no. op. nun. de pupillo. §. ſi in pluribus. Simile de abo-

Digitized by Google

abolitione dr̃. 1. quæſtio. 3. §. notandum, verſi. ſi plura, ſic
& excommnnicatus pro pluribus cauſis, omnes debet
exprimere in abſolutione. de ſen. excom. cum pro cau-
ſa. & c. officij. de offi. ord. ex parte. Tertio facit ad quæ-
ſtionem de app. ſuper eo. 1. vbi per appellationem ſuper
exceptione non dr̃ appellatum in principali, quod ſine il
la terminari non poteſt, hæc autem ſunt talia, cum vnum
cum altero nil habeat commune, ergo &c. Quarto be-
ne facit de præben. is, cui. 1. rñ. in fi. ſup. eo. li. vbi patet, ꝙ
ſingulare nomen beneficij vnū ſolum cōprehēdit, & non
duo. facit ēt ſup. eo. li. de re iud. c. pe. 1. rñ. vbi ſi ponatur
ſingulare, vbi requiritur plurale, vitiatur qđ agitur. Etiā
conſtat, ꝙ ſi duo diuerſi iudices illas condemnationes
feciſſent, non ſatis fuiſſet ab vna appellare. ergo nec qñ
per vnū. ff. ſi cer. pet. l. ſingularia. facit 8. qō. 1. in ſcriptu-
3 ris. de pœ. di. 3. adhuc inſtant. ¶ In † contrariū, appella-
tio reſpicit omnia præterita. de app. ſcđo requiris. & c. in-
quiſitionē. & vna petitio multas actiones includit. C. de
an. excep. ſi ex multis. vna ap. plures releuat. 2. q. 6. verſi.
qñq; & C. ſi vnus ex pluribus. l. 2. & 3. Secundo, cum non
ſeparatim factæ ſunt condemnationes, ergo ſufficit vna
ſententia, & ſic vna appellatio. ff. de ap. ſi quis ſeparatim.
1. rñ. Nam cū arbiter pronuntiat ſimul de pluribus con-
trouerſijs, ſe non contingentibus, dr̃ vna ſententia. ff. de
arbitris, quid tamen, facit de ſimo. dilectus. de præſcri. au
4 ditis. & c. veniens. Tertio, vna † verborum conceptio fa-
cit vnā ſtipulationem ſuper annuis præſtationibus. ff. de
do. cauſa mor. l. ſenatus cenſuit. §. vltimo. Item plurium
rerū datio vna intelligit etiā ſi excedat coaceruatio om-
niū ſummam quingentorū aureorum, vna fit inquiſitio.
C. de dona. ſancimus. in fi. licet ſit arg. contra ff. de iur.
om. iud. ſi idē. 1. rñ. Quarto, plures ſniæ coaceruatæ vnū
conſtituunt creditorē. ff. de pac. l. maiorē. & l ſi plures. &
C. qui bo. ce poſ. l. vlt. & ſic per omnia hoc probatur, ꝙ ex
quo vno verborū cōtextu vtraq; ſentētia eſt prolata, ſuffi
cit vnica appellatio. Soluit, ꝙ ex quo in reſcripto dr̃ de
ſnīa in ſingulari, cum negari non poſſit fuiſſe plures ſen-
tentias, quamuis vno verborū contextu prolatas, non au
dietur, niſi cōtra vnā, ſ. cōtra vltimā, vel cōtra duriorē. fa-
cit ff. de ſol. in primis 5. legibus, nec ēt ante reſcriptū di-
cet ab vtraque ſnīa appellatū, p præ. l. cū in vna. ¶ Ad cō
traria ñ rñder, tu dicas, ꝙ duæ decr. allegatæ nō loquūtur
de appel. interpoſita. ſed de culpa, q̄ illam remouet, circa
quam ponderatur intentio ſcribentis. Item ibi de vnico
reſcripto, cuius contrariū eſſet in duobus, hic aūt & de
duobus libellis, duabus inſtantijs, & duabus ſententijs.
5 Ad ſecundum fateor, ꝙ plures † actiones uno libello po-
tuiſſent intentari, ſed ex quo contrarium eſt factum, du-
plex dr̃ inſtantia. Ad tertium fateor, ꝓ appellatio unius
ex condemnatis ſocios releuat in caſu illorum iurium, cū
diſtinctione decr. pe. ſup. de appel. ſed hoc non contingit
in caſu noſtro. l. ſi qui ſeparatim. facit pro, cum hic fuerit
ſeparatim diffinitum. & ſic ſit reſponſum ad reliqua. Di-
cemus ergo, quod licet ſuper omnibus una lis & inſtātia
fieri potuiſſet, & ſic una ſententia diffiniri, de priui. cum
olim. 1. ex quo tamen fuerunt duæ in facto, & duæ ſnīæ,
ab utraque fuit appellandum, ſicut & diuiſio parietis fa-
cit duo cœmiteria, quæ poterant eſse unum. ſup. eo. lib. de
eccle. uel alta. c. uno. 2 rñ & duas domos, & aliqualis diui
ſio duos fundos, ut patet. ff. communia præd. ſi quis duas,
§. 1. de lega. 1. l. plane. in fi. & de una præbenda duas. de p̄-
ben. tuę ubi de hoc, & c. uacāte. & de una prouincia duas,
ff. de offi. aſseſ. ſi eadem. ſic & in propoſito, diuiſio per li-
bellos & inſtantias facit duas cauſas, uel lites.

S V M M A R I V M.

1 *Plus, an ſemper minus contineat.*
2 *Stipulationem reddit inutilem diuerſitas in qualitate.*
3 *Eccleſia, quæ accepit ab alia eccleſia annua viginti, & per 40. annos accepit tantum decem, an poſtea poſſit integra viginti petere & num. 4. diſting. num. 6.*
7 *Eccleſia viginti ſoluebat per emphyteuſim alteri eccleſiæ, ſoluendo tātum partem poſt tempus, an perdat rem totam, vel partē, aut nihil.*

REGVLA XXXV.

1 Plus † ſemper. Dy. ponit exemplum per *l.* qui
quartam. ff. de leg. 1. ubi ſi teſta
tor intendens legare quartam
legauit dimidiam, debetur quarta, quæ ineſt. & ſi intēdēs
legare quinquaginta legauit centum, idem. Item per l. de
uerb. obli. l. 1. §. ſi ſtipulanti. qui interrogat de 20. reſpon-
detur de decem, tenet ſtipulatio. de 10. ſed contra eo. ti. in
ter ſtipulantem. 1. reſpon. ubi ſi dicat, promittis Stichum,
aut Pamphilum. & de Pāphilo rñdetur, ſtipulatio eſt inu-
tilis, quaſi interrogatio non præceſserit. ergo minus non
2 continetur in pluri. Dicit Dy. ꝙ non eſt illa † ratio, ꝙ non
contineatur, ſed quærendo de duobus, ſtipulari vult utrū
que, ſed ſi alterum non detur, rñſio de altero eſt pura, &
ſic eſt diuerſitas in qualitate, quæ ſtipulationē reddit inu
tilē. ff. de uer. obli. l. 1. §. ſi quis ſimpliciter. & de hoc in fi.
glo. & dicebat Io. mo. idem in caſu conuerſo, ſi ſtipulanti
de Sticho. rñdetur de Sticho, aut Pamphilo. ff. de fide. Grę
ce. §. ſi quis Stichum. Si quis uero ſtipulatur Stichum tan-
tum & Pamphilum, & reſpondetur de Sticho tantum, be
ne ualet in Sticho, nam ut dicit, omnis copulatiua eſt *plu*
res. ff. de uerb. ob. quod dicitur. ualet ergo in *ſpecie uel ſū*-
ma, quæ cum ſtipulatione cōcurrit. ff. de uer. ob. *l.* 1. §. ſed
ſi mihi. & l. inter ſtipulantem. §. diuerſa. ¶ Prima gl. dicit,
unde ſumpta. & ponit exempla, & cōiungit alias duas re-
gulas. Secundo ſibi ſucceſſiue duo cōtraria ſoluit. Tertio
ponit caſum exceptum, & exponit de quo pluri loquatur
regula. ¶ In 1. gl. ibi [in eo quod plus.] ſequitur, eſt, ſem
per ineſt minus. & ibi [§. ſi plures] caſum habes in c. pro-
xi. allegato. ¶ In 1. glo. ibi. [minus] qualitate, & ſic ſolui-
tur tertium, de l. ſolemus. ff. de iud. §. latrunculator. ubi
conceditur merum imperium, & denegatur cognitio ci-
uilium, nam illæ ſunt ſpecies diſtinctæ, ut no. ſupr. de iur.
om. iud. l. imperium. & ſic una conceſsa nominatim dene
gata ſit altera, ar. de procur. maritus. Dyn.

QVAESTIO.

3 Huic regulę coadaptatur qō dñi talis. 22. qua q̄ritur †
ſi eccleſia dēt alteri eccleſiæ annua 20. & per 40. an. ſoluit
ſola 10. an poſtea petere poſſit eccleſia integra 20. Alle-
gat tria ꝙ poſſit. Scđo quatuor, ꝙ nō poſſit. Tertio datur
ſolutio Barthol. diſtinguēs. ſubditur dictū Accurſij & re-
miſſio Gul. & Dy. diſtinctio in fi. ſuper duob. dubijs ſit re
miſſio. Qđ petere poſſit, allegatur ff. de ſer. ru. p̄d. una eſt
uia. & de ſerui. ut pomum. §. 1. & quemadmodum ſeruit.
amit. ſtillicidij. in fi. quid dicant iſtæ tres l. uide in ſuffra.
de præſcriptione, auditis. ſuper gl. pe. & illis concor. ff. ſi
ſeruitus uen. ſi eo loco. §. fi. Si ergo per tres retinetur ſer
uitus, ut ibi, ita & hic per partē debiti ſolutā ius in toto
retineo. facit ff. de fur. vulgaris. canon. de pę. d. 1. Scđo, pu
blicæ functiones uel ciuiles canones præſcribi non poſ-
ſunt. 16. q. 3. in l. iubemus. C. de præſcri. 20. uel 40. an. l. cō
per it. circa fin. ergo nec iſta pēſio, cū eccleſia æquiparetur
reipublicæ. 16. q. 3 §. pōt. 23. q. 4. qđ ergo. Tertio, eccleſia
non ſoluendo totū, & ſoluendo partē habuit malā fidē,
& ſic præſcribere non potuit, de præſcri. qm̄ oē. ſup. eodē.
4 poſseſsor. ¶ In contrarium † ius epiſcopale pro parte præ-
ſcribitur. de præſcri. auditis. & c. cū olim. ſic ergo & pēſio,
iſta pro parte præſcribi potuit per eccleſiam ſoluentē. Se-
cundo pro hac parte facit. ff. qui. mod. uſusfru. amit. l. pla
cet. uel certæ partis, uel pro indiuiſo uſu, nō utēdo amitti.
& l. is qui uſumfru. hēt. quid dicat, uidebis in ſolutione.
facit ēt ff de uſur. qui ſemiſses. §. aduerſus. ff. de aqua quo
tid. & æſti. l. 1. §. Trebatius. & quod de ſeparabilib. dicam
j. eod. utile. Tertio uidetur eccleſiam ſuo iuri renuntiaſse.
tanto tpe medietatem recipiendo. de priuilegijs. ſi de ter
ra. Item ſi totum præſcribi poteſt, ergo & pars. de offic.
leg. paſtoralis. §. 1. de do. inter uirum & uxo. nuper. ff. de

rei

Digitized by Google

rei vend. quę de tota. Quarto, ſi ſpeciale eſt in tributis, qđ
ſoluens minus, q̃ debeat, non præſcribit. C. de præſcr. 30.
an. l. cōperit. ergo in alijs ſecus. & vr̃ expreſſum. de cenſi.
6 olim. ¶ Soluit Bart. ꝙ ſi 10. quæ † ſoluebantur ex vna cā
debebantur, & illa q̃ non ſoluebantur, debebantur ex alia
cauſa, in illis 10. vr̃ præſcriptum, ſed ſi ex eadem cauſa
debeantur, vr̃ eccleſia ſoluens partem, agnoſcere totum
debitum. C. de præſcr. 30. vel. 40. ann. cum notiſſimi. §. pe.
Accur. ibi. in fin. 1. gl. ſimpliciter tenuit non præſcribi, al-
leg. de non nu. pec. l. cum ſidem. vbi ſoluens partem debi-
ti, vel vſurarum, amplius non opponit pecuniam non nu
meratam. Ad idē induci poteſt quod dicit lex de patre, q
ſoluit partem debiti a filio contracti, quia ceſſat Macedo-
nianum. ff. ad Mace. Item ſi filius. alias ſed Iul. §. fin. ¶ Ad
gl. præ. remittit Gul. in Spe. de præſcr. ver. quid ſi cum de-
berem, ſed alibi. ſ. de locato. §. nunc aliqua. ver. 42. ad lite
ram ponit præd. ſolu. Barth. Sed Dyn. cuius dictum ponit
Cy. in præ. l. diſtinguit, aut eſt vna p̄ſtatio, aut ſunt plures.
primo caſu aut ego, q recipiebā 10. tm̄, ſciebam eū teneri
ad 20. & tūc retineo ius in alijs 10. & eo caſu accedat hęc
regula, qa cum minus contineatur in plurari, recipiendo
ſcienter partē, retineo poſſeſſionem totius, per iura prius
allegata, ſi autem credebam eū teneri ad 10. tm̄, tunc mi-
hi præiudicat. ſic diſtinguit. l. in vſufructuario, qui tm̄ vti-
tur & non fruitur. ff. quib. mod. vſufr. amit. l. is, qui vſum
fructum, & ratio ſecundum eum, quia non vr̃ habuiſſe a-
nimum mihi obligandi vel retinendi ſeruitutē, quā igno-
ro. ff. quemadmodū ſeruitus amit. ſi cōem. & l. vna eſt via.
Secundo caſu, qn̄ erant plures præſtationes, tunc per vnā
præſtationem alias non retineo, ſed eas perdo. ff. de aqua
plu. ar. l. ſi prius. in princ. vbi dr̃, ꝙ ſi mihi habenti ſeruitu
tem aquæ nocturnæ, ducendo poſt eā ceditur ductus diur
næ, & ego per conſtitutum tp̄s vtor tm̄ nocturna, perdo
ſeruitutem diurnæ, cum plures ſint ſeruitutes, & diuerſa-
rum cauſarum. & vide, quod dixi in præ. decr. auditis. de
7 præſcr. ſuper gl. pen. Ex prædictis aūt incidunt † duo du-
bia, an ſi eccleſia illa 20. ſoluebat per emphyteuſim, ſoluē
do partem tm̄, poſt tempus, iure perdat rem totam, vel
partem, vel nihil, de quo vide in Spec. de loca. §. nunc ali-
qua. ver. 29. ſaluo ſemper quod dixi de reli. do. conſtitu-
tus. ſup gl. hoc vero. ſed an debens anna. 20. primo anno,
quo ceſſauit, incipiat præſcribere pro annis ſequentibus,
an quolibet anno inchoet illius anni præſcriptio, de quo
ſatis C. de præſcrip. 30. an. cum notiſſimi. §. fin. & in Spec.
de loca. præalle. §. ver. 41. & vide, quid dixi poſt Goffr. de
præſcri. auditis. ſuper ver. ſolutionem. Ioan. And.

SVMMARIVM.

1 *Procuratorum vſus quam neceſſarius.*
2 *Compaternitas an poſſit contrahi per procuratorem. & nu. 4. 6. 8. 10. 11.*
3 *Compaternitas acquiratur ne vxori, etiam ignoranti, ex facto viri. & nu. 13.*
5 *Cognatio quid.*
7 *Cognationis tres ſpecies.*
9 *Procurator in quibus non poſſit conſtitui.*
11 *Matrimonium per procuratorem an contrahi poteſt.*

REGVLA LXVIII.

Poteſt quis Dicit Dy. regulam reſtringēdam
ad ea, quæ poſſunt per alios expli
cari, allegat, quod no. ff. de vi. &
vi ar. l. 1. §. quo. Io. mo. dicebat hic ponendū caſum per l.
1. de procur. quam alleg. gl. tn̄ ſm̄ diſtinctionem legis pri
mæ. ff. an p aliū ap. cā. ex poſ. q̃ diſtinguit inter pecuniariā,
ēt ex qua irrogetur ignominia, & capitalē, vel ex qua pęna
debetur vſque ad relegationē. prima per procura. tractari
debet, ſecunda non. de hoc vide, quod ſcripſi de accu. ve
niens. ſuper. 1. gl. ¶ Prima gl. ponit exempla, & 16. caſus
exceptos. Secundo ponit 5. caſus exceptos a regula cōuer
ſa, & rōnē ipſorū reddens, adiungit duo ſimilia, & dicit re
gulam, qui facit, non eſſe ſuperfluam. in fine arguit & re-
1 uertitur. ¶ In 1. ibi [l. 1. §. 2.] vſus † procuratorum per q̃
neceſſarius eſt, vt qui rebus ſuis ſuper eſſe nō poſſunt, vel
nolūt, per alios id poſſunt. & ibi [Arethuſa] ſi mulier, cui
libertas relicta eſt, ſi 10. Titio dederit in momento, quo pa
rit, illa det Titio per alium, proles eſt libera, & ibi [§. ne au
tem] vide de offi. deleg. c. vl. in 3. gl. & ibi [inter artifices]
vide de reſcri. cum dilecta. in gl. 3. & ibi [niſi in caſu.] ſ. cū
neceſſario habet abeſſe, hoc vult l. 1. & ibi [Imperator.]
pp partum differtur matris damnatæ ſupplicium. & ibi
[Aristo.] per primum creditorem habet poſterior ius di-
ſtrahendi, quod ex ſui perſona non haberet. & ibi [§. ſi tu
tor] qui legatum pupillo per ipſius tutoris patrē accepit
vt tutor, nihilominus agit de inofficioſo. & ibi [quęſitū.]
vide e. ti. quod alicui ſuo, in gl. 1. ¶ In 1. gl. ibi [§. 2.] & ibi
de hoc. & ff. de admi. re. ad ciuita. perti. l. 2. in prima gl. &
ibi. [l. vlt. §. pen.] Item violentum ſtatim poteſt de poſſeſ-
ſione expellere per ſe tamen, non per procur. ff. de vi & vi
arma. l. cum fundum. Dyn. & ibi [non per me] vt dixi de
ſen. excō. ſacro. ſuper fin. ſi. gl. vbi etiā allegatur. ff. de neg.
geſt. at qui natura. §. cum me. & ibi. q. 3. c. vlt. & idem in il-
luſtri. C. de procur. l. pen. Dyn. & ibi [quæſitum] multa e-
xempla, quibus licet alieno nomine, quod non licet pro-
prio, vide inf. quod alicui ſuo. in ſecunda parte quæſtio-
nis. & ibi de effectu iam facti. idem ibi Dy.

QVAESTIO.

Hæc regula facit ad quæſtionem, quam diſputaui poſt
2 † do. meum do. Martinium, quam ſic proponebam, Quæ-
ritur, an cōpaternitas contrahatur per procuratorem. Et
primo pro affirmatiua allegabuntur quinque coniūctim;
& tria diuiſim. Secundo, pro negatiua contraria tria con-
iunctim, & quinque diuiſim. tertio ponetur ſolutio. Item
contraria op. & eius approbatio, alterius quæſtionis ſolu
tio, & contrariorum reſponſio. Videtur ꝙ ſic, quia edictū
de procuratore conſtituendo, prohibitorium eſt. s. eo. li.
de procur. c. 1. in prin. ff. de procur. mutus. §. 1. & procur.
ad omnia negotia poteſt conſtitui. ff. de procur. l. 1. ergo
ad cōpaternitatē. quia dicens omnia, nil excludit. 19. diſt.
ca. 1. & hoc iur. beneficij. de poteſtate conſtituendi, nihil
debet auferri. eo. tit. indultū. & ibi concor. Item pōt quis
per aliū, quod per ſe non pōt, vt hic. & c. qui per alium. ſi-
cut quis per aliū poſſidet, & inueſtitur. de præſcr. ſi diligē
ti. de præben. accedens. & ſpirituale & carnale matrimo-
nium per procur. contrahitur. de primo de elec. quia pro-
pter ſcriptum. & c. congregato. de ſecundo s. eo. li. de pro-
cur. c. ſi. ſecundum Mar. Fortificatur hoc vltimum, qa car
nale matrimonium eſt vnum ex 7. ſacramentis. ſi igitur ſa
cramenta per procur. contrahuntur, fortius ſacramenta-
lia, qualis eſt hæc cognatio. Ad præmiſſa adduntur tria.
Primum, ꝙ licet compaternitas requirat actum & verbū,
vt infra probabitur, hoc non impedit procura. dari, nam
& iuramentum requirit actum corporalis tacturæ, & ver-
bum. & tamen per procur. præſtatur. Primū patet. 1. qu. 7.
quot. 1. de conſe. di. 2. ego. de iur. iur. ego N. de ele. vt cir-
ca. li. 6. in fine. Item patet ex priuilegio epiſcoporum, qui
certis caſibus non tangunt. 11. q. 1. non flagitetur. de iur.
ca. c. ſi. C. de epi. & cle. auth. ſi iudex. ſm̄ probatur 63. di. ti
bi dn̄o. e. di. optatū. 17. q. 4. metuentes. s. e. li. de ele. procu.
de iur. ca. c. ſi. de ſta. re. c. vno. §. verum. Secundo patet idē
in conſecratione epiſcoporum & ordinatione clericorū,
in quibus licet requirantur verbū & actus, tamen deman
datur primum. 75. diſt. ordinationes. & cap. ꝙ die. de ſac.
vnc. c. vno. & ti. ſe. c. 1. & vl. ſecundum probatur 64. diſt. c.
3. 71. di. per totum, de of. or. ꝙ ſedem. de ele. ſuffraganeis.
3 de con. ec. vel al. aqua. Tertio cōſtat, ꝙ ex facto † viri acq-
rit vxori cōpaternitas ēt ignorāti, imo ēt contradicēti, vt
vr̃ 30. q. 4. ſi quis vnus. e. tit. Martinus. & c. 1. s. eo. lib. for-
tius ergo per procur. acquiri debet domino volenti & mā
danti. ad hoc de ſimo. ſicut tuis. de ba. maiores. de homic.
Petrus. & quod no. ſupra eo. li. is, qui tacet. ¶ In contra-
4 rium † præſentia & tactus requiritur, vt probatū eſt, & le-

Digitized by Google

uatio.30.q.4.c.vl.Item parificantur carnalis generatio &
ſpiritualis.de bap.debitũ.ſed in carnali requiritur actus
patris,ergo in ſpirituali actus patrini.Item,in criminali-
bus & arduis non datur procura.de procur.tuæ.de accu.
ueniens.de elec.cupientes.ergo nec hic,cum circa maio-
ra quid cautius ſit agendum,propter maius periculum.
de elect.vbi periculũ.in princ.cũ concor. ſm Bar.Proba-
5 tur hoc fortius † ex deſcriptione cognationis, quæ dici-
tur ſecundum omnes attinentia proueniens ex ſacramen
ti datione,vel ad id detentione.& no.de cog.ſpi.ſupra eo.
li.c.1.ergo qui non detinet,vel leuat,non poteſt eſſe com-
pater.vnde canones antiqui de hoc vtuntur verbis, ſuſci
6 pit,† accipit,tenet,leuat.30.quæſt.1.in primis 5.capitu-
lis.& c.omnis.& q.3.c.1.2.& 3.& c.poſt ſuſceptum.& q.
3.ſi quis vnus.hiſdem verbis vtuntur dec.eod.ti.c.2.& c.
Martinus.& c.contracto.& c.veniens.eod.ti.c.1.& vlt.li.
eo.interdum geminant.ſic accedit,& ſuſcipit. vt d.c.vlt.
& de con.di.4.non plures.Item canones antiqui dicunt,
ꝙ patrinus offert,reſpondet,geſtat,& profitetur.de con.
di.4.illud.& c.ſe.& c.hi,qui.& c.quæris.vltra me.& c.ma
ter eccleſia.per quæ coniuncta probatur,ꝙ propria perſo
na,manus,obligatio,& reſponſio requiruntur,ergo pro-
cur.non datur,vel per alium nõ expeditur.ad hoc de ap-
pel.cũ parati.de hære.c.2.reſpon.1.de elec.cupientes.eo.
li.C.de teſta.hac conſultiſſima.& l.cũ antiquitas.C.de
iur.deliber.ſancimus.§.ſinautem. Secundo conſtat, ꝙ in
Baptiſmo requiritur perſonalis mentio baptizandi.hinc
eſt,quod adultus non poſſet per procur. recipere bapti-
ſmum aquæ.ergo requiritur principalis detentio vel leua
tio patrini.Primum probatur ex forma baptiſmi,de bapti
ſm.c.1.ibi, Ego te baptizo &c.te,quaſi non alium in per-
ſona tui.bene fac.quia adultus,qui baptizatur per ſe re-
ſpondet,non per aliũ.ſic ergo patrinus paruuli per ſe te-
neat,& reſpondeat.Primũ patet de con.di.4.cũ pro par-
uulis.ad idẽ ff.de admi.tu.l.1.poſt princ.Tertio probatur
7 ſic,cognationis tres † ſunt ſpecies,carnalis,legalis,& ſpi
ritualis.Prima diuiditur in conſanguinitatem & affinita-
tem.Secũda in adoptionem & arrogationem.Tertia in pa
ternitatem,fraternitatem & compaternitatem, vt ſcripſi
8 ſuper rubrica eo.tit.ſed prima † quo ad neutrã ſui ſpeciem
contrahi poteſt per ꝓcur.ꝙ patet per ſe,& ex deſcriptio-
nibus conſanguinitatis & affinitatis, quas dedi ſuper ar-
bore.Item nec ſecunda quo ad aliquam ſui ſpeciẽ.ff.de
adop.l.neq;.& l.poſt mortẽ.§.neq;.ergo nec hæc tertia,
alias turpis eſſet hæc pars vniuerſo cognationis non con
gruens.8.di.quæ contra.de ſpon.du.c.fi.Quarto, certum
eſt,ꝙ cognatio ſpiritualis habet inducere impedimentũ
matrimonij dirimens,licet ex conſtitutione eccleſię.Nec
ob.30.q.1.nõ oportet,vt ibi no.ſed hæc impedimenta vl-
tra caſus expreſſos a iur.non ſunt inducenda propter in
diſſolubilitatẽ matrimonij,de qua.de voto.c.vno.lib.eo.
ad hõc de teſt.licet ex quadã.Quinto ad hanc partẽ indu
9 cuntur illa † ſpecialia notata hic in glo.non confiteor ſa-
cerdoti per aliũ.de pœ.diſt.1.quem pęnitet.non aditur
hæreditas per procur.ff.de acqui.hære.ſi pupillus.§.Pau-
lus tamen, nec per alium petit maſculus veniam ætatis.
C.de his,qui ve.æta.l.2.nec ſubſtituit datus ad certũ mi-
niſterium, vel matrimonium contrahẽdum, primum,de
off.dele.c.fi.C.de cad.tol.l.vna.§.ne aũt.ſecundũ, de pro
cu.c.fi.li.eo. Ex quibus ſic concluditur ad caſum noſtrũ.
facit ad idem C.de vin.li.l.3.ff.de adm.tu.obli.§.fi. Secũ
10 do puto † compaternitatem per proc.contrahi poſſe, per
prima iura.Arc.no.contrarium,eo.ti.c.1.li.eod.per iura
quæ vtuntur verbo, ſuſceptionis.& per c.omnes.30.q.1.
ibi, nobis ſuſcipientibus,vel inſurgentibus.& per l.de a-
dop.ſupra alle.ergo reprobata domini mei ſententia hãc
ſecundam approbo, per c.de his.30.q.1.ibi exponit tex-
tus,quid ſit tenere puerum in ſacramento,dicens,ꝙ tene
re,eſt ſuper ſe ſuſtinere.ad idem c.ad limina.quod ibi ſe-
quitur, dum dicit proprijs manibus retinendum ſuſce-
pit,ſed quia ibi uidetur factum narrare,melius facit pri-
mum capitulum.Idem dico per ea,quæ ſupra dixi de co-
gnatione,cum.n.legalis ideo non fiat cognatio per aliũ.
quia naturam imitatur, eadẽ ratione nec ſpiritualis, per
quæ dico procur.ipſum,& non cõſtituentẽ compatrẽ eſ-
ſe.Non ob.quod forſan hęc non intendebat,quòd colligi
tur per c.30.q.1.c.1.& per decr.ſecundam.eod.ti.Ex qui-
bus patet, quòd ſi intendens fieri compater meus, credẽs
filium meum leuare,leuat filium tuum,non meus, ſed tu-
us compater eſt, ſæpe enim extra id, quod agitur &c.ff.
commoda.ſi is,qui ad fin. de deſpon.impu.c.vno.lib.eo.
& ſic ſoluta ſit quęſtio ſecundum alium intellectum eius,
qui eſt, an procur.leuans nomine alieno, fiat compater.
¶ Ad contraria reſpondetur.& dici poſſet ad primũ, ꝙ
licet prohibitorium ſit edictum quo ad perſonas.ſ.con-
ſtituentes & conſtituendas,non tamẽ quo ad caſus, quos
probant iura alle.uel aliter ad id & ad quatuor, quæ ſe-
quuntur,& ad id, quod dictum eſt de iuramento.dic, ꝙ
illa regularia fallunt in hoc caſu, propter cognationem,
quã habet ſpiritualis cognatio ad carnalẽ, ut eſt dictum.
11 Ad id,quod † de matrimonio dicitur,reſpondetur, ꝙ li
cet ſit ſacramentum,tñ eſt contractus, qui conſenſu perfi
citur,qua ratione per procur.contrahitur.Item magis eſt
in eo optimum procuratoris officium, quam hic.poſui
exemplum in rege Franciæ, qui nu.per procur.contraxit
cum domina Clementia.Pone in ſtudente,qui uult *in par*
tibus contrahere,nec uult ſtudium exire.& in *ſimilibus*,
ſed hic non eſt neceſſarium procurat.officium, quia
12 alius poterit eſſe † patrinus, nec etiam de ſubſtantia ſa-
cramenti aliquem eſse patrinum in leuando. Item ne-
go perfectionem ſacramenti matrimonialis fieri per
alium, quia non eſt perfectum ſacramentum, uel ipſius
ſignificatum ante conſumationem, ut ſatis patet ſup.de
biga.debitum. quæ cõſumatio per procura non fieret.qa
non cõmiſceretũr corpora coniugũ, quod requiritur, ut
patet ad id,quod dicitur de conſecratione epiſcoporum,
& ordinatione clericorũ. Dic, ꝙ epiſcopus cõſecrans vel
ordinans non recepit hanc poteſtatem a mandãte, quia
illã prius habebat ex ordine.quòd dic, vt in 1.dec.quod
ſedem.& c.aqua.& de tranſla.c.1.Ad id quod dr̃, compa
13 ternitatem acquiri coniugi ignoranti † rñdetur,quòd per
id inducitur impoſſibilitas propter carnis vnionem,ſicut
enim illa cognatio non cõſiſtit in ſola manu quæ tetigit,
vel leuauit,ſic nec in ſolo corpore viri, qui cõiugi eſt vna
caro.de conuer.coniu.ad apoſtolicam. Io.And.

SVMMARIVM.

1 *Hæres an poſſit ignorantiam prætendere eaque ſe tueri in facto defuncti.*
2 *Dominus an poſſit allegare ignorantiam ſerui, & ignoratione eius malitiæ ſe tueri.*
3 *Iudex recepit teſtes contra abſentem, ad domum citatum, non tamen inuentum, an ea receptio valeat. & num.4.6.8.*
5 *Ignorantia & abſentia vbi locum habeant & excuſationẽ parẽt.*
7 *Contumacia quotuplex.*

REGVLA XLVII.

1 Præſumitur. Vt dicit Dy. ad ignorantiã † facti
reſtringitur hæc regula, & ſecun-
dum eum poteſt poni exemplum
de tutore, qui præſumitur ignoraſſe ſe tutorem datum.ff.
de adm.tu.hoc autem.ſignat contrarium, quòd non præ
ſumatur ignorã.facti, quia ſi defunctus ſciebat rẽ alienã,
hæres præſumitur ſcire.ff.de diuer.& tempo.præſcri.l.cũ
hæres.de pub.ſi ego.§.partus.dicunt quidam,quod quia
hæres repreſentat perſonam defuncti, ſcientia illius con
tinuatur in perſonam hæredis. Dy.dicit,quòd hæres per
ignorantiam, quam allegat, contendit lucrum captare.
Pręſumitur ſcientia continuata, vt in contrarijs, ſi tractat
de damno vitando, ſecus, eo.tit.cum quis.ff.eodem.qui
in alterius.& propter hoc reuertitur ad diſtinctionẽ, quã
poſuit inf.e.igno.¶ Prima glo.ponit exempla.ſecundo ſi-
gnat

Digitized by Google

gnat contraria,& ſoluit remittendo.Tertio, dicit regulã ceſſare in his,quæ ſunt iur.naturalis intermittens de virtute huius præſumptionis;&de triplici modo probandi ignorantiam.Io.An.¶ In 1.gl.ibi,[verius]præſumitur teſtator ignoraſſe rem alienam.& ideo legatarius probat illum ſciuiſſe.& ibi[in l.2.]naturali ratione patronis ipſorum parentibus & liberis debetur reuerentia, & ideo ruſtico vocanti in ius non parcitur. Io.|An.¶ In 1.gl.l.verius,-quid dicat ſup.dixi, ſic & dominus præſumitur
2 †ignoraſſe,cum ſeruus eius ſuſcepit militiam.C.qui mil. non poſ.ſuper ſeruis. Dy.& ibi[per totum] ad idem ſup. de cri.fal.ad falſariorum.in princ.& ibi [neceſſario] Ad hoc exemplum & ſequens facit ff.de his qui ſui vel alie. iur.l.filium.

QVAESTIO.

Hæc regula facit ad quæſtionem, quam diſputaui poſt Io.can. Bon.quem non vidi,quam ſic proponebam, Iudex
3 †,recepit teſtes contra abſentem ad domum citatum,ſed non inuentum, quæritur,an receptio valeat? Ad affirmatiuam allegantur tria,quorum vltimum adiuuabo per iura.glo.opiniones, & euitationem abſurditatis. Secundo in contrarium allegantur tria coniunctim, quæ iuribus glo.& opinio.fortifico.Tertio ponitur obſcura ſolutio Io. quam determinando materiam proſequor diſtinguendo,opponendo, & reſpondendo queſtionem ſoluam diſtinguendo.Quod valeat,probatur, propter authoritatẽ iudicis,qui illos admiſit,ar.ff.de mino.ait prætor.§. quid tamen.C.qui adm.ad bo.poſſ.l.bonorum.quibus iungas dec.cum inter.in fi.de re iu.& eo.tit.ſicut. Secundo, quia per aduerſarium factum videtur,quo minus eo pendente ſint recepti.C.de iud.properandum.§.cum autem. in Auth. vt omnes obe. iud.§.ſiquidem.coll.5. videtur.n. poſt liti.ortam abſentia malitioſa.de offic.deleg. conſultationibus.Tertio,quia probant multa iura,quod ſufficiat citatio ad domum.de cle.non reſi.ex tuæ.de do. & contu.cauſam.cũ olim.& c.fin.de eo,qui miti.in poſſ.c.ſi.ff.de dam. infe.l.3.§.prætor.& §.toties.ff.de lib.agno.l.1.in prin.ſecundum Ia.Ad idem ff.quod vi aut clam.l.aut qui aliter. §.1.C.de an.excep. vt perfectius. C.de iud. properandũ. §.ſin autem ex geſtis.ff.de no.ope.nunc.de pupillo.§.nuntiationem,facit quod no.ff.quando ap.ſit.l.1.in fi.ff.quę ſen.ſine ap.reſ.l.1.§.item,cum ex edicto.de reſt. in inte.l. fin.in fi.gl.magnę.de iud.& poſt edictũ.in fi.magnæ gl.3. q.9.caueant.de exceſ.præla.ex literis. in glo. no. quod ex parte.facit ff.de execu.tu.ſcire.§.1.ibi, vel in faciem, vel ad domum.per quod etiam fertur do.Dy.hoc tenuiſſe, ꝙ ex vi illius alternatiuæ ſufficiat alterum, quodcunque fit ex illis.hoc eodem ti.in alternatiuis.cum concordan. ad idẽ,quod no.Guil.in Sp.de appel.§.ſequitur.verſi.cautus etiam ſit.& de accu.§.ſequitur.ver.Sed nunquid ſufficit, alias ſequeretur,ꝙ latitans in domo non poſſet citari, cũ non poſſit citans domum ingredi.ff.de in ius voc. plerique.& l.ſe.nec inuitum ex domo extrahere.ff.de reg.iur. nemo de domo. facit etiam ad hanc partem, vt lit. non conteſt.quoniam.in prin.ibi,ſiue ſit abſens abſque malitia &c.ꝑ quæ concluditur,quod valeat receptio. ¶ Con
4 tra,quod nõ valeat,probatur,† de teſtibus.c.2.cum ſit facta contra ſolitum ordinem iudiciorum.C. de ſent. & inter.l.prolatam nec authoritas iudicis excuſat in illicitis. C.de ſpon.l.quoniam.& quia nec videtur cõtinuare, qui vocem præconis non audit.ff.quę ſen. ſine appel. reſcin.l. 1.§.itẽ cum ſecundum Ia. Adde.& ff.de in int.reſt.l. pen. C.quomodo & quando iud.auth.qui ſemel.primũ fortificat l.in cor.Auth.de teſt.colla.7.§.vlt.ibi no.lex voluntatem propter trinã recuſationẽ,& audaciam citati non venientis,quæ omnia nõ videntur congruere citationi factę
5 ad domũ,ſed perſonali.Ignorans enim † non poſſet dici volens, proteruus recuſans,vel audax.ad hoc ff.de reg. iur.non poteſt videri improbus,qui ignorat. ad idẽ eod. tit.qui in ius.§.1.ad idem inducitur de fo.compe.Romana.§.contrahentes.ibi condemnat.& ibi, in quo minus ꝑ ueniat ab eodem.ſatis etiam facit, vt lite non conteſt.quoniam.§.ſui autem. vbi etiam in cauſa matrimoniali non proceditur contra abſentem, qui contumax non eſt, & quem non apprehendit citatio.Ad idem inducitur gloſſ. præalleg.§.penul.in cor.quæ incipit.1. dicere, quæ videtur velle,quod receptioni factæ contra vocatum,qui non erat in ciuitate opponetur abſentia.Plus videtur velle gl. antep.per decr.2.de teſt.quod dato,ꝙ fuerit vocatus,ſed iuſte impeditus,non valeat receptio.Quid plura?Decretales & quatuor ll.primæ ſupra in contrarium allegatæ in verſi.3.faciunt pro hac parte,& plene probant citationẽ ad domum fieri in defectum,quod etiam tenet Hoſtiẽ. in præ.decr.cauſam,quorum iurium textum breuitatis cauſa hic non inſero,ſed videat ſtudioſus. ex quibus conclu-
6 ditur hoc contrarium.Sol. Dic, quod ex † quo fuit legitime requiſitus,valet receptio,per iura prius alleg. ſecundum! Iac.neſcio quid intendit Iaco.an ex præcedente legitima requiſitione valeat citatio ad domum,quod de plano concedo,an quod ipſa citatio ad domũ ſit legitima requiſitio,& ſufficiat,& hoc eſt,quod q̃rimus.Et ſciendum, quod Inn.ſatis tñ confuſe tractauit de citatione ad domũ. de eo,qui mit.in poſ.cap.fina. ex cuius verbis colligitur, quod citatio ad domum ſufficit quo ad miſſionem tedialem.Item,quod poſt litem conteſt.ſufficit talis citatio,etiam quo ad diffinitiuam ferendam.& idem,quãdo malicioſa eſt abſentia, vt poſt ſatiſdationem,iudicio ſiſti, vel poſt comparitionem,vel citationẽ, vel ante citationem,tñ doloſe.vel eſt talis, qui debet adeſſe, vt clericus in eccleſia,coniunx coniugi,quibus caſibus valebit citatio ad domũ,non ſolũ ad illũ finem,ad quẽ valeret papalis.ille igitur proceſſus,qui fieri non poſſet propter contumaciã ꝑſonaliter inuenti, etiam fieri non poterit propter contumaciam ad domũ citati, alias non ſufficiat ſecundum eũ citatio ad domũ.Item in dec.ad petitionẽ.de accu.no.q̃d contra ficte uel interpretatiue contumacẽ,poteſt fieri teſtiũ productio.ſed in decr.de teſti.ſignificauit.ipſe no.q̃d ſi is,contra quem ſit ibi productio teſtium,abſens eſt, ſi fieri poteſt ſine periculo,expectabitur, donec perſonaliter citetur.alle.prædi.§.itẽ cum ex edicto.dicẽs ibi,quod iura,quæ dicunt ſufficere citationem ad domum, ponũt caſus ſpeciales,ſed hoc vltimum dictum intelligo in caſu ipſius dec.ſ.in productione teſtium,quæ fit ante lit. conte.in caſu publicationis,quo caſu requiretur uera contumacia.& ſic loquatur §.pe.in Auth. de teſt.& auth.ſed & ſi quis.C.eo.ti.niſi immineret periculum, puta mortis teſtium,& ſic loquitur decr. quoniam frequenter.poſt prin ci.alleg.in caſu quæſtionis & ſimilibus, ubi poſt litẽ motam fit productio,ſufficit etiam ficta.& ſit patens diuerſitatis ratio,quia fortius præſumi poteſt contumacia licite cœpta,quam non cœpta, ut ibi.in Auth.de exhiben.reis §. ſi uero quidam iurent. & ſic intelligatur §. ſin autem ex geſtis,in l.properandum.& hanc diſtinctionem tenet Dy. in l.4.§.toties.ff.de damn.infect.tamen in parte male,ut infra dicam.& Cyn.in præ.authen.ſed & ſi quis. ſed poteſt hæc diſtinctio ſic infringi. Certum eſt, quod contra Stephanum epiſcopum,de quo loquitur decr. ſ. de teſti. non recipiebantur teſtes in caſu publicationis, ſed ſuper accuſatione probanda,ut patet ex caſu,cuius pars eſt pręc. decr.2.q.1.in primis.uerſi.quia igitur.& circa finem.& tamen ex illa auth. Papa diffiniuit caſum Stephani,ibi, ecce admonendus,& ſic aut dicetur legem auth. non loqui in caſu publicationis,quod etiã q̃dã tenẽt exponẽtes ibi verbũ,publicabuntur,vt no.ſ.de reſignifi.aut dices, idẽ in vtroq; quo ad req̃ſitionẽ abſẽtis,cũ ex nõ facta requiſitione,q̃ iubet fieri Papa, vitiet productionem.Sed,r̃nderi pôt,quod lex illa dicit duo.ſ.aduerſarium citandum, & ſub certa forma.facit de reſt.ſpo.c.ſi.Papa vero infert, ex primo tantũ,quod patet ibi in verſi. ecce. vbi facit gene-

ralem concluſionem de aduerſario citando, ex qua gene
rali poſtea infert ad caſum. Sed ad prædictorum decla-
rationem ſciendum eſt de contumacia, quod communi-
7 ter diuiditur in duas † ſpecies, in veram & fictam, de quo
ſatis Gul. in Spe. de contumacia. §. 1. aliqui in tres. in ve-
riſſimam, veram & fictam, dicentes veram in perſonaliter
inuento, qui non venit, veriſſimam in illo, qui ſe non ven-
turum reſpondit. & poſſet diſtingui inter veram manife-
ſtam, & veram non manifeſtam. per dec. venerabilibus.
de ſen. excom. lib. eodem, & de his principaliter quęritur,
vt ſciatur quo caſu poſſit cõtumax appellare, de quo ple-
ne vide not. in cle. de do. & cont. ſi ante. in vlt. glo. Fictam
autem dicimus factam ad domum habitationis, quæ non
peruenit in notitiã citati, quod verum intelligo in his caſi
bus, in quibus in prin. determinationis dixi, citationẽ ad
domum ſufficere. vnde non fateor, ꝙ gl. in prima parte al
legatæ innuant ſufficere citationem ad domum, ſed in-
nuant eo caſu, quo ſufficit eam conſtituere fictum contu-
macem, etiam ſi non perueniat ad citati notitiam, nec va
let opinio Dy. alle. in fi. primæ partis, q̃ fundatur ſuper al-
ternatiua, quod licet regulariter alternatiuæ ſint præſta-
tionis, dicam illam eſſe ordinis, ſicut & illam. ſ. e. ti. de ꝑ-
ben. mandato. ff. de leg. 2. cum pater. §. pe. & ſic illa termi
netur per alia iura præall. vt dixi. in fi. ſecundæ partis. In
ſolutione igitur quæſtionis propoſitæ de ſic ſparſis cõclu-
8 dendo aliquid certum, dico, quòd teſtium † receptio fit
quandoque ante lit. conteſt. quandoque poſt. Primo caſu
ſiue fiat in caſu publicationis, ſiue de teſtibus perituris, di
xit Dy. in præ. §. toties. requiri veram contumaciam. hoc
fateor in hoc caſu. ſ. publicationis per præ. aut. quæ pro-
ductio regulariter fit ex parte rei, contra quem agi poſſet
in poſterum, licet etiam interdum fiat ex parte actoris, vt
ſatis ſcripſi, vt lit. non conte. quoniam. ¶ Sed ſecundo ca
ſu, quo timetur peremptio teſtium morte, receſſu, vel ali-
ter, quo caſu producit etiam actor, nego requiri veram cõ
tumaciam. quod eſt expreſſum, vt prædi. decr. quoniam.
poſt princ. ¶ Et ſi ius ſcriptum non eſſet, ratio naturalis
ſatis oſtendit, ꝙ magno prouideretur periculo, ſed in rece
ptione termini neceſſaria eſſet vera contumacia. facit 5.
di. baptizati. nec in hoc aliquid deperit aduerſario, cum
iſti de ſui natura conſignentur, & ſit ibi ſalua exceptio in
perſonas teſtium, & dicta, vt ibi ſequitur, ſed fit etiam ꝓ-
ductio teſtium ante lit. conte. contra actorem, qui actio-
nem mouerat, quandoque ſuper dilatoria, quam reus pro
poſuit; & his caſibus propter litem inchoatam puto ſuffi-
cere fictam contumaciam per citationem ad domum, vt
in decr. cauſam de do. & contu. & l. properandum. §. ſin-
autem ex geſtis. & C. quomodo & quando iud. l. conſenta
10 neum. & aut. qui ſemel & eadem ratione idem puto † de
teſtibus, quos produceret actor contra reum ſuper repli-
catione, quam proponit contra ipſius dilatoriam. ſi vero
produxit actor lit. non cont. teſtes ſuper principali, dico
illam contumaciam veram requiri in productione, quæ
requiritur in tali proceſſu, ſ. per citationem perſonalem,
vel occultationem, vel impedimentum doloſum perſona-
liter citetur, vt præd. decr. quoniã. §. porro. Hoc circa pri-
mum caſum, cum producuntur ante lit. conteſt. ſecundo
caſu, ſcilicet cum producuntur poſt lit. non conteſt. ratio-
ne ſæpius dicta, ſiue producat actor ſuper principali, ſiue
reus ſuper exceptione, dico ſufficere fictam contumaciã.
& ita ſeruatur. dico tamen, ꝙ ſicut fictus contumax ſecun
dum veram opinionem auditur appellans. C. quomodo
& quando iu. l. ab eo. ita & hic audiretur ad id, ad quod
productionis tempore fuiſſet auditus, ſcilicet contra per-
ſonas teſtium, in quo etiam audiretur is, qui perſonaliter
citatus venire non potuit. & ſic intellecta ſit vera prædi-
cta gl. decr. ſecundæ de teſt. ſcilicet quod receptio ſit nul
la, ſed quod contra illam reſtituitur ad id, ad quod a prin
cipio fuiſſet admiſſus, etiam præter caſus decret. præſen-
tium. eo. tit. ¶ Prædicta regulariter vera, non contingunt

illam formam citandi, de qua loquitur extrauagan. Boni-
fac. rem non nouam. & cle. dudum, Boni. de iudicijs.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium perſonæ cum perſona extinguitur. Et quæ iura tran-
ſeant ad hæredes.*

2 *Priuilegium perſonale exprimens prælati nomen, cum nihilomi-
nus tenor reſpiciat eccleſiam, vel econtra non exprimens nomẽ
prælati, ſed dignitatem tãtum, tenor autem reſpiciat perſonam,
an intelligatur perſonale, vel reale potius. & nu. 4. & 6.*

3 *Iudicandi munus eſt perſonale.*

5 *Priuilegiorum ſpecies.*

REGVLA VII.

Priuilegium Sequitur, bene facit ſup. eo. li. de
priui. cap. 1. §. vlt. ibi, vbicunque
illi fuerunt, vt ibi ſcripſi. [extin-
1 guitur] † an reſuſcitatus illa priuilegia recuperet. vide,
quod ſcripſi. ſupra de frig. fraternitatis. ſuper verſi. mira
culum. vbi inuenies quæſtionem dominicalem Bar. Brix.
¶ Prima gl. dicit vnde ſumpta, & ponit exempla. ſecun-
do dicit, regulam non procedere in iure communi. ſed
bene conuenit reſcriptum pactum, & compromiſſum ꝑ-
ſonale. Tertio diſtinguit duplex perſonale priuilegium, di-
cens quid eſt de reali. Quarto, dicit etiam ius extingui quã-
que, & remitti. Quinto, ſucceſſiue ſignat duo contraria, &
vtrunque dupliciter ſoluit. ¶ In prima gl. ibi. [priuilegia
quædam] vide inf. ſub hac litera & ibi. In omnibus cau-
ſis. 2. vide ſup. ſub litera. 1. & ibi [leges] in fin. cõceſſa ſpe
cialiter prouincijs, ciuitatibus vel corporibus, non ſunt
generalia. & ibi. [l. 1. in fi.] quod princeps ob meritum in
dulſit, perſonam non egreditur. & ibi [ætatem] in fin. im-
munitas data perſonis, cum perſonis extinguitur, data ve
ro rebus, non, & ibi regula. §. vlt. licet ſit facta mentio de
municipibus, in qualibet perſona id locum habet. & ibi
ſi vſusfructus. ſi ciuitas deſtructa eſt aratro. perit eius v-
ſusfructus. & ibi æde. ſequitur ſacra terræmotu diruta, lo
cus ædificij non eſt prophanus. & ideo venire non poteſt.
& ibi [l. vl.] proconſul portam Romæ ingreſſus, deponit
imperium. & ibi. lex pœnæ. ſi furioſus habet dilucida in-
terualla, curator eius habet nomen tantum, qui eſt ſanæ
mentis. ¶ In prima gl. ibi [ne egeat] de hoc ſupra de do.
inter. vi. & vxo. c. 1. ibi perſonæ conceſſo, ita quod perſona
ſit proxima cauſa priuilegij, vt in dictis exemplis. & ſic
ſo. quod oppor. de reſtitutio. in integr. minoris, quæ tran-
ſit ad hæredes. ff. de in integ. reſtitutio. l. non ſolum. ff. de
minori. l. interdum. & de Velleian. quod etiam tranſit ad
hæredes. C. ad Velleian. hæredes. In his enim perſona
non eſt proxima & immediata cauſa priuilegij, ſed læſio.
ꝙ patet, & non ſufficit probare ætatem ſine læſione, non
eſt mirum, ſi ceſſat, vbi eſt perſona cauſa finalis, vbi non
eſt finalis, non ceſſat. ¶ Demum diſtingue, aut priuile-
gium conceditur perſonæ, aut rebus, aut generi perſona-
rum, aut ciuitati, aut loco, aut cauſæ. In primo caſu ſubdi-
ſtinguit, vt prædixi. ſecundo caſu tranſit ad ſucceſſorem
rei, etiam ſingularem. ff. de aqua quo. & æſti. l. 1. §. permit
titur. de cenſibus. ætatem. §. rebus. Tertio caſu, quando cõ
ceditur generi perſonarum, hoc expreſſo vel intellecto ꝙ
ad poſteros tranſeat, ad deſcendentes per lineam maſcu
linam tantum pertinet. ff. de iur. immu. l. 1. in fin. & l. im-
munitates. & de mu. & ho. l. vacatio. In quarto caſu cum
ſucceſſiue ſemper idem ſit populus. ff. de iudi. proponeba
tur. habitationes ciuitatis vel loci perpetuo reſpiciet. ff.
de cenſi. forma. §. quãquam. in quinto caſu cõceſſum cau
ſæ, puta depoſiti. vel his ſimilia, ad ſucceſſores tranſit, vt in
regulis allegat. in prin. glo.

QVAESTIO.

Huic regulæ qñ adaptaretur quæſtio, de qua dixi ĩ tex.
Item quæſtio, qua quæritur, an priuilegium vel gratia
non ſcripta in ſolita literarum forma, vel ſcripta, ſed non
bullata, expiret morte Papæ, ſed quia ſatis de hoc ſcripſi
ſupra eod. li. ſuper proœmio. §. vlt. ſuper verſic. tran-
ſitimus.

Digitized by Google

2 timus.hanc omitto.Sed quæro,quod plus†adaptatur re-
gulæ,an piuilegium papale exprimens prælati nomen,cũ
tamen tenor reſpiciat eccleſiam, vel econtra, non expri-
mens nomen prælati, ſed dignitatem tantum, cum tenor
reſpiciat perſonam,intelligatur perſonale vel reale? Præ-
mittam quatuor, in quorum tertio proſequar.quæſtionẽ
venerialem,breuiter allegans pro & contra.& ponã duas
ſolutiones contrarias,quarum ſecundam approbo,& con
trarijs reſpondebo. in principali quæſtione pro realitate
allegabo 5. in contrarium.tria ſoluam inducendo multa
iura & ſpecifice aperiendo ſolutionis veritatem.¶ Dubiũ
iſtarum quæſtionum fundatur ſuper decre. quoniam ab
bas.de offic.deleg. quæ diſtinguit, an litera exprimat pro
prium nomen prælati, an exprimat ſolum nomen digni-
tatis. Secundo ſciendum,ꝙ gloſſella,quam poſui ſupra
de vſu pal.ex tuarum.in fin.qua tracto,an Compoſtell.ar
chiepiſcopus hodie habeat illius decre. priuilegium,ſatis
ſufficere videtur ad hanc quæſtionem,quam infra proſe-
quar.Tertio eſt ſciendum,ꝙ Barth.in veneri.q.22.& Da-
maſus de offic.vica.q.1. quærebat, an per hæc verba re-
ſcripti apoſtolici, vices noſtras tibi in tali prouincia duxi-
mus committendas, fiat commiſſio realis vel perſonalis.
3 Quod ſit perſonalis,allegat Dama. quod † ſcribendo ex-
preſſo nomine epiſcopi & committendo illi vices ſuas.in
iũgit ei neceſſitatem iudicandi,quæ neceſſitas eſt munus
perſonale.ff.de mu.& ho.l.munerum.§.iudicandi neceſſi
tas eſt munus,ergo legatio erit perſonalis,ex quo in con-
trarium papa non expreſſit.Item,ſi debitori meo conceſ-
ſi vendere pignus,& debitor poſſeſſionẽ pignoris perdat,
& alius eam adeptus rem vẽdat,durabit ius pignoris, qa
cõceſſio illa debitori facta intelligitur perſonalis.ff.quib.
mod.pign. vel hypo.ſol. l. ſicut re corporali. §. ſi debitor.
4 ¶ In contrarium †adducitur de præſumption. mandata.
ibi enim papa proteſtatur,quia non loco, ſed perſonæ le-
gationem committit. proteſtatio autem illa neceſſaria
non fuiſſet, niſi cõmiſſio facta ſimpliciter intelligeretur
realis. Et notandum,ꝙ ibi erat nomen proprium expreſ-
ſum. de inſti.cum veniſſent,quæ conceſſio realis intelligi
tur,niſi probetur fuiſſe perſonalis.Item dicit lex,qđ con-
ceſſio per creditorem facta debitori, de vendendo pigno
re, intantum realis eſt.quod tranſit in hæredem,vt præd.
l.ſicut re.§.ſi debitori.s.dixi de extraneo.¶ Soluit Dama.
per præd.decre.cum veniſſent. conceſſionem realẽ. Tan.
& Bar.contra:& hoc ſequitur Gull. in Spec.de inſtr.edi.
§.nunc autem.ver. quid ſi papa.& hoc placet, niſi ex ver-
bis reſcripti aliud non ſumatur,vt in proxima quæſt.in de
cre. mandata.fit iuris declaratio. & ad cautelam decr. cũ
veniſſent.ponit verbum donationis,& conſenſum capitu
li,per quæ duo notatur realitas. ad quod ẽt ſatisfecit, qđ
ibi ſcripſi,ſuper ver.donauit, aliud contrariũ eſt ſolutũ.
¶ Quarto eſt ſciendum,quod Hoſt. in ſum.de priuileg.§.
5 quot ſunt ſpecies.diſtinguit, quod priuilegiorum†gene-
ralium & ſpecialium aliud reale, aliud ſingulariter perſo-
nale,aliud cõiter ꝑſonale,aliud ſingulariter & cõiter cor-
porale,aliud tm̃ cõiter corporale,& ne de penult. & vlti-
mo dubitetur,vocat cõiter & ſingulariter corporale con-
ceſſum communi, cui ſinguli participant, vt de ſentent.
exc. contingit.de fo.compe.ſi diligenti.Tantum ergo cõi
ter corporale quo ſolum corpus, non ſinguli de corpore
adiuuantur. 12.q.2.qui manumittitur. Proſecutionem ho
rũ ibi videas.vide etiam quod dixi in regula, in iudicijs.
6 in fi.quæſtionis.Ad quæſtionem breuiter veniendo,ꝙ†ex
preſſio nominis non faciat priuilegium perſonale, addu-
citur ff.de adimen.leg.lege annua.§.1.vbi legatum factũ
ſacerdoti templi, etiam expreſſo ipſius nomine, debetur
ſucceſſori.. Secundo cum de priuilegio tractemus,quod
eſt lex priuata & debet aliquid conferre vltra ius commu
ne,& large interpretari.3.di.priuilegia.de ver. ſigni. ab-
bate,ver. hoc autem,eo.tit.olim.de priuil.in his.interpre
tabitur ergo large,vt ſit reale,& perpetuum, ne ſit ſtricta
interpretatio & amara dicere, quod temporale ſit & per-
ſonale. & maxime procedit hæc argumentatio quãdo pri
uilegium eſt de materia fauorabili.eo.tit. odia. cum con-
cor. Tertio videmus in pactis,ꝙ expreſſio nominis, vel
perſonæ non facit pactum perſonale, licet oſtendat,cum
qua factum fuerit.ff.de pact.iuregen.§.pactorum.& l.tale
pactum. Quarto,expreſſio nominis concedentis ſemper
ponit in priuilegijs,nec per id dicitur priuilegium perſo-
nale ex parte concedentis, niſi aliud exprimatur in illo,
æqua ratione dicimus,ꝙ expreſſione illius, cui concedi-
tur,non ſit perſonale ex parte ipſius,vbi aliud non expri-
mitur, vt ſic de his connexis ſit idem iudicium.de conſti,
tranſlato. de acc. ad petitionem. & ibi concor. in glo.pe.
Quinto,hanc partem coadiuuant iura, quæ volunt priui
legia eſſe perpetua.25.q.2.c.1.& 2.& quaſi per totũ.¶ In
contrarium præ.decre.quoniam.de offi.deleg. Secundo,ſi
cõcedens priuilegium voluiſſet,eſſe reale,ſupreſſiſſet no
men proprium, quod expreſſit. facit de deci. ad audien-
tiam. vbi vide concor.in vlt.glo. Conſtat etiam,ꝙ verba
in priuil. debent aliquid operari. de priuileg.ſi papa. lib.
eod.ſed aſſerentes priuilegium eſſe reale, dicunt contra-
rium.ſ.expreſſionem nominis nil operari.Tertio,non lo-
quimur ſimpliciter de beneficio principis,in quo largiſſi
ma ſit interpretatio,de do.cum dilecti.in fi.& C.de bo.va.
l.2.lib.10.ſed loquimur de priuilegio, quod proprie da-
tur contra ius commune, & hoc quantum reſpicit aliorũ
præiudicium,recipit ſtrictam interpretationem,dummo
do aliquid conferat,de priuileg. paſtoralis. & c. in his.ff.
de leg.quod vero,& de hoc ſatis ſcripſi de verb.ſig.olim,
ſuper vl.gl.ſed hoc interpretando priuilegium eſſe nõ rea
le,ſed perſonale minus lædit,& aliquod confert.ergo hic
præeligendum, & hoc argumentum idem concludit, qñ
nomen non eſt expreſſum. ¶ Soluendo dico, non ſemper
curandum de nomine,an ſit expreſſum vel non, ſed tota
virtus conſiſtit in tenore & verbis priuilegij. ſatis proba-
bitur de priuil. porro. & c.recepimus.eo.tit.cum olim.1.
& 2.& c.ex ore.eod.tit.cum plantare.in fi.& c.dilecti. de
fi.inſtru.accepimus.& c.contingit,& c.quod ſuper his.de
præſcrip. veniens. de confir. vti. vel inuti. cum dilecti. de
verb.ſigni.abbate.ad idem.s.eo.lib.de priui.abbates.& c.
vt apoſtolicæ.in fi.& c.cum perſonæ.& c.ſi papa.eod.lib.
de offi.or.c.3.1.reſpon.& 2.& §.in conferendis. Bene er-
go dicit lex,ꝙ de his controuerſijs,quæ ex teſtamẽto pro
ficiſcuntur,neq; tranſigi, neq; exquiri veritas aliter põt,
quam inſpectis cognitiſque verbis teſtamenti.ff. de trãſa.
de his.facit C.eod.tit.vt reſponſum. & docet experientia,
ꝙ omnia quaſi antiqua priuilegia papalia, & imperialia
exprimebant nomen prælati,tunc regentis eccleſiam,cui
dabatur priuilegium. Verum eſt,ꝙ papalia,ſi dabãtur lo-
co religioſo,ſubdebant,eiuſque fratribus regularem vitã
&c. ſi erant eccleſiæ ſæculares,non ponebatur ibi regu-
larem &c. & ubi hodie dicitur, ſalutem & apoſtolicã be-
nedictionem,tunc dicebatur in perpetuum. quis ergo du
bitat,expreſſionem nominis non impedire realitatem, &
perpetuitatem talis priuilegij.Item ſi exprimatur in priui
legio de ſucceſſoribus,ſicut.ut lit.pen. c.1. Item, quid ſi
priuilegium dans exceptiones, dicat prælato nominato,
te, & eccleſiam eximimus,quis dubitat ſucceſſorẽ exem-
ptum,de priuil.per exemptionem. Volue caſum,quid ſi
non exprimatur nomen proprium,nec aliud ſingulariter
habens uim proprij nominis, tamen exprimit gratiam,
quam facit eſſe perſonalem,ut in præ.decre.mãd.de præ
ſump.facit de conceſ.præben.conſtitutus,uel apparet, ꝙ
pp labores, quos pro Romana eccleſia ſuſtinuit, vel pro-
pter eminentem ipſius ſcientiam, uel ſanguinis nobilita-
tem aliquod priuilegium conceditur, uel alias gratia eſt
talis in ſe,quæ perſonam reſpicit,puta,quod poſſit abeſ-
ſe ab eccleſia propter aerem ſibi non congruum, uel pp
capitales inimicitias. & ſuper hoc uide quod dixi e.ti.is,
qui in ius.in quæſtione,in ea parte, qua tracto, qñ reſcri-
ptum

ptum non reſpicit ſucceſſorem. his & ſimilibus dici nõ poteſt, ꝙ ſuppreſſio proprij nominis faciat priuilegium reale, ubi tamen ex tenore priuilegij non poteſt colligi intentio concedentis circa realitatem & perſonalitatem, & cõuenire poteſt ſucceſſor. ſatis dico ſtandum decr. quoniam abbas. de offi. deleg. hoc ſaluo, ꝙ ſi ex aliquib. verbis priuilegij dubitaretur, an concedens illud voluerit eſſe perſonale vel reale, ad cõcedentem recurratur, vt declaret quẽ modum ſui beneficij eſſe velit. de offi. or. c. 3. §. ſi vero. ſ̃ e. li. & ff. de re. iur. Neratius. Guil. tamen in Spe. de inſtr. edi. §. nunc autem. ver. Item, ꝙ fuit conceſſum, dicit, ꝙ ſi ſuperior haberi non poteſt, intelligetur reale, niſi contrarium probetur per iura, quæ dicunt, beneficia large ſumenda, per hæc ſic declarata, puto ceſſare contraria. Pro reſpõſione tamen ad l. annua. §. 1. & certas leges ſimiles in quantũ ſolutioni contradicere videntur, vide quod ſcripſi in decre. quoniam abbas, ſuper 3. glo.

SVMMARIVM.

1 *Pro poſſeſſore habetur, qui dolo deſiit poſſidere.*
2 *Statuta municipalia, vel ſinodalia an habeant interpretationem, vel extenſionem. & num. 3. 5. 7.*
4 *Contractus mutui interpretationem recipit.*
6 *Interpretationem quæ admittant.*
8 *Legem interpretari quando liceat doctori. & num. 9.*

REGVLA XXXVI.

Pro poſſeſſore habetur.

Quoad ſui damnum, nõ quoad
1 commodum. vnde poſſeſſori cauetur, non ei, qui dolo eſſe deſijt. ff. de rei vend. l. hoc ſi res. & l. is, qui dolo. hic aũtem plene tractat Dy. an ei, qui dolo deſijt poſſidere, conuentus æſtimationem ſoluit, debeat de euictione cauere. Item an eo caſu, quo non cauetur, poſſit re euicta agi contra actorem, cui ſoluta eſt æſtimatio. Item, an per actorem debeat cedi actio ei, qui dolo deſijt poſſidere. Item, an talis æſtimationem ſoluens habeat actionem in rem, ſaltem vtilem ſine ceſſione. Item, an talis, qui æſtimationem ſoluit, repetens rem reuerſam ad actorem repellatur actore parato ęſtimationem illam reſtituere? Item an ille, cui ceditur vel venditur actio in rem, habeat dominium vtile. ¶ Prima gl. dicit vnde ſumpta, & ponit exempla. Secundo dicit regulam intelligi non taliter, ſed in tantum. Tertio, dat ſimile, ſubdens de fictione. Quarto, notat tria. Primo, hoc caſu qñque in litem iurari. Secundo, regulam etiam in prælato locum habere, tamen quoad propriã tãtum. Tertio notat contrarium regulæ, & de probatione remittẽs, dicit illud verum in illo, qui a principio ſine dolo poſſedit. ¶ In glo. 1. ibi [qui dolo deſierit] ſequitur, poſſidere, pro poſſidente damnatur, quia in poſſeſſione dolus eſt. ¶ In glo. 1. ibi, [electio. §. 1.] quia iſtæ non differunt in ſubſtantia. ff. de neg. geſt. actio. ideo effectualiter habetur pro poſſeſſore. Dy. & vide, quod no. in Spe. de interrog. §. 2. ver. quid ergo ſi egi. & ibi, [aduerſario] ibi dicit Be. ꝙ ſi poſſidebat tempore litis conte. præſumitur dolo deſijſſe. niſi contrarium probet. Dyn. plus dicit. hoc. ſ. idem, ſi poſt libellum receptum, vel denuntiauerat ſibi actor ſe daturũ libellum, alle. ff. ex quib. cauſ. in poſſ. l. 2. & quod no. eo. tit. Fulcinius. §. quid ſit latitare, alleg. ẽt le. ſi fundum. ff. de rei vend. & de edendo. l. quædã. §. nihil. an ille, qui vendit poſt denuntiationem factam, ne vẽderet, per hoc intelligatur dolo deſijſſe poſſidere, & quale ſit eius conſilium, vt vendere poſſit, vide in Spe. de emp. & vend. §. nunc dicendum, ver. ſed nunquid idem. & ver. ſe.

QVAESTIO.

Hoc certum, quod aut per interpretationem, aut per
2 extenſionem eſt, quod non poſſidens habeatur pro † poſſeſſore, vidi dubitari, an ſtatutum loquens de poſſeſſore, intelligatur de eo, qui deſiit dolo poſſidere, & pp hoc tractemus quæſtionem, quæ certa eſt, an ſtatuta ſinodalia vel municipalia habeant interpretationem vel extẽſionem? Ex præmiſſis duobus euidentialibus ad negatiuam allegantur quatuor, & totidem ad affirmatiuam. Tertio recitantur ſolutiones diuerſæ, & vltima plenior, & ante oĩa quid ſit extenſio, patet. Sed, vt alias dixi, in princ. cle. ſuper prin. 1. gl. ibi, interpretatio quædam conſiſtit in varietate linguarum, vt Τίος Græce. Latine Deus. Deutero. Gręce, latine. nouam ſicut νόμος græce, latine lex. ſ̃. qui filii ſint le. per venerabilem. ver. ſane. & de hoc, ff. de ver. obl. l. 1. in fi. & de hoc Hier. in prologo pentateuci dicit, ꝙ in hoc eruditio & verborum copia trãsfertur, qui intelligit. & de hoc nõ dubitatur, quin bene competat etiam circa ſtatuta. Eſt & alia, quæ conſiſtit in obſcuritate literæ, vel ſenſus, de qua dicitur, interpretationem eſſe condentis. de ſent. excom. inter. cum concor. per quod vr̃ ſolum condẽtem interpretari poſſe, vt ſic ſe habeat lex ſpecialis, ad ſuum conditorem, ſicut generalis ad ſuum. C. de leg. l. 1. & vlt. cũ tamen lex dicat, ꝙ etiam magiſtri debent eſſe ſubtiles in interpretãdo. C. de profeſ. qui in vr. l. vna. li. 12. de tali interpretatione quærimus, & de ea no. ff. de orig. iur. l. 1. in princi. & ff. de iur. & fac. ig. l. 2. vt dicit lex, cũ in verbis nulla eſt ambiguitas non debet admitti quæſtio volũtatis. ff. de leg. 3. ille aut ille. § 1. Secundo ſciendum, ꝙ dicitur, conditorem ſtatuti habere illud declarare, vel interpretari, non intelligi de officialibus aſſumptis ad illa cõdenda poſt poſitum officium, ſed de illis, quorum authoritate ſunt condita, vt ſcripſi, de verbo. ſig. ex parte 3. in vlti. glo. ¶ In quæſtione ad negatiuam inducitur, quia in his, quæ ſtricti iuris ſunt, quod non eſt expreſſum, hr̃ pro omiſſo. ff. de ver. obl. quicquid adſtringendæ. 1. reſpon. & l. ſi ita ſtipulatus. §. Chriſogonus. de cond. ob tur. cau. l. vl. ad fi. ff. de iniur. i. ẽ apud. §. ait prætor. facit ff. eo. l. expreſſa. quod autem ſtatuta ſint ſtricti iur. probant legiſtæ, qa ex eis datur condictio ex lege. ff. de condi. ex l. l. vna. cum aũt talis condictio non ſit numerata inter actiones bonæ fidei. inſti. de act. §. actionum. & no. ſ̃. de excep. cum venerabilis. in 3. glo. reſtat, ꝙ eſt ſtricti iur. & ſic ſterilis, vt prędixi. Eſt autem cõtra naturam, ꝙ ſterilis pariat. ff. de act. emp. ſi ſterilis. in princ. de ædil. edic. quæritur. §. mulierẽ. recipientur ergo iuxta rudem, & grammaticalem & propriam & abſolutam verborũ ſignificationẽ. licet ergo ſit durũ, ſeruetur, vt eſt ſcriptum 19. diſt. in memoriam. 6. q. 3. ſcriptum. ff. qui & a quibus. l. proſpexit. quę quid dicat, vide ſ̃ de for. comp. c. 2. ſuper prima gl. ff. de exercit. l. 1. §. ſi is. ff. de ma. teſt. l. qđ conſtitutum. Secundo legitur, ꝙ verbis edicti ſtandum eſt. ff. de leg. 3. non aliter, quæ dñi aliquid operari. ſ̃. eo. lib. de priui. ſi papa. facit ff. ad exhi. l. pe. ff. de ver. ob. ſi quis arbitratu. de inſtit. ſed & ſi pupillus. §. proſcribere. deficientibus ergo verbis, nec æquitas, nec mens ſeruanda eſt. ff. ſol. matri. ſi vero. §. pe. ff. mãda. ſi pro parte. Tertio cõſtat, ꝙ in oĩ ambiguitate orationis proferenti & nõ alteri datur declaratio, & interpretatio. eo. tit. in ambiguis. Quarto hoc maxime procedat, qñ per ſtatuentes ordinatũ eſt ipſa ſtatuta non licere interpretari, ſed intelligi debere ruditer. & ſm literalem intellectũ, vt cõiter hñt ſtatuta communitatum Italiæ. ſed conſtat, ꝙ interpretatio eſt, cum a verbis receditur. ſ̃. de ver. ſig. in his, ergo fieri non põt, & ſi fiat, non valet. C. de legib. non dubium. verba etiã ſimpliciter & generaliter prolata ad certam ſpeciem arctare nõ licet. ſu. de ver. ſig. cum in partib. & de deci. ad audientiam. ff. de offi. prę ſid. l. 2. ff. de publi. l. de pretio. Item ſi prorogetur, corrigatur, alias arctetur ſtatutum, cum illud ſit emendare. fieri non põt, niſi ꝑ eum qui ſtatuere põt. ar. ff. de vectig. l. vectigalia. in princ. & de ſpon. ſi puellæ. ¶ In † contrarium inducitur patens
3 abſurditas. Pone, ſtatutum dicit, ꝙ faciens homicidium decapitetur, vel non trahens ad ignem condemnetur in 10. Primum, ſi ſine interptatione ſeruetur ad literam, infans, furioſus, vel ſe defendendo occidẽs decapitabitur, quod eſt contra iura, vt in clementi. de homicid. ſi furioſus,

ſus.ff.de iniur.l.illud.cano.15.q.1.ff.ad leg.Cor.de ſic.l. qd infans.de iuſti. & iur.l.vt vim.C.vnde vi.l.1.ff. de offi. preſid.l.diuus. Ex ſecundo etiã condemnaretur infirmus, infãs,furioſus,& his ſimiles. Primũ ergo ſtatutũ interpretabitur in eo,qui dolo occidit, & ſecundũ in eo,qui dolo prætermiſit. conſtat enim,ꝙ volũtas & propoſitũ diſtingũnt maleficia.ſ̃.de ſen.exc.cũ voluntate.in princip.ff.de furt.qui iniuriæ.Secundo,ꝙ ſtatuta eccleſiarum,& communitatum interpretationẽ recipiant,patet.ſ̃. de cler. nõ reſid.cũ dilectus.de offi.or.præſenti.ſ̃.eo.li.§.porro. ſ̃.de iniur.& dam.dato.in noſtra.& ſ̃.de verbo. ſign. ex parte. 3.ff.de mu. & ho.l.vt gradatĩ.§.ſed & ſi lege. vbi ſtatutũ, quod præfert in honore certæ cõditionis homines,interpretamur,ſi ſint idonei.ad idem.ff.ad l.aquil.ita vulneratus.§.vlt.quid dicam vide ſupra ne cleri. vel mona.c.1.ſu per 1.gl. ad idem ff.de lega.3.l.ſeruus. & l. ſeruos autẽ.&
4 l.fideicommiſſa.§.hæc verba.Tertio conſtat,ꝙ † contractum mutui,qui eſt ſtricti iur. interpretari licet, vt patet ff.ad maced.l.ſed Iulianus.§.mutui.quem vide de priuile. quanto.in vlti.glo. ad idem.ff.de verbo.obl. ſtipulatio.§. ſtipulationib. & l.quicquid.2.reſponſo. Item, cum leges principum & ipſorum beneficia recipiant interpretationem.ff.de iur.pa.l. adigere.§.quamuis.de pac.l. quod dictum.& ff.de petit.hæredi.item veniunt. §. aptanda.ff.de legi.l.benignius.& de conſti.princip.l.vlt.ſupra de priui.
5 in his. de verbo.obli.olim.multo fortius † & ſtatuta. In his ergo mens & ratio præponẽda eſt,ſicut in illis.& hoc fit per interpretationem.Primum patet ſupra de præb.c. ſi.de verbo.ſigni.intelligentia.ff.de iur.om.iudic. ſi quis id.de in iu.voc.l.quamuis.ff.de ritu nup.l.penult.§.1.C. de furt.ſi quis ſeruo.Idem dico de cau.de accu. cum dilecti.alias,niſi fieret interpretatio, ſæpe incideret turpis intellectus.facit ſupra eo.lib.de iur.iur.c.1. & præd. decret. præſenti.§.porro.de offic.ordi.& prædi.§. ſed ſi lege. in l. vt gradatim.C.de condi. inſer.l.2.ff.de condi.inſti.l.conditiones.& l.filius. facit ergo tacitus intellectus per interpretationem,quod faceret expreſſus.ff.de legib. de quib. ad idem ff.ſi cert.peta.l.cum quid. ff. de ver.obl.l.triticũ. & procedat ẽt,ſi fit extenſio,tñ iuſta.ff.de conſtit.prin.l. ſi duo.§.ſi.cum leg.ſequentib, & de verb.ſig.l.iuſta. Quar
6 to,cum non ſolum † in conſtitutionib.principum & ipſorũ beneficijs,& mutuo,vt probatum eſt,ſed ẽt in ſtipulationibus prætorijs fiat interpretatio.ff. præto.ſtipu.l.in prætorijs,& in alijs.ff. ſolu.matr.l. Caius.& in reſcriptis.de reſcrip.cauſam.de poſtul.præ.ca.1.& in ſnijs & laudis.de verbo.ſigni.in his.de arbit.cum olim.ff.de ap.executorẽ. §.1.& in ambiguis intentionib. & orationib. ff. de iud. ſi quis intentione.& in contractib.& vltimis voluntatib.ſupra de do.cum dilecti.in fin.ff.de pa.veterib.C.de inof. teſt.l.3.& faciant not. in regula,contra eum. hoc eo.titu. quare ergo nõ admittetur in ſtatutis? vñ abſurdum.¶ Solu.fertur † Odoffre.dixiſſe ſuper leg.vt gradatim, alias
eſt, quod apoſtoli dicebāt meſſem multam operarios au-
tem paucos. Matth. 9. Lucæ 10. 21. diſt. in nouo, ergo ope-
rariorum ordinatorum diminutio eſt contra bonum pu-
blicum, nam ſi in qualibet parochia infirmarentur paro-
chiani, non poſſet ſimul ad vtrunque ſuffragari, cum ſa-
cramentis potiſſime, ſi parochiæ ſunt remotæ. & ſi alter
ſine confeſſione decederet, reus eſſet animæ decedentis.
26. quæſtio. 6. ſi presbyter. & c. cognouimus. facit de pę. &
remi. c. vlti. Ex quibus concluditur, poſſeſſionem tanti tē-
poris, vt ponit quæſtio, non prodeſſe. ¶ Soluēdo dicebat,
talem vnionem ex diuturnitate tanti temporis nō acqui-
ri, & ex ea non poſſe rectorem vtranque eccleſiam rege-
re, nullo ibi inſtituto rectore. fatetur tamen, quòd bene
9 poteſt vna præſcribere inſtitutionem † rectoris in alia. de
præſcript. auditis. ſed quod vnus rector regat duas cu-
ras, hoc eſſe non poteſt. Ad ſolutionem adducit tria. Pri-
mum, quia conſuetudo oneroſa, quæ priuat eccleſiam iur.
& honore ſuo ſine culpa, nec iſte caſus eſt de numero illo

rū,quibus hoc contingit,no.22.diſt.renouantes. de con
ſti.cognoſcentes.de priui.antiqua.ex quo gratioſa, ergo
tollenda,de conſue.c.1.de conſtitu. quæ in eccleſiarum,
de ma.& obe.dilecti,Secunda ratio eſt periculum anima-
rum:per modum,quem dixi in fi.ſecundæ partis,ver.nam
ſi Tertia,quia per hoc ſine cauſa detrahitur iuri epiſco-
porum:quorum eſt ex iuſta cauſa eccleſias diuidere, vel
vnire.Extirpanda ergo eſt.cum careat ratione.12.di. om
nia.68.diſt.corepiſcopi. ¶ Ad contraria reſpondetur,
ad primum de decre.ſuper quiſbuſdam cum ſequenti-
bus,quod de temporalibus loquuntur, in quibus diutur-
nitas temporis ius præſtat.ff.de aqua quo.& æſti. hoc iu
re.§.ductus aquæ.ſecus in ſpiritualibus,de inſtit. ex fre-
quentibus.nam vbi maius periculum &c.ſup.e.lib. de e-
lect.vbi periculum.Ad allega.ſecundo reſpondet, quod
10 licet quandoque † iura epiſcopalia præſcribantur, vt ibi
no.non tamen vertetur periculum animarum,ſed rerum,
nam etiam ſi præſcribatur cognitio cauſarum matrimo-
nialium:tamen ſecundum iura procedere habet præſcri-
bens.de conſan.& affin.ex literis.animæ autem pretioſio
res corporibus.12.q.1.præcipimus. facilius eſt etiam præ
ſcribere inſtitutionem in aliqua eccleſia,quam ipſius re-
tentionē.de inſt.c.fi.de iure pat.per noſtras. vnde decre.
de multa,voluit per receptionem ſecundæ vacare primā.
Hoc ſcias,ꝙ pro ſolutione ſua allegare potuiſſet Guil.qđ
no.Hoſt.in ſum.de ſup.neg.præ. §. quot modis. ver. ſup-
pletur etiam.vbi dicit,ꝙ temporis diuturnitas non pro-
bat vnionem,vel annexionem,licet ex cauſa annexio fie-
ri poſſit,ſuo tamen modo & ſeruata forma.de præben.ex
tirpandæ.& c.ſequen. & c.expoſuiſti. de exceſ.præ. ſicut
11 vnire.§.tamen.eod.titu.quærendo, an ad † probandam
annexionem ſufficiat patientia temporis,cuius initij non
eſt memoria?dat duas remiſſiones, vnam ad ſummam,
de cenſibus.§.quid cenſus,& ibi in §.quid ergo,tenet cē-
ſum ſolutum tanto tempore,quod de initio nō eſt memo-
ria,deberi,licet etiam cauſa non appareat alia ad ſummā
de exceſſib.prælato.§. qualiter excedant. ver. excedunt
etiā detrahendo,& ibi nil ad propoſitum. Ad ſolutionem
etiam Guil.bene facit, quod ſcripſi poſt Hoſtien. de cle.
non reſiden.quia nonnulli.in glo.magna,verſi.quid ſi ſē
per.& de his,quæ fiunt a præla,cum apoſtolica.in fin.Mi
hi videtur ſic determinanda prædicta ſolutio, quod verū
ſit vnionem vel annexionem præſcribi eo tempore,de cu
ius initio non eſt memoria. ſup.e. lib.de reſcrip.c.1.dum
tamen ſic poſſeſſa fuerit eccleſia: ſcilicet, vt annexa vel
vnita,& facit,quod dixi in præd.dec.cum apoſtolica.in
fin.nec erat neceſſe tunc in illa eccleſia rectorem inſtitui,
cum rector principalis ſit rector vtriuſque.Sed non vale
bit conſuetudo, quod illa eccleſia non habeat proprium
regentem curam,vicarium.ſ.perpetuū.de præben. extir-
pandæ.& c.expoſuiſti.de ſupp.neg.præla. c.2. vel ſaltem
temporalem,vt in cle.de exceſ.præl.frequens. ver. quidā
etiam eccleſias.vbi de hoc in glo.1. & probat cōſtitutio
Io.execrabilis.ad fi.ſuper quo vide, quod plene ſcripſi,
de præbend.de monachis.ſuper glo.2.de priuile. paſtora
12 lis,hoc tamen ſaluo,ꝙ ſi † propter paupertatem eccleſia-
rum vicinarū facta eſſet vnio ipſarum,inopia & impoſſi
bilitas regendi vtramque excuſaret a vicario ponendo,
10.q.2.vnio.de æta,& quali.eam te.in fi. per hunc autē
modum ſatisfactum eſt rationibus,quas in ſua ſolutione
induxit Gulielmus.

SVMMARIVM.

1 *Facere per alium,perinde eſt,ac facere per ſeipſum.*
2 *Doctor,qui conuenit certo ſalario legere vno anno,ante finem an-
ni an poſſit quem vicarium ſubſtituere,ſcholaribus etiam refra
gātibus.& nu.4.5.7.9.*
3 *Votum num poſſit per alium impleri.*
6 *Prælatus an poſſit dari inuitus.*

8 *Debitum per quemuis ſubſtitutum ſolutum liberat debitorem.*

REGVLA LXXII.

1 Qui facit perinde. Hoc procedit de qua
dam † iur.interpreta-
tione,cū vere loquē-
do factum etiam ab eodem diuerſis temporibus non re-
præſentat identitatem eiuſdem facti. ff.de condi.inde. ſi
non ſortem.§.libertus,& in Auth. de fide inſtrumen.cir-
ca.prin.ſecundum Dy.qui allegat. ff. de duob. reis.l. ne-
mo.& quod no.ff.de vi,& vi ar.l.1.§.deieciſſe. & §. quod
dicitur.probatur hoc ſup.e.lib.de ele.vt quis duas.¶ Pri
ma glo.dicit,vnde ſumpta.& pro exemplis iura. & ſoluē
do obiectiones remittit.¶ In glo.1.ibi[quod iuſſu.] alte
rius ſcilicet alteri ſoluitur, pro eo eſt, quaſi ipſi ſolutum
eſt.¶ In gl.1.ibi[pone exempla]Dy. ponit hic ſpecialia
exempla.Primo per l.ſt.de admi.tu. ita tamē.§.geſſiſſe.&
l. tres tutores.§.non ſolum.vbi tutor ita tenetur directa
actione tutelæ adminiſtrans per alium,ſicut ſi per ſe ad-
miniſtraſſet.Item de interdicto vnde vi.ff.de vi,& vi ar.l.
1.§.deieciſſe.& de reg.iur.hoc iure.§.deiecit. Item in l.
Cor.de ſic.qua tenetur occidens per alium,ſicut ſi per ſe.
C.de accu.non ideo.ff.ad Sill.ſi percuſſor.ad Turpil. l.1.
§.pe.Idem eſt in pœna calumniatoris,qui per alium detu
lit.ff.de iur.fiſ.l.3.§.diuus Pius.& l.non tantum.dicit etiā,
quod ad idem poteſt induci.l.poſtulare.ff. de fideiuſſo.
cum ſi.

QVAESTIO.

Hæc regula,& regula, poteſt quis.ſu. e. inducebantur
in quæſtione,quam diſputaui de delegato ab alio, quā a
principe habente ſpeciale mandatum ſubdelegandi, an
ſubdelegare poſſit?& quære illā.ſup.eodē lib.de offi. de-
lega.is,qui.in glo.vlt.& ſuper ea.Faciunt etiam hæ duæ
regulæ ad quæſtionem de patrono, an poſſit committe-
re alteri præſentationem beneficij non vacantis? de qua
vide,quod ſcripſi de conceſ.præben.c.fi. Faciunt etiam
2 hæ regulæ ad quæſtionem † dominicalem 70.de qua quæ
ritur de magiſtro,qui conuenit certis ſcholaribus vno an
no legere pro certo ſalario,& ante finem anni vult ſubſti
tuere æque bonum,ſcholaribus contradicentibus, an id
poſſit.ita ꝙ etiam ſalarium ſibi debeatur? Pro magiſtro
allegantur 7.& totidem contra ipſum. Tertio ponitur
Bartol. ſolutio, quæ placet, poſt quæ ſequuntur aliæ.
Pro magiſtro igitur facit, quod ſcripſi poſt Gof. ſup. de
ſum.Tri.firmiter.§.hæc ſancta.ſuper verſic.Moyſem. pro
quo etiam faciunt iſtæ regulæ.Secundo allegatur pro ip-
ſo.ff.de admi.tu.ita tamē.§.geſſiſſe.vbi tutori licet admi-
niſtrare per alium.Item ſi grauamen aliquod ſit impoſi
tum hæredi uel legatario,non refert an per ſe,an per aliū
impleat , dummodo ſit tale , quod per alium poſſit
impleri.C.de cad.to.l.una.§.ne autem.in fin.Idem in ſti-
pulatione quæ in dando,uel faciendo conſiſtat.C.de cō-
trahen.& commit.ſti.l.ueteris,circa fin.Idem in libertate
præſtanda.ff de ſta.ho.Arethuſa.in fi.Tertio, ſi ſocietatē
cū aliquibus cōtraxero,ſi oportet me abeſſe, poſſū aliū
æque idoneū ſubrogare.ff.pro ſo.l.ideoque erit.circa me
3 dium legis.Quarto † uotū,quo quis obligatur Deo perſo-
naliter,per alium impleri poteſt.ſup.de voto.licet.qđ in-
tellige,ut ibi ſcripſi ſuper 2.glo.Fortius ergo uidetur ma-
giſtrum poſſe ſuum magiſterium per aliū exercere.Quin
4 to,ſi bona † fide locaui tibi domū,quæ a me euicta eſt,ſuf
ficit,quod tibi cōcedam aliā æque bonā.ff.loc.ſi quis do
mū.1.reſponſo.in fi.Sexto uidentur ſcholares dolo age-
re,quibus æque idoneum ſubſtituere uult. nec enim de-
bet ſibi conſulere cum alterius iniuria.22.quæſt. 2. pri-
mum. circa medium. Septimo ad quæſtionem induci-
tur.C.de epiſ.& cleric.quiſquis.1.& l.ad ſimilitudinem.
¶ In

5 ¶ In contrarium, ſi quis domum, vel nauem per ſe faciẽ-
dam promiſerit, & fideiuſſor velit hoc implere non con-
ſentiente ſtipulatore, non liberatur reus, qui non fecit, qđ
promiſit. ff. de ſolutio. inter artifices. multominus ergo po
terit iſte ſuum magiſterium adimplere per alium. Secun-
do, ſi onus diſciplinæ, vel picturæ fuit impoſitum hæredi
vel legatario, non poterit adimplere per alium, vt in præ-
di. l. vna. §. ſi vero talis. Tertio per magiſtrum ſtat, quo mi-
nus perſonaliter deſeruiat. ergo ſalarium petere non pote
rit. ff. loca. qui operas. & l. ſed addas. §. vltimo. & de var.
& extraor. cogni. l. 1. §. diuus. Quarto, cum epiſcopus viſi
tat perſonaliter procuratur, alias non. de cenſ. procura-
tiones. poſt princip. & patet ſup. eodem lib. de offi. ord. ſi
epiſcopus. Quinto, cum pactum magiſtri fuerit perſona-
le, non egreditur perſonã. de tranſac. veniens, de præben.
niſi. in fin. ff. de pact. quod in duobus. §. perſonale. Item
multa exempla poſſent adduci de his, quæ per alios im-
pleri non poſſunt, quæ notaui in regula, poteſt quis. eod.
ti. Sexto, contra magiſtrum etiam facit regula, mutare. eo
titu. cum concord. Septimo cõſtat, quod prælatus non eſt
6 dandus † inuitis. 61. diſtin. quid proderit. ſup. de elect. c.
1. Ergo nec magiſter, qui præeſt. ſup. de ſenten. excom. cũ
voluntate. facit ſup. e. lib. ne cleri. vel. mona. c. 2. & quod
dixi poſt Hoſtien. & Vincen. de magiſtris. c. penul. in glo.
hoc caſu. ¶ Soluebat Barth. quod ſatis placet in terminis
7 quæſtionis. ſe nõ credere, quod † poſſet ſalarium petere, ſi
vellet per alium docere. per præ §. ſi vero talis in l. vna.
C. de cadu. tol. facit ff. de leg. 3. fideicommiſſa. in fi. ſup. de
offi. delega. c. fi. & dicit idem in illo, qui promiſit librum
ſcribere, & in poteſtate, qui promiſit ciuitatem regere. di-
cit tamen Hoſtien. dixiſſe ſecus in illo, ꝗ promiſiſſet do
mũ facere. Guil. in Spec. de ſala. in fi. dicit Odoffr. concor
daſſe. Bartho. refert tamen Pileum diſtinxiſſe. an iuſtam
cauſam habeat, & tũc recedere & ſubſtituere poteſt, an
non habeat. & tunc non poteſt. inducit ff. ad l. Iul. repe. l.
fi. ff. ſi quis cau. l. quoties. dicit tamen Guil. quod leges,
quas allegat, loquuntur in neceſſarijs obligationibus, in
quibus non mirum, ſi ex iuſta cã ſubſtituit, ſecus in volun
tarijs, alle. C. de actio. & obliga. l. ſicut. in quibus ſola im-
poſſibilitas non difficultas obligationem immutat. ff. de
verbo. obligatio. continuus. §. cum ita. facit ſup. eod. lib.
de offi. del. ab arbi. quod ibi no. Parum placent hæc ver-
ba Gul. quæſtionem etiam Pilei non inuenio in docto-
8 re. † Verum de vaſallo bene extat ipſius quęſtio. 84. in qua
illud tenet, non tamen allegat leges illas, quas dicit Gul.
ſed allegabat. C. de decur. l. nullus. libro. 10. & ff. de ſol. in
ter artifices. ſubdebat, quod ſi ſeruitium vaſalli conſiſte-
bat in ſolutione pecuniæ, quolibet ſoluente liberatur. ff.
de ſtatulibe. l. Stichum. §. fi. Cynus in prædi. l. vna. §. ne au
9 tem. recitat † opinionem dicentium, quod ſi conſuetudo
eſt loci. quod ſubrogare poſſit, tunc ſcholares illo modo
ſecum contraxiſſe videntur. Idem, ſi eſſet ſpecialis con-
ſuetudo illius doctoris, quam ſcholares ſciebant. ff. de vſu
& ha. l. plenum. §. equitii. vt in doctoribus medicis ab o-
lim, & nunc etiam, maxime in Magiſtro Alberto ſæpe ip-
ſorum ſcholares apud nos experiũtur. Si vero non erat cõ
ſuetudo loci, vel perſonæ doctoris, tunc aut vult recedere
& ſubſtituere propter pecuniarium lucrum alibi captan-
dum; & tunc non poteſt, cum videatur promiſiſſe legere
ſecundum ſuam induſtriam, vt ibi, & in prædi. l. inter arti
fices. cum ſit impoſſibile vnius induſtriam eſſe induſtriã
alterius. in Auth. de fide inſtru. §. 1. ff. de cond. inde. ſi non
ſortem. §. libertus. Aut recedere vult ad officium publi-
cum exercendum, vel ad ſeruitiũ eccleſiæ: & tunc poteſt.
C. de epi. & cleri. l. quiſquis. & l. ad ſimilitudinẽ. leges ta-
men illæ meo videre parũ faciunt, q̃ loquuntur in illo, ꝗ
mutat ſtatum perſonæ. refert ibi Petrũ dixiſſe §. illũ, ne au
tem. & ver. ſi vero non facere ad caſum, cũ loquatur de di
ſcente, non de docẽte. ibi dicit tex. liberalibus ſtudijs im
bui ꝙ certũ eſt per alium fieri non poſſe, vt poſt Goſ. di-
xi in glo. quã in q̃onis princ. allegaui. Doctrina vero per
alium tradi põt cũ eodẽ profectu ſtudentiũ, vnde dicebat
eũ recedere poſſe ſubrogando meliorẽ, vel æque idoneũ.
Verũ eſt, ꝙ caſus iſtorũ ponitur non in doctore, qui pro-
miſit certis pro certo &c. vt ponit thema: ſed in illo, qui
obligatus videtur inchoando & faciendo collectã in ſtu-
dio Bõ. propter ſtatuta ſtudij iuriſtarum, quæ doctores
etiam ſeruare iurant, quæſtio non eſſet dubia.

SVMMARIVM.

1 *Prior tempore num potior iure. & vbi id fallat.*
2 *Porri ſi fuerint ſeminati in vna parochia, & in alia plãtati, vtri eccleſiæ ex his decimæ ſint pẽdẽdæ, et n. 4. 5. 7. 9. 11. 14. et 15.*
3 *Originis ius eſſe perpetuum.*
6 *Tempus perfectionis inſpici, etiam in iudicijs.*
8 *Fructuario pertinet, quicquid in fundo naſcitur, vel ex eo percipitur.*
10 *Decima inter duas eccleſias, an & quo caſu diuidendæ. & idem iudicium de canonica. & num. 16.*
12 *Eccleſia an conſtrui poſſit ſine dote.*
13 *Decimæ an poſſint a conſuetudine remitti, ſicut a principe, & quo iure illæ fuerint introductæ.*

REGVLA LIV.

1 Qui prior. Ponit exemplum † in creditoribus,
quibus res ſunt obligatę, vt potior
ſit, qui prior eſt tempore. ff. qui po.
in pig. ha. l. potior. & l. creditor. & C. eo. l. fundũ. hoc vbi
primo de prioritate apparet, ſi non apparet prioritas, &
eorum alias eſt par cauſa. Aut ſimul vtrique facta fuit ob
ligatio, & vterqi admittitur pro dimidia, aut ſeparatim,
nec apparet cui primo, tũc contra extraneũ poſſeſſorẽ po
tior erit conditio poſſeſſoris. ff. de pig. ſi fundum. §. ſi duo.
vbi aũt apparet prioritas, locus eſt rꝰę per prima iura, quę
tñ multas hñt inſtantias. Primo in mutuante in refectio-
nẽ, in Auct. de æqua. do. §. hi oẽs. col. 7. ff. qui po. in pi. ha.
l. interdum. Scđo in negãte ſe poſſidere, qui poſtea conui
ctus prętendit hypothecam. C. qui po. in pi. ha. auct. item
poſſeſſor. Tertio in eo, de cuius pecunia res emitur, & ſibi
obligatur expreſſe. C. eo. ti. licet. Quarto in muliere, quæ
præfertur prioribus habentibus tacitam. eo. tit. l. aſſiduis.
Quĩto in illo, de cuius pecunia militia emitur. C. de pig.
l. fi. & aut. quod obtinet. Sexto, in habẽte hypothecã ex in
ſtrõ priuato, manu trium teſtiũ ſignato, ſi agit aduerſus
eũ, qui non hẽt ſimile inſtrm, vel publicum. C. ꝗ po. l. ſcri-
pturas. Septimo in fiſco agẽte ex cã primipili. C. ꝗ. ex cau.
pig. l. ſatis. Octauo in agente funeralia. ff. de relig. & ſum.
fu. l. ſi quis. §. ſi colonus. & l. impenſam. & ibi no. Nono, ſi
vendens pignus ꝑoriũ hẽt ſimilẽ cãm cũ poſteriore, non
ꝑfert, ſed ambo cõcurrũt. ff. ꝗ po. in pi. ha. l. is, cui. §. prior.
¶ Prima gl. dicit, vt ſũpra; & ponit exẽpla: & obijcit ad vl
timũ exẽplũ, & ſoluit. Scđo, dicit rłam ꝓcedere in his, q̃
pẽdẽt a volũtate duorũ: nõ in legib. vel teſtamẽtis, ſignat
cõtrariũ & remittit. Itẽ ꝓcedit, cũ par eſt ius vtriuſq. ¶ In
gl. 1. ibi [quoties vtriuſque] Sequitur cã lucri non vertit,
is ꝑferẽdus, cuius in lucro cã ipſũ ꝑcedit. & ibi [non eſt no
uum] vt priores leges ad poſteriores trahãtur. & ibi [ſi mi
hi] In legatis nouiſſimæ ſcripturæ valẽt. ¶ In gl. ibi [prius
ordinatus] s̃. de ma. & obe. c. 1. vbi de hoc Dy. alle. ff. de al
bo ſcrib. l. 1. 2. & 3. C. de conſu. l. 1. li. 12. & ibi [impetrauit]
in pari forma, & de hoc plene, s̃. e. li. de conce. pb. ſi ſoli. in
vlt. gl. & ibi [nõ eſt nouũ] & s̃. eo. li. de conſt. c. 1. vbi ẽt de
hoc. & ibi [vltima volũtas] s̃. de cele. miſ. cum Marthæ. in
fi. ſed lõge plenius hic ꝑ Dy. qui diſtinguit. Aut oẽs credi-
tores ꝑtendũt priuilegiũ reale, aut perſonale, aut quidam
perſonale, quidam reale, aut quidam perſonale, alij nul-
lũ, aut oẽs nullũ, quæ membra ẽt ſubdiſtinguendo, proſe-
quitur, in quibus mẽbris ẽt incidit, quod dixi in tex.

QVAESTIO.

Hæc rła inducębat ad q̃onẽ, quã diſpu. de ſeminãte por
ros, q̃ ſic ꝓponebat. Seminaui porros in parochias S. An.
quos auulſi, & plãtaui in paro. S. Io. q̃ritur, cui eccleſiæ de

his decimæ debeantur? In allegationibus procedam hoc ordine, quia primo probabo quod eccleſiæ ſãcti Andreę. Secundo, quod eccleſiæ ſancti Ioan. Tertio, quod vtrique, aut cuique integra, aut diuidenda. Quarto, quod neutri, quamlibet vero partem probabo. Primo per ius diuinũ. Secundo per poſitiuum canonicum. ſ. & ciuile. Tertio per æquitatem. Quarto per opinionem, vel glo. Quinto inducam vnam regulam, deinde dabitur ſolutio, & contrarijs reſpondebitur. Primo, quod eccleſiæ ſancti Andreę vbi ſeminati fuerunt, & nati, debetur de his decima, inducitur auctoritas Deutero. 14. ibi, decimam partem ſeparabis de omnibus quæ naſcuntur in terris. Item 2. Paralipo. 31. omnium quæ gignit humus, decimam obtulerunt, ex herbis naſcuntur in terra, & gignit humus, patet generationis vel natiuitatis locum inſpiciendum, & illi decimam ſoluendam, ergo &c. Secundo iur. vtroque ſic probatur, quicquid ſit, illæ porrinæ, aut includuntur ſub appellatione fructuum, aut frugum, vel prouentuum vel paſcuorum, vel lucri, vel acquiſiti, ſed his omnibus verbis vtuntur iura præcipientia de his decimam ſolui. 16. q. 1. reuer. & c. decimæ, & q. 7. c. 3. & 4. & 5. & ſimile de decimi. c. 1. & ca. cum homines, peruenit. commiſſum. nuncios. paſtoralis. & alia plura. Plus videmus eſſe in tractatu hortorum, de quorum fructibus expreſſe loquitur canon. 16. q. 7. quicũque. decre. eo. titu. non eſt. vltra hoc, quod iur. ſeminis ipſa decima debeatur, expreſſe probat decre. ex parte 2. eo. tit. vbi patet, ꝙ ſi diuerſa ſemina ponantur in eodẽ agro, de cuiuſque ſeminis fructibus debetur decima, habet. n. ſe prædium ſancti Ant. ad porros, vt originarium, prędiũ ſancti Ioannis vt educator. Prima ergo cauſa naturalis, & ſic perpetua. 5. diſtin. §. 1. inſti. de iure natura. §. ſed natu-
3 ralia. præponenda eſt ergo † educatiuæ, quæ temporalis eſt, & immutabilis, ꝙ vero ipſum ius originis ſit perpetuum, patet. ſup. eod. li. de tempo. ordi. cum nullus, ad id. ff. de ſenat. l. pen. quæritur ergo de origine. 24. diſt. quando. 31. diſtin. aphros. ff. de ædi. edi. quod ſi nolit. §. qui mancipia. habent Legiſtæ textus expreſſos præponentes originariam cauſam. ff. ad munici. aſſumptio. in prin. & l. libertus. §. præſcriptio. in fi. & ibi, cum ſimul vtrobique deferentur, potior eſt originalis cauſa. & l. qui ex vico ortus eſt. de decur. l. 1. de mune. & ho. at qui originem. 1. reſpon. ſecundum vnam lecturam. & C. de munic. & orig. l. originem. propria neminẽ poſſe voluntate ſua eximi, manifeſtum eſt. Ad idem de tempo. ordi. c. 1. vbi ſolam vltramontani originem inſpicimus, probat hoc idem l. dicens, natum ex ſeruis vrbanis, ſi mittatur ad villam nutriendũ, vrbanum non ruſticum cenſeri. ff. de leg. 3. l. ſeruis vrbanis. §. eum qui, & ff. de ver. ſig. l. vrbana. 1. & l. is, qui natus. Si ergo vrbana mancipia cognoſcuntur a ruſticis genere, non loco educationis, ſic in propoſito prædium generans non educans dicemus in decimarum ſolutione pon-
4 derari debere. Probatur hoc etiam † per iura, quæ docẽt, principium ſpectandum, cuiuſque enim rei & contractus initium ſpectandum, & cauſa. ff. manda. ſi procurator. in prin. ad Macedo. ſi tamen. alias. ſi autem. & ſuper his. veniant iura. de hoc nota. de electio. dudum. 1. de cen. c. 3. 1. q. 1. principatus. Sed optime videtur facere decre. literis. de reſcrip. vt factum per prædeceſſorem inchoatum, per ſucceſſorem completum, prædeceſſori attribuitur, nõ ſucceſſori, ſic & hic dicendũ eſt, quod &c. Itẽ, is debet eſſe in re potior qui plus iuris in ea habet. C. qui bon. ce. poſ. l. fi. de donatio. l. ſancimus. §. ne autem. at illi plus tenetur, a quo plus recipit. de teſta. cũ in officijs. & quod notaui. de iure patro. c. 1. ſuper 1. glo. Sed plus eſt aliquid de nouo facere, quam creatum promouere. de conſe. diſtinctio. 2. tenera. Pro & contra. de iud. iudæi. & c. conſuluit pro eo. C. de rei vxo. actio. l. vna. circa princip. Patet ergo porros decimandos eccleſiæ ſancti Andreę, cuius prædium plus cõtulit. ¶ Item, porrinę auulſæ de primo prædio trãſierunt cum ſuo onere, 16. quæſt. 1. ſi quis laicus. de pigno. ex literis. ff. de contrahen. emptio. alienatio. Plus, textus expreſſe dicit, fructus decimandos alienari non poſſe, niſi cum onere decimarum. eod. titu. cum non ſit. & ſi dicatur, melioratæ ſunt, hoc placet eccleſię. & facit, quod no. de conſe. diſtin. 2. ſolent. ff. de an. lega. l. eum qui. per quos textus, rationes & argumenta concluditur, eccleſiæ ſancti Andreæ de his porris decimam perſoluendã. Tertio, æquitas hæc ſuadet, quia ex contrario ſequeretur, quod dominus prædij poſſet eccleſiam parochialem decima ipſius predij fraudare ſemper in ſeminando olera, & alibi plantando. Quarto, glo. Innocen. quam poſui eod. ti. commiſſum. fouet hanc partem, cum ibi dicat hæc herba, pratiua auulſa trãſeat cum ſuo onere in beſtiam auellentem, vel dominum ipſius beſtiæ. & ibi videas. Quinto, regula iſta prioritatis temporis iuuat hanc partem. de regulis iuris. quot. & hoc videre potes in gloſſa. argumenta per. cõ-
5 cordantias & exempla. ¶ Quod debeantur † eccleſiæ ſancti Ioannis, in cujus parochia fuere plantati, inducitur auctoritas Apoſtoli. 1. ad Corin. 4. Ego plantaui, & Deus incrementum dedit. 19. diſtinctio. ſecundum. & eadem epiſtola. 9. cap. quis plantat vineam, & de fructu eius non edit. & habentur 13. quæſt. 1. §. 1. & 38. q. 1. iam nũc. in fi. Ponderanda eſt ergo plantatio plus, quam primæua origo, eſt enim certum, quid plãtari non poſſe, niſi prius ſit ortum. Secundo, iur. ſic probatur, habet ſe parochia ſancti Ioan. ad porros, vt parochia domicilij ad larem ibi cõſtituentem & morantem, ex quo ergo ad iſta fuit translatus, nil commune habet cum prima. ad hoc. 21. qõ. 2. ſi qs iam translatus. 16. quæſt. 1. ne pro cuiuslibet. 18. qõ. 1. c. vno. de conſt. translato. 13. q. 1. §. quia ergo. ff. ad munici. l. fi. §. 3. C. de incol. l. fi. de epiſ. & cleri. ſi quis ita larem fouere ac degere &c. de vſur. quamquam. & ibi teſtator habitat, per quod patet quo ad iſtos porros ſic translatos primam parochiam nullum ius habere. Hoc idem probet in perſeuerantia, cuius contrarium commendatur. 7. q. 1. ſuggeſtum. de pęn. diſtinctio. 3. incaſſum. Si enim fuiſſet ex prima parochia, ibi mãſiſſent, ſed quia non manſerũt, dicuntur ex illa non fuiſſe. 1. Io. 2. de pœn. diſtinctio. 4. ſi ex bono. quia nec dicitur veniſſe, qui non ſtetit, nec natus, qui ſtatim deſijt. nec verſum, quod nõ durat verſum, nec diuertiſſe, qui ſtatim redijt, & his ſimilia. de iud. c. 1. ff. de in rem verſo. ſi pro parte. §. verſum. de ver. ſig. nam & ego. de pęn. diſt. 1. diuortium. per quæ & ſimilia concluditur, quod eſt dictum. Probatur & aliter. Deus non nouit opus imperfectum. de bap. maiores. ver. ſed adhuc. licet autem principium ſit potentiſſima pars cuiuſque rei, vt ff. de origi. iu. l. 1. perfectũ tamen conſiſtit ex omnibus ſuis partibus vt ibi, tempus ergo perfectionis ſpectando, quod fuit in parochia ſancti Ioan. dicam illi decimas deberi. verbum enim fructuũ, vel frugũ, vel his ſimiliũ, habet denotare rem perfectam, ad quod optime faciat de pœn. diſtinct. 2. dum ſanctã. ibi, plenũ frumentũ. ſicut & verbũ, ſtatuto. de pęn. diſtinctio. 1. §. autẽ. de verbo. ſignifi. in his. ff. quod cuiuſque iur. l. 1. & faciat 32. quæſt. 2. qđ non formatum. de homi. ſi aliquis. & quod ibi no. ſicut
6 † libro legato, intelligitur legatus liber ſcriptura perfectus. ff. de leg. 3. l. librorũ. §. quod ergo. & verbo operis intelligitur corpus perfectũ. de verbo. ſig. l. 5. §. 1. & ſoluendo dicitur, qui poteſt ſoluere ſolidũ. eo. tit. ſoluendo. & ædificiũ perfectũ, quod poteſt eſſe vſui. eo. titu. l. ædificia. §. perfeciſſet. nã etiam in iudicijs tempus perfectionis inſpicimus. 1. ſententię. de re iud. abbate, lib. e. ff. de rei vẽd. ſi autẽ. ff. depo. l. 1. §. non tantũ. Itẽ non ei, qui prius egit,
7 vel † cõteſtatus eſt litẽ, ſed ei, qui prius ad ſententiã peruenit adiudicatur ſeruus ex nox. ff. de noxa. ſi quis a multis. Idẽ in actione de peculio. ff. de pecul. ſi non adhuc. in fi. per quæ concluditur, quod pro parte ſancti Io. inſpici debet ſtatus perfectionis porrorũ. qui in eius parochia, & ex eius humo puenit, origine nõ inſpecta, ſicut nec iſpicitur. qui ſi ſint le. tãta. inſt. de nup. §. ſi. cũ ſi. Itẽ, quo iure

petantur

Digitized by Google

petantur decimæ, dubitatur. & no. 16. quæſt. prima. mode ramine. & de deci. tua enim. ſed tollamus duriorem opinionem, & fingamus decimas vendicari poſſe, & eccleſiã etiam ante ſeparationem eſſe ipſarum dominam: nihilominus ex quo porrinæ iſtæ tranſlatæ ſunt, & radicatæ in parochia S. Ioan. illi parochiæ decima debetur. Quod ſic probo. Fingamus, quod iſtæ porrinæ fuerunt euulſæ de proprio prædio Sancti Anto. ex quo tamen radicatæ eſſent in alio prædio, vel coaluiſſent, perdidiſſet ipſa eccleſia dominium ipſarum, & applicatum eſſet domino poſterioris prædij, Inſti. de rerum di. §. ſi Titius. ff. de rei ven. l. 5. §. de arbore. vbi de hoc. & ff. de acqui. rerum do. l. adeo. §. fi. & l. ſi ex meis. §. arbor. Nec ob. quod no. 12. q. ſecunda apoſtolicos. quia glo. illa non probatur iure. & dato, quod vera eſſet, non habet locum in his, quæ ponuntur in prædio euellẽda, vt in caſu noſtro, ſicut ergo dominium acquiſitum eſſet prædio, vel domino prædij ſecundi: ita & ius decimæ eſſet acquiſitum eccleſiæ, in cuius parochia ſitum eſſet prædium. Nec dicas, quod eccleſia San. Anto. non vult decimas de porris ſtantibus: ſed cum fuerint eradicati, nam vt patet in prædi. §. arbor. poſt eradicationem prior dominus ius ſibi non vendicat, ſic ergo, arguendo de diuerſis dominis prædiorum duorum ad eundem dominum vtriuſque, quod licet. 8. quæſt. 1. in ſcripturis. de pœ. diſtin. 3. adhuc inſtant. ſup. eod. lib. de præben. cum de beneficio. ff. ſi cer. peta. l. ſingularia. dicam ipſi domino reſpectu ſecundi prædij tantum: & non primi dominium porrorum competere. quod patet: quia vendito primo prædio, & tradito, deſineret eſſe dominus porrorum. ff. de rei ven. fructus pendentes. & ſic dicam de porris ſecundæ eccleſiæ dandam decimam, & nõ primę. Nec mirum: cum & vnio carnis, quam habet vxor ad virum, facit illam cenſeri iure ultimi viri etiam iam mortui, vt patet ſupra eodem lib. de ſepul. is, qui. in fi. cum ſuis concor. Item non mirum, ſi hoc habet realis per radicem, vel coalitionem, nam video, quod ſola liberalis annexio præponit ſecundum expectantem primo, quod probat decreta. quia ſæpe. de præbend. Ex verbali enim annexione præbendæ ad dignitatem ſecundus canonicus expectans dignitatem, & præbendam in conſecutione præbendæ præfertur, multo magis primo, vel ſaltem pariter ex radicali connexione ſecunda eccleſia præferenda eſt primæ. & facit etiam de præben. ſuper eod. lib. eodem. quod autem plus ſit facto, quam verbo amittere, probat de pœnis. degradatio. lib. eodem. & quod ibi no. in fin. vel ſaltem par. de appellati. dilecti. vbi de hoc. ff. de leg. de quibus, ad finem. ex quibus pro hac parte concluditur eccleſiæ ſancti Ioan. decimam hanc deberi, nec cu-
8 randum, an † ibi nati ſint aliter percepti. ad hoc ff. de vſufruc. l. arbores. §. 1. vbi dicit. Quicquid in fundo naſcitur, vel quicquid inde percipitur, ad fructuariũ pertinet. Ter-
9 tio æquitas, quæ ſupra pro prima † eccleſia inducta eſt, cõuertitur pro ſecunda pari modo. Item fingamus porrinas illas emptas per plantantem, non fieret inde in ſolutione decimæ illius ſumptus deductio, de decimis. tua. & capit. cum Ioannes. Item, ſi iſtæ eccleſiæ eſſent in diuerſis diœceſibus. nonne abſurdum eſſet, quod prima perciperet decimas in parochia ſecundæ. eodem titu. cum ſint homines. ad fin. Item, per id ſequi videretur, quod de toto vino mundi, vel ſaltem de vitibus illius ſoli eccleſiæ, in cuius parochia erat lambruſca, quam plantauit Noe, Gene. 14. & 32. diſtinct. ſexto die. deberetur decima, ſi ſola prima origo, & non plantatio inſpicienda eſſet. Quarto, gloſſa pro hac par. Vincen. V. & Phil. faciunt, de quibus infra dicam quod no. Innocen. de ſtagno, vel recluſorio piſcium, vel ferarum. eodem titu. non eſt, vbi videtur velle, quod ſi piſces clauduntur in ſtagno vel in aliquo recluſorio, licet de alio flumine vel loco hæc ſumpta fuerint, illi tamen eccleſiæ debeatur decima, vbi viuunt illius parochiæ aquæ, vel terræ remedio. faciat etiam quod no. de reſcriptis ſtatutum. §. cum vero. in glo. olim dicebamus. Quinto, pro hac parte faciat regula. ff. de regulis iuris. in pari. & eodem libro. & titulo. in pari. & ibi concord. & exempla ad hanc partem. ¶ Quod vero vtrique debeatur, inducitur auctoritas Pauli. primo ad Corinth. 3. ibi, qui plantat, & qui rigat, vnum ſunt, ſumus enim coadiutores, vnuſquiſque propriam mercedem accipiet. conueniunt ergo hæ eccleſiæ. & dicit prima ſecundæ, tu ex planta, & ego ex ſemine vnum fuimus operatione, videlicet eiuſdem fructus, & fuimus coadiutores Dei, cuius manus & potentia in his principaliter eſt operata. Accipiamus ergo mercedem noſtram, ad quod facit eodem titu-
10 lo. cum non ſit. in principio. Quod autem † ſimul habeant vnam decimam diuidendam, probatur. 12. quæſt. quarta. capitu. primo. cum ſuis concordan. de teſtamen. relatum. 2. ad finem. de ſepultu. cum quis. ſecundo reſpon. vt ſicut ibi diuiditur canonica, quia vtraque eccleſia operata eſt id, propter quod debetur, ſic diuidatur hæc prædialis decima, cum prædium vtriuſque parochię operatum ſit ad perfectionem huius fructus. Sicut enim ſi ſimul in duobus prædijs haberet arbor communiter radices, diceretur communis, vt in prædi. §. inſtit. de re. diui. §. ſi Titius. ff. de acquiren. rerum domin. adeo. §. fina. in fine. ſic videtur, cum diuerſis temporibus in utraque parochia fuerit radicata, quod utriq. debeatur decima. Ad idem inſtitu. eodem titulo. §. ſi duorum. & faciat pro hac parte eſſentialis æquitas, & quod dixi, ſecundum Goffre. Phil. & Innocen. de ſepultu. & de his. ſcilicet, quod ſi quis audit diuina in vna capella, & in baptiſmali eccleſia percipit ſacramenta, inter illas duas diuiditur canonica. & quod no. de maiori. & obedien. omnes. & de perſonalibus decimis. & illud idem Innocenti. de decimis. nouum. & quod no. Ioan. 13. quæſtio. prima. §. ſecundo. & Ber. de decimis. ad apoſtolicæ. de grege, qui paſcitur in duabus parochijs. & quod nota. Hoſtien. de ſtag. piſcium, & de lignis portatis ad portum, ubi carius uenduntur. eodem titu. non eſt. vbi tenet decimam eſſe partim prædialem, partim perſonalem. ſic ergo iſta poteſt eſſe partim prædialis unius eccleſiæ, & partim alterius. Qđ
11 autẽ vtraque eccleſia habeat integram, probatur. Si † aliquis primo habeat uſum rei, & alius ſecundo uſumfructum, primus primo detrahit uſum, & ſecũdus quod reſiduum eſt in fructu rei. ff. de uſufru. ſi alij uſus. primo reſponſo. de uſu & habi. per ſeruum. in fi. & l. ſequenti. in fine. ſic porrinas primo detinet prima eccleſia, reſiduum detinet ſecũda ad inſtar hęreditatis, de qua filius primo detrahit legitimã debitã iure naturæ, hęres de reſiduo Trebellianicã, uel Falcidiam. ſic & debita ex fideicom. primo detrahitur, & de reſiduo Falci. C. ad leg. Falcid. irritum. de teſtamen. Raynaldus. & cap. Raynutius. ubi ſatis de hoc. Ad idem faciat de hære. eod. titu. officij. & cap. requiſiſti. Aequiparando igitur debitum iur. naturæ ad propoſitum ratione naturalis originis, dicemus illam prius detrahendam, reliquam vero de reſiduo. Item certum eſt, quod fructus non debent ratione ſeminis, ſed corporis, ex quo percipiuntur. ff. de uſuris. qui ſic fundum. in princi. idem de planta. C. de rei uendi. ſi quis. de rerum diu. §. qua rõne. & de decimis. non eſt. dicemus ex prædijs fructus, ex fructibus decimas ſimpliciter ex corporum iur. deberi, & ſic utriq. eccleſiæ: ad quod bene faciant l. ff. ad municipa. falſum. §. 2. & l. ordine. in fine. & l. in cola. & l. de iure. §. ſecundo. C. de muni. & orig. l. prima. & optime ultima. in fine. Præterea illud, quod eſt patrimoniale, munus agnoſcatur, ubicunque eſt patrimonium. C. de mul. & in quo lo. l. eam. Præterea, fingamus iſta duo prædia duos parentes porrorum, ſicut ergo filius utrunque parentem integraliter alere cogitur. ff. de libe. agno. ſi quis ali. circa prin. ſic & de his porris dico, quo ad eccleſiã. Tertio, æquitas facit pro hac parte. Quid. n. ſi porrinæ non fuiſſent plantatæ. Item ſi in ſe ſunt fructus, & ad uſum, & ad pretium per-

Digitized by Google

cipiendum, & pro ſecunda facit, quòd ſi porrinæ fuiſſent emptæ &c. vt ſupra dixi. Quarto opinio Iaco. pro his facit de qua dicam infra. Quinto, facit regula, ſecundum naturam. ff. de reg. iuris. & & hoc eod. tit. qui ſentit onus. cum ſuis concordan. ¶ Contrariũ, quod neutri. ſ. debean

12 tur. ſic probatur. dicitur Numer. 18. decimarum † oblatione contenti, nil amplius poſſidentes. & Mal. 3. vt cibus ſit in domo domini. & 16. q. 1. reuertimini. & quæſtione 7. c. 1. ſed iure poſitiuo eccleſia non conſtituitur ſine dote. ergo cum clerici non ſint contenti, nec illis indigeant, ergo nec illis debentur. Quod vero ſine dote eccleſia non ſit conſtruenda, patet, de conſec. diſtinct. 1. nemo. de con. eccle. vel alta. cum ſicut. vbi de hoc in Auth. vt nullus ædifi. ora. do. §. 1. coll. 7. ex quo ponimus eam dotatam. ipſius ergo rector & clerici viuant de fructibus ipſius dotis, & decimas non quærant. faciat ad hoc illarum partium cõſuetudo, in quibus decimæ non ſoluuntur; quæ videtur de iure naturali. ſupra de parochijs. capitu. fina. de decimis. commiſſum. ibi ſoluebant. & capitu. in aliquibus. in

13 fine. Poteſt enim † conſuetudo, quod princeps. ſ. l. condere, interpretari & abrogare. & dixi de hoc de conſue. cap. fina. Sed Papa certis perſonis decimas remittit. vt patet de decimis. ex parte 1. quod intellige, vt no. 16. q. 1. ſi ergo. & de decimis a nobis, ergo & hoc poteſt conſuetudo. nec debemus præſumere Deum velle tantam multitudinem non ſoluentium decimas perire. de bap. maiores. verſic. abſit. Item pro maiori parte theologi, præcipue mendicantes, hoc tenent, & prædicant, vt notaui de decimis. cap. 1. lib. eod. Et reſpondent ad auctoritatem veteris teſtamenti, præceptum de ſoluendo eſſe morale, ſed de quota ſoluenda, dicunt eſſe cæremoniale, vel iudiciale, ſed cõmuniter dicunt eſſe iudiciale, cum cæremonialia veteris legis tempore nouæ non debent ad literam ſeruari, iudicialia vero ſic, licet non obligent ex præcepto. Ad auctoritates noui teſtamenti, Matth. 23. & Lucæ 11. & 18. reſpondent, quod in eis dicitur, veh qui decimatis &c. ibi, hoc obtinuit fieri, ſcilicet in veteri lege. Illa vero verba, decimas do omnium, quæ poſſideo, non fuerunt præceptum Chriſti vel euangeliſtæ, ſed quædam oſtẽtatiua narratio Phariſæi. Poteſt autem præceptum de decima aliquid figurare. Cum enim denarius numerus quodammodo ſit perfectus, ad quod de conſecratione diſtinctio. quinta. ieiunium. cum ſit primus limes numerorum; illo enim finito reinchoamus ab illo. Quod per ſe patet, habet idem deſignare quandã perfectionem, quam illi tunc decimas ſoluentes habituri erant per aduentum Chriſti. Innocentius vero per multas auctoritates probat ſuper rubrica de decimis, alias eſt gloſſa in vltimo. cap. de parochijs. contrarium, & repræhendit hos nouos doctores attentantes docere contraria doctrinæ 4. principalium doctorum eccleſiæ. Ad decre. vero allegatas reſponde, vt notaui in eis. Nos vero iuriſtæ tenemus decimas ei inte

14 gras deberi, † ſed ſaltem propter cõcurſum dicemus neutri deberi, vt ſic inuicem ſe impediant. ar. ff. de vſufruct. quoties. quibus mod. vſusfruct. amit. l. 2. in fi. de leg. 1. huius. §. fi. & plura exempla de hoc habentur. ff. de reb. dub. l. ſi fuerit. 1. reſpon. & faciat, quod no. de electioni. cap. penul. ſup. eodem libro. pro hac parte facit regula, quæ in obſcuritate iurium reum abſoluit. eod. titu. cum ſint partium. & ff. eodem fauorabiliores. Poſſet etiam allegari, quod locus eſt gratificationi. ff. de leg. 2. ſi quis ſeruum. §. ſi inter duos. de condi. inde. l. plane. ff. loca. in naue. ad ſilla. ſi quis in graui. §. ſi cum omnes. de reſcrip. ca. pen. de elect. c. pe. li. eo. ¶ Solutio huius quæſtionis colligi poteſt ex notatis per Vincen. Na. Phil. & Iaco. de decimis. cum non ſit. vbi Vincen. ex verbo, incrementum, ibi in principio capitu. arguit ſecundæ eccleſiæ decimam deberi, & illud ibi tenent aſſertiue ipſe Vincen. & Phil. Iacobus vero tenet vtrique deberi, & ex verbis ſuis videtur ſentire vtrique deberi integram ipſorum, gl. ibi poſui. & per prædicta patet, Vincen. arguendo etiam alios aſſerendo concordes, quod ſecundæ debeantur, quod puto verum. Sed eſt ſciendum, quod ex porris plantatis duplex fructus habetur, alter eſt in ſemine producto per porrum, & de hoc fructu non proponitur quæſtio, quaſi non dubia, cum illud ſemen non ſolum nutriatur, immo etiam naſcatur ex humo huius prædij, vbi fuerunt ſecundo plantati, & ſic fructus omnino alteratus. & ſic idem de eo, quod de grano, vel alio fructu. ſup. eo. ex parte 2. & cap. tua. & cap. paſtoralis. Sed proponitur quæſtio de ipſa ſubſtantia porrorum, quam ſumimus in fructu ad olus, quod eſt optimum in Auguſto cũ carnibus porcinis, vel ad ipſum crudum comedendum, quod multis placet, vel his ſimilibus.

15 Puto autem † ſequendo prædictos de his integram decimam ſecundæ eccleſiæ deberi, vbi fuerunt plãtati, per ea quæ dicta ſunt ſupra in parte ſecunda. præcipue in ver. idem quo iur. nam & ſi illæ porrinæ fuiſſent furtiuæ, tamẽ parochialis eccleſia, quæ in prædialibus proſequitur, qđ ſuum eſt, exigeret decimam. & quod plus eſt, etiam ab inuaſore prædij, vt no. eod. titu. ex tranſmiſſa. in fine primæ gloſſæ. & 16. quæſtio. prima. decimas. dico, quod prima eccleſia ab ipſo domino porrinarum, & prioris fundi exigit decimam ad æſtimationem ipſarum porrinarum. æſtimatio autem debebitur, quaſi quo ad primum prædium & ipſius dominium per radicationem ſecundi ſint conſumptæ, pro conſumptis autem bene ſoluitur æſtimatio. 16. quæſtio, ſeptima. quicunque. de tranſactionibus. veniens. & no. de rerum permu. cap. fina. de rebus eccle. non alienan. vt ſuper. & per hoc, quod dico decimam ad æſtimationem porrinarum deberi primæ eccleſiæ, ſoluta ſunt quaſi omnia iura inducta in prima parte. Ad id autem, quod ibi allegabatur de cauſa originaria, quæ præfertur etiam in eadem re educatiue vel nutritiue, & quod mancipia diſtinguuntur genere non loco enutritionis, facile reſpondetur, locus enim vbi larem habet, & nutritur homo liber, vel ſeruus, non irradicat ſibi ipſum hominẽ, ſicut humus porrorum, qui illum ſibi incorporat, radices protelat, humorem infundit, & qualitatem mutat. 56. diſtinctio. naſci. cibus etiam & potus non irradicat ſibi hominem, ſed irradicatur ab homine, per quod etiam ipſius cibi & potus mutatur ſubſtantia, & ſic facit contra. Et ſic etiam reſpondetur ad argumentum dominæ Milantiæ coniugis dilectæ, arguebat enim pro me ſuper hac quæſtione conſulta ad inſtar principis. In Authen. vt iudi. ſine quoquo ſuffragio. §. hæc omnia apud nos cogi. colla. 2. potiorem eſſe cauſam prioris. dicebat enim abſurdum, quod ſi filium ſuum alia mulier lactat, & nutrit, illius nutricis cauſa potior dicatur in filio. Reſponde, filius ille non irradicatur, nec coaluit corpori nutricis, ſicut porrus humo, vnde ſi natura hoc operaretur, quod filius ille corpus nutricis reingrederetur, ibi generatiua reſumens principia, dicemus eum filium ſecundæ, & non primæ. Ad decre. literis. reſpondetur, negari non poſſe, illum clericum recipi auctoritate illius, qui perfecit, quia certum eſt, per primas monitorias nullũ ius acquiſitum, quod afficeret, ſed hoc ſolum excludit, ne eccleſia illa dicatur grauata per illum, quaſi grauamen attribuendum ſit inchoanti, proſequens enim nõ potuit dici grauaſſe faciẽdo, ad quod tenebatur ex quodam debito honeſtatis. Ad gl. Inn. dico pro concor. ſolutioni, quia illius herbæ paſtæ licet trãſierit cum onere, debetur decima in æſtimatione, non in re conſumpta. & ſic etiam ſatis facit dec. paſtoralis. & dec. cum non ſit. Ad iura vero inducta pro ea

16 parte, quod diuidatur † decima, facile reſpondetur, ſi enim diuiditur, prædiũ ex cõi pecunia emptũ, quid mirũ? Idem de bonis cõiter acquiſitis. Idem in decima paſtus pecorum, & de decima perſonali. Idẽ in canonica, in his enim, & ſimilibus neuter potior, nec apparet ratio, quare plus vni, q̃ alteri, vel quare vtriq. in terra integra debeẽ. Eodẽ modo rñde ad ea q̃ inducta ſunt de concurſu. In illis

lis

Digitized by Google

ſis enim certum eſt, duobus non deberi, ſed vni. nec appa-
ret cui, & de hoc de iure patro. cum autem. de reſcriptis.
c. pen. lib. eodem. ſi dicatur, quod per prædicta deterior
ſit conditio coloni, quam ſi in primo prædio plantaſſet, fa-
teor, & ſua voluntate ſubijt hoc munus. ad hoc præ. l. vlt.
in fi. C. de muni. & orig. lib. 10. & ad hoc. de offi. deleg. ab
arbitris. li. 6. & quod ibi no. & forte etiam eradicatis por-
rinis, aliud ibi ſeminauit, vel plantauit, ex quo fructũ per-
cepit. Vel ſatis ſit, quod hoc facere potuit, ſicut & alias ſuf-
ficit, quod hæreditas poterat eſſe damnoſa. Inſti. de aucto.
tu. §. 1. Hæc ſic propoſita, allegata, ſoluta, & reſpõſa quiſ-
que ſtudioſus, præcipue doctor, ſupplenda & corrigenda
ſuſcipiat. Me. n. profiteor libentius diſcere, quam docere.

SVMMARIVM.

1 *Onus qui ſentit, commodum etiam debet ſentire, & econtra.*
2 *Contrariorum eadem diſciplina ſed diuerſa diſpoſitio.*
3 *Priuilegio conceſſo abbati, ſeu conuentui, ut tempore interdicti poſſint familiares admittere ad diuina, an poſt dictum priuilegiũ receptos poſſint etiam admittere. & numero 5. diſtinct. num. 6. 8.*
4 *Verba indefinita in donationib. pactis, aut priuilegijs, an trahantur etiam in futurum, aut quomodo accipienda.*
7 *Tempus regulariter inſpicitur in contractibus, & teſtamentis.*

REGVLA LX.

1 Qui ſentit. [Et contra] Vnus † intellectus eſt,
qui ſentit commodũ, ſẽtiat onus,
& hunc glo. proſequitur, alius ſen-
ſus eſt, qui non ſentit onus, non ſentiat commodum, per
hoc. 32. diſtinct. præter hoc. s. eodem lib. de elect. genera-
li. § illos. & inquantum affirmatio & negatio ſint contra-
ria, iſte ſenſus plus conuenit literæ ecõtra, iuxta primum
ponitur pro econuerſo, nõ enim eſt contrarium, ſed idẽ,
vel ſimile per conuerſum, hoc præmiſi, vt apertius ingre-
diar verba Dyni, qui obijcit non procedere illud genera-
2 le, quod hic colligitur, ſcilicet, quod contrariorum † ſit ea-
dem diſciplina, imo generaliter dici debet contrarium,
quia quod de vno contrariorum prędicatur affirmando,
de reliquo prædicatur negando, quod eſt oppoſitum, vel
quod idem eſt, ſi de vno diſponitur affirmatio, de altero
negatio. ff. de his, qui ſui vel alie. iur. ſunt. l. 1. Inſtitu. de tu-
to. & cura. §. qui accuſare. & patet. 32. diſt. hoſpitiolum.
in fi. vbi de hoc. & facit, quod dixi ſup. eod. nemo poteſt.
ſuper 1. glo. Item dicimus, ad poſitionem vnius contra-
riorum, ſequi remotionem alterius. ff. de ver. ſi. l. hæc ver-
ba. ille. & de inſtitor. l. ſed & pupillus. §. ſi inſtitoria. Dicit
Dy. quod vbi de quolibet contrariorum reſpondetur af-
firmando, vel de quolibet negando ſimpliciter, verum eſt
eandem eſſe diſciplinam contrariorum. Inſti. de contra-
hen. emp. §. cum autem. C. de ead. tol. l. vna. §. pro ſecũdo.
de fur. l. fi. §. ſed cum in ſecunda. ff. de vul. & pu. & ſi contra
tab. de leg. 1. ſi ex toto. in prin. & de leg. 3. l. fina. tunc eſt
enim eadem in genere & eadem in ſpecie. & eadem quo
ad numerum, cum ſ. eadem verborum conceptio vtrun-
que contrariorum diſponit. ſed illo reſpectu: quia diuer-
ſa diſponit, poteſt ratione affectus, vel effectus in plura
particularia diuidi, & ſic diuerſa iudicari, ſed niſi de alte-
ro eſt affirmatio & de altero negatio non eſt eadem, ſed
contraria diſpoſitio. ſed pro tanto dicitur eadem diſcipli-
na, quia vno cognito, habetur cognitio alterius, vt in iu-
ribus allegatis. ſup. ver. vel quod idem. & ff. de præto. ſti-
pula. l. prima. §. ſtipulationum. bene ergo dicitur eadem
diſciplina vel doctrina: ſed non bene tunc diceretur ea-
dem diſpoſitio. vide, quod ſcripſi de ſimonia. nemo. ſu-
per vltima glo. ¶ Prima glo. dicit, vnde ſumpta, & ponit
exempla in vtroque dicto. Secundo ponit quatuor caſus,
quibus fallit regula. ¶ In prima glo. ibi [ſecundum natu-
ram] eſt commoda cuiuſque rei eum ſequi, quem ſequun-
tur incommoda. & ibi [id quod poteſt] ſicut poſt perfe-
ctam venditionem emptori accedit commodum rei ven-
ditæ, ſic & incommodum. & ibi [cum dos filiæ] poſt da-
tam dotem a patre filia paciſcendo meliorem conditionẽ
patris facere poteſt, deteriorem non. & ibi [licet] per pa-
ctum diuiſionis hæredum actio creditoris non mutatur,
ipſi tamẽ ex ſtipulatu vel præſcriptis verbis teneretur ad
pacta implenda. ¶ In prima glo. ibi, ſ. eodem. idem ſup.
eodem lib. de elect. cum non deceat. & ibi [id quod] poſt,
niſi ſicut poſt perfectam vẽditionem emptori cõmodum
accedit rei venditæ, ſic & incommodum. Item ſicut dimi-
nuta parte hæredis ſcripti per contrata. diminuitur onus
legatorum: ſic ea aucta, augetur. ff. de vulg. & pupil. l. & cõ-
tra tabulas. & de leg. 3. l. fin. & ib. [ob lucrum] vide, quod
no. ff. de neg. geſt. l. ſi negotia abſentis.

QVAESTIO.

Hæc regula facit ad quæſtionem de familia mon. pri-
3 uilegiati † in hoc, quod tempore interdicti abbas & con-
uẽtus familiares ſuos poſſint admittere ad diuina: quod
etiam familiares poſt priuilegium recepti poſſint admit-
ti: vt ſentiant commodum qui ſentiunt onus, per hanc
regulam. Vltra id allegantur quatuor ad hanc partem:
totidem ad contrariam. datur ſolutio diſtinguens, & cõ-
trarijs reſpondetur. Aegi. ergo Cremon. qui hanc quæ-
ſtionem diſputauit, allegabat ad hanc partem, quod pri-
uilegium indeterminate loquebatur, non diſtinguẽdo fu-
turos familiares a præſentibus, ſic ergo indeterminate ſu-
matur. 55. diſtinctio. ſi euangelica. ſecunda quæſtio. 5.
conſuluiſti. 31. quæſtio. 1. quod ſi. cum concor. in his. de
hoc. & de coniug. lep. quoniam. maxime: quia latiſſime
interpretamur beneficia. de do. cum dilectus. in fine. &
latius quam contractus: vt ibi, tamen in contractib. ver-
bum indefinitum reſpicit futura. Vnde grege obligato,
veniunt etiam poſt nata in obligatione. ff. de pig. l. grege.
C. quæ res pi. ob. poſ. l. fin. ſic & pactum de non officiẽdo
luminibus, etiam futura luminaria comprehendit. ff. de
ſerui. vrba. præd. ſi ſeruitus. Idem in edicto. quod quiſ-
que iur. quod quia pœnale, fortius reſtringendum; & ta-
men trahitur ad futura. ff. quod quiſque iur. l. 3. §. illud. Se-
cundo, non poteſt dici hoc priuilegium perſonale, ſed rea-
le, quod conceſſum eſt monaſterio, vel perſonis propter
locum. facit ff. de reb. du. l. cuilibet. & no. de teſta. requiſi-
ſti. & 12. q. 3. pontifices. vnde & familiares, qui nunc sũt,
videntur eſſe, qui olim erant. 7. quæſt. 1. denique. ff. de iu-
di. proponebatur. & probatur optime. ff. de cen. l. forma.
§. quamquam. Tertio, videtur caſus dec. quia cura. de
priuileg. facit quod no. eodem ti. cum capella. 16. q. 1. fra-
ter. Item bene facit. ff. de lib. le. l. vlti. §. Caio. vbi ſi teſta-
tor mihi legauit, quod debebam, quod poſt diem teſta-
menti accedit debito, legatum intelligitur, facit ad idem.
ff. de fundo inſtruct. & inſtru. l. ſi mancipia. vbi legato
fundo cum mancipijs, cedunt legato mancipia, quæ poſt
teſtamentum colendi fundi cauſa ibi teſtator induxit.
Quarto, pro hac parte multum facit abſurditas inſurgẽs
ex contrario, ſecundum quod mortuis familiaribus exi-
ſtentibus tempore datæ extinctum eſſet priuilegium. con-
tra id. ſup. eod. decet. cum concordan. & 25. quæſtio. 2.
cap. 1. & 2. In contrarium facit euitatio infinitatis, quæ
4 poſſet incidere ſic omnes admittendo. ad illam † autem
vitandam intendunt iura. ſup. eo. li. de reſcrip. cum in mul-
tis. vbi vide concordan. Secundo ſi vendo tibi fundum,
exceptis lapidicinijs, intelligitur de tunc apparentibus,
non poſt. ff. de contrahen. emp. l. in lege. & ibi no. in gl. fi.
infinitatem, vel innumerabilitatẽ vitandam, ſic & hic, ad
idem. ff. de au. & argen. lega. l. ſi ita. & l. medico. ſuo. vbi ſi
teſtator legat argentũ ſuum, vel veſtem ſuam intelligitur
de his, quæ ſua erant tpe teſtĩ, non de poſtea acquiſitis.

Digitized by Google

ad idem ff. de leg. 3. vxo. §. 1. & l. cum quis. in fine. vbi in legato facto vxori de donatis, vel eius vſibus comparatis, non intelligitur de donatis vel comparatis poſt teſtamentum. Item ſi ſtipulor quicquid te dare, vel facere oportet, non includitur, niſi quod ea die debetur. ff. de verborum oblig. cum ſtipulamur. & l. ſi a colono, & eſt ſi. ff. de dam. infecto. l. damni. §. ſi is. Tertio, ſequeretur ex contra-
5 rio abſurdum, quod daretur † priuilegium his, quæ in rerum natura non ſunt, contra decreta. de eccle. ædi. ad audientiam. 2. & quæ ibi no. Quarto, id priuilegium eſt contra ius commune, & tendit ad deſtructionem cenſuræ eccleſiaſticæ, ergo reſtringendum. de priui. vt priuilegium.
6 ¶ So. aut noui familiares in loco † primorum deficientium vel recedentium ſunt aſſumpti poſt datam priuilegij, aut ſunt adiuncti primis adhuc manentibus. Primo caſu putat illos gaudere priuilegio cum videantur illi ijdem, nec priuilegium ſit ſimpliciter perſonale, ut prædixi. inducit ff. de mino. l. minor autem. §. non ſolum. & l. ſequen. vbi patet, quod priuilegium perſonæ conceſſum: ſi tamen potius propter rem datum ſit, ad ſucceſſorem tranſit: ſic & res, quæ ſuccedit in locum alterius illius iur. & priuilegij cenſetur. ſupra vt lite penden. eccleſia ſanctæ Mariæ. cum concord. 2. glo. Secundo caſu ſubdiſtinguitur. aut adiunctio facta eſt ex iuſta cauſa, aut ex nuda voluntate. primo caſu, ut quia auctum eſt collegium monachorum, & auctæ ſunt facultates, ita quod maior familia neceſſaria eſt; tunc admiſſi gaudebunt priuilegio, per inducta pro hac parte. facit de conſtitutio. cum M. & quod ſcripſi, de cenſib. quanto. ſuper ver. menſuram. ſed ſecundo caſu non gaudebunt, ne cenſura eneruetur, vt in fine dixi. & quia fictio & falſa cauſa reprobatur in talibus. ſupra titu. proximo. eo. l. c. ultimo. facit de priuilegijs. tuarum. & cap. cum & plantare. §. de confratribus. ad hoc de decimis. ſuggeſtum. cum gloſſa prima. in fine. Ad iura, quæ uidentur obſtare ei, quod dictum eſt, priuilegium locum habere in his, qui rationabiliter ſunt aſſumpti. reſpondeo, quod procedunt in teſtamentis & contractib. quo-
7 rum tempus regulariter inſpicitur, præcipue, vbi apponitur pronomen. meum, vel tuum, vel ſuum. & ſi qua videntur contraria, ſoluuntur in l. ſi ita. & l. fin. C. quæ res pigno. obliga. poſſunt. uide, quod ſcripſi de iureiurãdo. c. penul. Nec obſtat l. ſi mancipia. de fundo inſtructo. quia prius dixerat fundum cum inſtrumento, adijciens cum mancipiis, ut ibi no. nec l. ff. de pecu. l. ei quoque. nõ enim dicit, quod legato peculio debeatur futurum, ſed quod legari poteſt futurum peculium. Vel aliud eſſet facere peculium indeterminate, & aliud cum pronomine ſuum, vel meũ.
8 In hoc autem † priuilegio pronomen, ſuos, non impedit futuros: quia priuilegium erat reale. & propter eos datũ, quibus conceditur: vt admittantur. Item, propter mentem uerisimilem concedentis, per quam cum debeat eſse perpetuum, oportet pronomen ſuos, contra propriam ſignificationem, quæ ſe habet ad nunc, trahi ad tũc, ut coaptetur ei, cui annectitur, ideſt perpetuitati, hoc probatur ff. loca. ſi uno. alias eſt §. ſub. l. ex conducto. ff. pro ſo. ſi adijciatur. cum concor. vide, quod ſcripſi ſup. eod. priuilegium. ſuper prima glo. quod ſatis facit ad quæſtionem.

SVMMARIVM.

1 *Tacens videtur conſentire.*
2 *Epiſcopo prohibente alienationem rerum eccleſiaſticarum per clericos ſine ſua venia & conſenſu pœna indicta, ſi capitulum præmiſſo tractatu ipſi epiſcopo aliquid vendat ſine alia licentia. an locus ſit pœnæ & numero. 4. 6. 8. 9. 11. 12. & 15.*
3 *Locus a minore.*
5 *Licentia, verb. quomodo accipiendum.*
7 *Facto ſuo a iure improbato an poſſit quis contrauenire, & conſilium mutare. & nu. 14.*
10 *Locutio generalis includit perſonam loquentem, & indefinitum verbum omnia comprehendit.*
13 *Contrahere cum aliquo ſępe quis prohibetur ratione officij.*

REGVLA XLIII.

1 Qui tacet. † Vt dicit Ioan. mona. ad hanc regulam facit, ff. eo. ti. ſemper qui nõ prohibet. & facit ſup. de exceſſib. præla. ex literis. & ſi. de fer. l. prima. ¶ Prima gl. ponit exẽpla. Secunda 7. effectus taciturnitatis, & remittit. ¶ In prima glo. ibi [nonne] iſta decret. melius adaptatur ad exceptionem proximam: is, qui tacet. quæ loquitur de cõfeſſione & negatione. iſta uero de conſenſu. & vide, quod ibi dixi in princip. ad hanc autem regulam bene competit exemplum decre. ſecundæ. ſupra eodem lib. de accuſatio. vbi taciturnitas illius, contra quem inquiritur, inducit conſenſum. Dyn. etiam ponebat exemplum in patre, quo præſente filius creatur decurio. ff. ad municipa. l. quocunque. de decurio. l. honores. §. 1. patet in fideiuſſore nominato per tutorem, qui patitur nomen ſuum in actis deſcribi. ff. de fideiuſſo. l. quarta. §. fin. iſtos autem caſus excipimus propter fauorem reipublicæ, & pupillorum, a ſolutione, quæ datur in regula, is qui tacet. & ibi, dixi ſuper glo. & facit hæc regula ad quæſtiones, quas poſui ſuper illa.

QVAESTIO.

2 Hic notandum, quod ſi tacens † conſentit, fortius aliquid agens, quod ſonet in conſenſum, & ſic facit regula ad quæſtionem hic diſputatam per D. Guidonem epiſcopum Mutin. quam prolixam decurtabo. Quærebatur enim, ſi conſtitutio epiſcopi Bon. præcipit, nullam alienationem immobilium rerum eccleſiarum fieri per clericos ſine licentia epiſcopi, vitians contractum, & addens pœnam arbitrariam, & capitulum Bonon. præmiſſo tractatu ipſi epiſcopo uendat aliquas terrulas ſine alia licentia, an locus ſit pœnis ſtatuti? Pro canonicis inducit tria prægnantia. Secundo contra eos alia tria primis contra reſpondentia. Tertio ſoluit contra epiſcopum per locum a minore. Primo, probabitur conſtitutionem hoc caſu locum non habere ratione triplici: ſcilicet ipſius rei venditæ, & ementis, & vendentis. Ad primum, ſi ſtatutum deuiat a iure communi, in dubio interpretationem recipit ſecundum ius commune. patet hoc, de conſtitutioni. ex literis. & procedit hoc etiam, ſi ſit iuratũ, ut ibi. Ad idem, de iureiuran. ad noſtram. 3. de verborum ſignificatio. ſuper quibuſdam. ſed de iur. terrulæ ſine ſolennitate alienantur, & per epiſcopum ſine capitulo 12. quæſt. 2. terrulas. & uide, quod no. eadem q. abbatibus. facit eadem q. bonæ rei. de dona. cęterum. de teſtamen. relatum. §. licet autem. de re igitur modica non debet intelligi ſtatutum, ſed de his, quæ ſine ſolennitate nõ licet alienari. 12. q. 2. ſine exceptione. de his, quæ fiunt a præla. c. primo. & c. tua. concord. & opinio, quæ habet, caſus licitos alienationis non includi in pacto appoſito in traditione de re non alienanda, quos vide no. 10. quęſt. ſecunda. hoc ius. & de condi. appoſi. uerum. in ultima gl. Secundo probatur idẽ ex perſona ementis. quæ in generali ſermone comprehendi non debet. de iureiuran. petitio. & quod ibi nota. 22. q. 5. de forma. ff. loc. qui inſulam. §. ſi. C. de ſol. inquiſitio. maxime quia nec talis videt̃ fuiſſe ſtatuentis intentio, ad quam recurrendum eſt. de procu. petitio. de decimis. ex multiplici. deficit etiam ratio conſtitutionis, quæ eſt, vt eps prouideat contra diſpendia eccleſiarum, quarum, & clericorum patet 48. di. quorũ uices. 16. di. in ſcripturis. Imo, ſi diceretur de ſe intellexiſſe, inanis eſſet prouiſio, cũ in ſua ptãte foret cõſentire & dare licentiã, & pro rato
3 nullus põt ſibi imperare. ff. de arbi. l. pe. Tertio dr † idẽ ex perſonis

perſonis uendentium. poſito enim non comprehendi epiſcopũ, qui eſt caput, ſequeretur non comprehẽdi ſuos canonicos, qui ſunt membra. de his, quæ fiunt a prælato. nouit. 7.q.1. ſcire. ad hoc faciunt. 12. di. c. 1. & prima quæſtion. tertia. ſi quis epiſcopus. quod no. 41. diſti. nullus inuitus. in gl. magna, & procedit hoc, cum propter honorẽ eccleſiæ cathedralis. de præbẽ. quamuis. li. eo. tum propter cõnexitatem, facit ff. quemadmodum ſeruitus amit. ſi cõem. & quod no. de iur. pa. c. vno. eo. li. & vide, quod no. de his, quæ fi. a præla. cum apoſtolica. in gl. Ideo no. quod facit ſatis ad caſum. Concluditur ergo ex his tribus
4 † conſtitutionem in caſu poſito locum non habere, ut ſic pro canonicis fiat benigna interpretatio cõtra epiſcopũ, qui legem debuit apertius dicere, hoc eo l. ti. contra eũ, cum concor. Pro hoc etiam facit, quod ſcripſi de reſti. ſpo. cum veniſſet. ad fin. pro ſolutione contrarij de decr. paſtoralis. de priuil. ¶ Secundũ principale, quod reſpicit regulã, ad defenſionẽ canonicorũ eſt, quod epiſcopus ſic emendo, licentiã dediſſe videtur, cum enim emptio a conſenſu procedat. inſti. de ob. quæ ex con. Epiſcopus emẽdo verbo & facto cõſenſit. de his, quæ fi. a ma. par. ca. ex ore. 63. diſt. Adrianus. de præben. dilecto. de priuil. cũ olim. nã ſi ſubſcriptum teſtẽ eſſe, ſapit conſenſum, propter quẽ etiam quis iuri ſuo renuntiat. de tranſact. ex literis. fortius vbi quis principalis eſt author contractus, vt hic. ſi conſenſerit, licẽtiam dediſſe videtur, cum iura permiſceant iſta duo, de elec. quorundam. 1. reſponſo. li. 6. facit eodem tit. quam ſit. & c. ſi religioſus. cõiuncta cum decr. poſt translationẽ. in prin. de renunci. ad idẽ. 71. di. c. 1. & c. hortamur cõiuncta cum ca. ſi quis epiſcoporum. 16. q. 5. ſicut epiſcopus diſpenſando ſuper pluralitate be
5 neficiorum, dicitur dediſſe † licentiã non reſidendi in altero, vt no. 7. q. 1. ſi quis in clero. de præben. quia in tantũ. Item facit quod no. 10. diſt. ergo. in gl. cum epiſcopus. hoc verbum licentiæ in iur. quandoque ſumitur pro licẽtia generali. 16. q. 1. cunctis. niſi addatur verbum ſpecia
6 li. de elec. fundamenta, & de tempo. ord. 1. Item licet † ancilla contrahente domino ignorante vel contradicente non præiudicetur domino, de coniu. ſer. cap. 1. ſi tamen dominus eam vt liberam tradat libero in vxorem, illam manumiſiſſe cenſetur. in Auth. de nup. §. ſi vero ab initio. fortius ſi cum ea contrahat. ſicut patronus contrahendo cum libera, remittit operas. ff. de ope. lib. liberta. & C. eodem tit. l. libertæ. ad hoc facit quia, vbi requiritur iudicis authoritas inter partes, ſi altera partium iudex eſt, ipſius conſenſus gerit authoritatem iudicis. hoc patet in adoptionibus & emancipationibus. ff. de adop. ſi conſul. & l. ſeq. ad idẽ quod de manumiſſione dicitur. ff. de man. vindic. l. 1. & l. apud filium. ad idem duæ leges coniunctæ. ff. quibus mo. pi. ſi conſenſerit. & eod. ti. l. Titius. ſine conſenſu enim creditoris non vendo rem ſibi obligatam, ſed ſi obligata erat duobus, & illam eis vendo, valet venditio. ad idem, eodem titul. Lucius Titius. vbi vxor cũ viro tradens rem in dotem. renuntiat hypothecæ, quam habebat in illa. Item electus compromiſſarius, conſentiendo electioni, auget numerum, & videtur elegiſſe. de elect. cum in iur. Idem, ſi electus erat conſiliarius. eo ti. tit. cum in veteri. Item, ſicut ſe habet conſtitutio principis ad principem, ſic conſtitutio epiſcopi ad epiſcopum. ſed teſtamentum, quod principis conſcientiam tenet, omnium teſtamentorum ſolennitatem ſuperat. C. de teſta. omnium. ergo &c. Concludimus ergo interpretandum, vt res valeat. de verb. ſignific. abbate. & large in fauorem contractus de dona. cum dilectus. ¶ Tertium principale pro
7 † canonicis eſt probare, quod dato, quod prædicta duo ceſſarent, non poſſit epiſcopus venire contra cõtractum, nec canonicos punire. Primo, per dec. veniens. de tranſa. vbi quo ad tranſigẽtem ualet contractus, licet non interuenerit ſuperioris authoritas, quæ requirebatur. & regulariter non licet alicui venire contra factum ſuum improbatum a iur. de fil. preſ. veniens. de cleri. coniug. diuertit. nec mutare conſilium. hoc eodem tit. mutare. & in regula, quod ſemel. & ſi dicatur hoc ſibere, cum agitur de reuocatione rerum alienatarum ab eccleſia. 35. qu. 9. quod quis. & no. in c. diuerſis. reſpondetur, illud procedere, cũ reuocat alienas, ſed hic reuocare vult emens, qui emere non prohibetur ſine conſenſu epi, ſed vendere. vide quod circa hoc dicam in parte 2. circa finem. Item, quod condẽ
8 nare non poſſit, probatur, † abſurdum eſt ex eodem facto vnum reportare commodum, & alterum incommodum. 32. q. 6. nihil iniquius. de adult. c. pe. & vlt. & de hoc de excep. dilecti. ſed hoc eueniret epiſcopo rehabente pretium & canonicorum pęnam imburſando. de off. ord. dilectus. ergo &c. nam iſtos par facinus inquinat. & c. 15. q. 3. ſane. nec fieri debet epiſcopi conditio melior delinquẽdo. 16. q. 1. legi. de præben. eum, qui. li. eodem. & ſi delinquerunt canonici, adiuuit epiſcopus ad peccandum. 2. q. 1. votum. excipient ergo canonici, quod pari crimine infectus illos iudicare non debet. 3. quæſt. 7. qui ſine. & c. poſtulatus. & c. iudicet. & facit, quod no. accuſ. C. de li. cau. ſi filium. & ſi dicatur illum exceptione criminis repelli non poſſe, ſaltem eius authoritas illos excuſare debet. 7. q. 1. eum, qui. vbi de hoc. 63. diſtin. Salonitanæ. 18. diſt. diaconi. per quæ concluditur, illos per epiſcopum puniri non poſſe. ¶ In contrarium correſpondendo prædictis, quòd conſtitutio comprehendat caſum ratione rei, probatur ſic. Noua lex
9 pertinere † non videtur ad caſus prouiſos. ff. de pęnis. ſanctio legum. In magnis autem rebus prouiſum eſt a iur. intelligatur ergo conſtitutio de paruis, ꝙ etiam no. uniuerſale negatiuum. ibi, nullam alienationem &c. facit 30. diſt. c. 1. de decimis. ad audientiam. cum concor. & ſi dicatur reduci ad ius commune, non ob. cum etiam terrulas minores prælati ſine conſenſu epiſcopi non alienarent. 12. q. 2. abbatibus. vbi hoc tenet Arch. & facit 17. q. 4. in venditionibus. licet ſine conſenſu capituli id poſſit epiſcopus,
10 vt in c. terrulas. Quod comprehendat † etiam ratione perſonæ ementis, patet, quia in generali ſermone includitur perſona loquentis. ar. 23. quæſt. 5. ſi non licet. vbi de hoc. ff. de pig. Paulus. & vbi no. in decre. petitio. de iur. Cõtraria ſunt ſpecialia. datur ergo, ꝙ pro hac parte ſtat regula, quod patet etiam, quia hæc pars conuenit propriæ ſignificationi verborum, a qua recedere non debemus, niſi ex cauſa. 22. q. 1. is autem. de ſpon. ex literis. generale autem vel indefinitum verbum de ſe omnia comprehẽdit, de priui. quia circa. cum concor. Eps ergo ſtatuens in generali ſermone, ſeipſum includit, ne quod alijs prohibet, ſibi liceat. 20. diſt. iuſtum. imo id facere non debet, a quo alios prohibet. de na. ex li. ven. c. vno. Item de vendẽtibus cano
11 nicis patet quod † canonici cathedralis eccleſiæ bene intelliguntur nomine clericorum, de verb. ſignifi. cum tibi. de priuileg. per exceptionem. lib. 6. ſicut ipſa cathedralis mater continetur nomine eccleſiarum. de verbor. ſignifi. cum cleri. licet in materia beneficiali, & odioſa ſit ſecus. de præben. quamuis lib. eo. Secundo, quod emendo
12 non videatur dediſſe licentiam, patet, † quia alius eſt authorizabilis conſenſus, quem debet præbere prælatus, a conſenſu contrahentium, quia primus debet præberi cã cognita & approbata. 10. q. 2. caſellas. uer. quod ſi neceſſitas. quod hic non fuit ſimpliciter contrahendo. & cõſtat, quod contraxit, vt quiuis alius, & venient argumẽta, de tanquam. de ele. cum inter canonicos. & c. cum vniuerſitas. Et ſi dicas, quod ſaltem tacite conſenſiſſe videatur, reſpondetur, hic requiri licentiam & cõſenſum. nec de iur. ſufficit tacitus in perpetuis alienationibus, de his, quæ fi. a præ. c. 2. ſed requiritur expreſſus & ſubſcriptio. eo. tit. c. 1. 12. quæſt. 2. ſine. 96. diſt. bene quidem. Tertio, poſito, quod dicatur, epiſcopum contrahendo conſenſum vel licentiam dediſſe, ita quod conſtitutioni locus non ſit, iur. tamen communi vitiaretur contractus, quia in facto ſuo epiſcopus authorizare non potuit. ſufficiat hodie clemen.

de reb.

Digitized by Google

de reb. eccle. non alie. ſi vna. & vide quod ibi no. debuit
ergo ſuperior adiri in hoc contractu, ſicut & aditur in iu
dicijs inter prælatum, & capitulum, vt no. de reſcri. edo-
ceri. & 5. q. 3. c. vlti. & in iudicijs quaſi contrahimus. ff.
13 de pecul. licet. §. ſed ſi filius. Præterea, frequenter † vide-
mus, qđ ratione officij prohibetur quis contrahere, vt iu
dex cum ſubdito, C. de contra. iud. l. prima. ff. de contrahē
da emptione. item œconomus. cui vel cuius cognatis res
eccleſiæ vendi non poteſt. C. de ſacroſanc. & aut. quibuſ
cunque. 10. q. 2. hic vſus, nec aduocatus cum clientulo.
3. q. 7. ſi quis a Deo. & C. de poſtu. l. quiſquis. Idem in me
dico quo ad infirmū. C. de varijs & extraor. cog. l. medi-
cus. & tutor cū pupilla. C. de interdic. ma. l. ſi tutor. & fa-
cit. 7. queſ. 1. conſtitutum. & quod ibi no. ſic in propoſito.
14 ¶ Quod poſſit punire † canonicos, videtur, quia quoties
factū improbatur a iure, licitum eſt alicui venire contra
factum ſuū. 6. di. pœnitentes. & de hoc de elect. noſtri. &
potiſſime cum agitur de rebus eccleſiæ male alienatis re
uocandis. Non obſt. quod dixi ſupra ante finem primæ
partis, quia hic epiſcopus non impugnat contractum vt
emptor, ſed vt epiſcopus, cuius licētia nō fuit habita, qđ
facere poteſt inuitis vēdentibus. 12. qō. 2. ſi qua de rebus
& c. precariæ. nec venit contra factum ſuum, quia hic fa
cit vt alius. Contraxit enim vt priuatus, & reuocat vt epi
ſcopus. 3. q. 7. ſi contra partem. & facit, quod no. Hoſt.
de præſump. literas. & vide quod ibi ſcripſi ſuper prima
gl. de delegato, qui reuocat ſententiam, quam tulit vt ar-
bi. Itē ipſe contrahendo non eſt tranſgreſſus conſtitutio-
nē, quæ ipſum non ligabat, nec ligare poterat, vt ſupra di
xi. Non eſt autem nouum, quod in eodē facto duorum v-
nus ſolus peccet. 32. q. 1. propoſito. Et ſi dicas deliquit.
hoc non repellit a iudicando ordinarium toleratum. 8.
q. 4. nonne. nec eſt verum, quia mulctando canonicos. fit
melior conditio epiſcopi, quia pœnam illam imburſare
non debet, vt no. de pœn. presbyteri. & vide quod ibi di-
15 xi. ¶ Soluendo dixit Guido, epiſcopum non † audiendū,
& pœnis ſtatutis locum nō eſſe, quia ſi dicit contractum
non tenere ex iuribus conſtitutionis, contrahendo cōſen
ſiſſe, & licentiam dediſſe dicetur, per iura prima. nec di-
catur de authorizatione in facto proprio, hoc non eſt cu
randum, vbi de conſtitutione tantum quæritur, quæ non
lędebatur data licentia, qualitercunque verbo vel facto,
expreſſe vel tacite, in ſcriptis vel ſine. facit ad iſta cle. de
cōceſ. præ. c. vno. ver. & etiam. Si vero ex viribus iur. cōis
dicat contractum non tenere, hoc non procedit, quia ſe-
cundum no. 12. q. 2. abbatib. inferiores in minutis non
habent neceſſe habere conſenſum epiſcopi. Et ſi dicere-
tur contraria opinio verior, adhuc venditio epiſcopo fie
ri potuit. Nō ob. quod dicitur, in facto ſuo authorizare
non poteſt, quia capitulum, 17. quæſtio. 4. & quod notat
Io. in §. ibi precedenti, loquitur, quando prælatus contra
hit cū alijs eccleſijs, non cum eccleſia cathedrali, & ſic ēt
loquatur de re. ecc. non alie. ſi vna. & vide, quod ibi no.
in gl. antepe. ad diſtinctionem facit, de teſta. requiſiſti. ad
fi. & eſt ſimile, quod ſcripſi de probatio. ex litteris. ſuper
ver. egreſſus. quomodo aliud, quando canonicus agit ſu
per prædio præbendæ, contra canonicum, aliud quando
contra extraneum.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegia ſingulorum legem communem an faciant.*
2 *Præſentandi ius an poſſidere & præſcribere poſſint parochiani, & populus in ſua eccleſia. & nu. 8.*
3 *Parochiani ius ne præſentandi pręſcribat ſine præſcriptione patronatus. & nu. 8.*
4 *Epiſcopus qui non eſt, an aliqua, quæ ad ſolos epiſcopos de iure ſpectant præſcribat.*
5 *Epiſcopi in primitiua eccleſia ad regenda loca tranſmiſſi, omnia prouidebant.*
6 *Patroni ſecundum iura antiqua nil iuris habuiſſe videntur in ipſis eccleſiis.*
7 *Eccleſię ordinatio olim ſolius intererat epiſcopi.*
8 *Proceſſio patroni quid ſit, & quomodo intelligatur.*
9 *Patroni vnde patronatus gaudeant iure.*
10 *Quod neſcitur, non eſſe dicitur.*

REGVLA LXXIIII.

Quod alicui gratioſe.

Hic ſoluit cō-
trarium de le.
1. ad fi. de no.
ce. compo. ſecundum Dyn. qui hoc ponit, quod ibi no. &
ſup. de priui. ſane. ¶ In prima gl. bene facit. 26. q. 2. non
1 exemplum. vbi dicit † textus, quod priuilegia ſingulorū
ſecundū Io. nō faciunt legem communē. ¶ Prima gl. re-
mittit pro exemplis, & pro materia, & dat concordātias.
¶ In gl. prima ibi [exempla] Dyn. ponit exemplum, ſi
concedatur alicui, quod ſubire nō teneatur munera pu-
blica, forſan quia in re proſpera virtuoſe ſe habuit, in a-
lijs ius commune ſeruabitur, all. ff. de conſt. princ. l. 2. ver
ſic. plane ex his. & C. de decu. l. neque Dorotheum. & l.
nullus. li. 10. & C. de epiſc. & cler. quoniam. idem dicas in
priuilegio decimarum, de quo ſupra de decre. ex parte.

QVAESTIO.

Hæc regula, vel ipſius ratio fundat opinionē, quæ ha-
bet, parochianos non poſſe præſcribere præſentationem
rectoris, ſiue parochialis eccleſię, cum illud ſit ſolis patro
nis gratioſe conceſſum per nullum alium laicum vſurpan
dum, ideo hanc quæſtionem hic proſequar. Primo ponē
do gloſſam, quā poſui. de elec. querelam. Secundo ponam
motiuū meū, & formā cuiuſdam ſententię papalis. Tertio
tollam reſponſionē quæ fit ad decr. querelam. Quarto for
tificando ſolutionem meam quinque æquitatibus. Quin
to tollā tria, quæ fundant opi. contrariā. Sexto reſponde-
bo ad duas gl. vnā etiā decr. inducēs. Septimo oſtendam
ſolutio. meam veriſſimam per locum a minori. ¶ Primo
ſciendum me ſic ſcripſiſſe in decre. querelā. de elec. ſuper
ver. populus. per hanc literā tenebat dominus meus Mar
2 celinus nomine, qꝫ parochiani, † vel populus poſſidere &
præſcribere poſſunt ius præſentandi in ſua parochiali ec-
cleſia, facit. 16. q. 1. ſic viue & c. ſi quis monachus. in fi. &
qđ ibi no. Hug. & quod no. 63. diſt. in ſum. & c. Reatina.
& quod no. Inno. infra eo. ſi quis. vbi vide ſuper ver. abu
ſum. & Cōp. de reſcri. c. vbi dixi poſt gl. in ver. quæri pōt.
vbi in hoc patronos & parochianos ęquiparat, per eundē
modum inducitur q. 30. Io. de Deo, quæ fundatur ſuper
præſentatione populi. Ad idem ſupra eo. generali. lib. 6.
dominus Io. de monte Murlo diſputando terminauit hic
contrarium, reſpondens ad hanc dec. qꝫ hic populus poſ
ſidebat patronatum non actū præſentandi, tantum, pro-
bans id per verſiculū, ſalua, qui ſequitur, & hoc etiam te-
net Arc. qui pleniſſime de hoc no. 71. di. hortamur. cum
concor. quod no. infra eo. ſacroſan. & vide, quod dicā de
excep. cum venerabilis. ad fi. in gl. no. quam primam ſe-
quor, quod hic nō proſequor & c. & hoc remitto, non di-
ſpliceat illa iteratio, quæ decurtationi dicendorum da-
bit auxilium, qua etiam de cauſa quæ allegat Archi. ad
hanc partem, hic non repetam, & quia, vt dicit Hieroni-
mus ſuper Ieremiam, naturale eſt, vt quis genitale dili-
gat ſolum, & nil habeat dulcius patria, huius patriæ con-
ſuetudinem & mei magiſtri opinionem defendam, iur.
conſultū Caſſium imitando, de quo ff. de arbitris. dicere
autē. §. 1. propter quæ duo, & tertium, quod dicam in fi.
excuſetur auſtera locutio, quam ſubmittam. ¶ Eſt āt præ
ſciendū, qđ tempore Nicolai quarti quęſtio fuit in curia
cōtra præſentatos a populo ſanctæ Cæciliæ de Florentia,
cum dioc. præſentationem ipſam noluiſſet admittere, ap
pellauit ad papam, & fuit ſententia lata pro ipſo epiſco-
po, quam papa confirmauit inſerto tenore ſententiæ, &
confirmationis executores dedit, quas literas penes me
habeo inſinuatas, quarum verba reſpiciētia propoſitum
ſunt hæc. ¶ Nicolaus & c. dilecto filio. C. presbitero &
rector

Digitized by Google

rectori eccleſiæ ſanctæ Ceciliæ Floren.ſalutem . Ea quæ
in iudicium &c.sanè petitio tua nobis exhibita contine-
bat,quod cum tunc ad eccleſiam ſanctæ Ceciliæ Floren.
tunc vacantem per mortē &c.a parochianis ipſius eccle-
ſiæ,ad quos de antiqua & approbata , & hactenus pacifi
cę obſeruata conſuetudine pręſentatio ad eandem eccle-
ſiam,cum vacare cōtingit,pertinet,vene.fratri noſtro A.
epiſcopo F. fuiſſes canonice pręſentatus.Idem epiſcopus
ad eandem eccleſiam admittere contra iuſtitiam recuſa
uit,propter quod tu ad ſedem Apoſtolicam appellaſti.
narrat demum, quomodo duo auditores ſucceſſiue dati
fuerunt ad cauſam,& quomodo ſecundus pro ipſo tulit
ſententiā , quā confirmat ipſe inſerto tenore, & fuit hoc
apud vrbē veterē pontificatus ſui anno tertio.¶ Ad exe-
cutores ēt facta eadē narratione cōcludit, ꝙ ipſi vel alter
præfatam ſententiā authoritate app.exequantur. Inducē
tes &c.& atteſtor quod in literis illis nil inſeritur , quod
prædictū intellectum immutet. Et licet iſtud ſufficeret ad
robur opinionis illius.de re iud. in cauſis. adhuc tamen
opinionem & ſententiā adiuuabo.¶ Et primo ſi tollatur
reſponſio quæ fit ad decret.querelam.ibi habemus caſū.
& propter reſponſionem illā videre volui antiquam,quæ
tamen non auxit intellectum,dico autem,quod nulla ne
ceſſitas cogit illū verſ.ſalua,id ſonare,quod dicunt , ſed
eſt eius mens,quod cum litera non dicat populum præ-
ſcripſiſſe,ſed ſolū poſſediſſe actum præſentandi ad eccl'iā
ſanctæ Agathæ,quæ ſe dicebat patronā,ſi ita erat, euince
re poterat ex iure pattonatus illū actū præſentandi a poſ
ſeſſore,& tūc eſſet quæſtio ſuper iure patronatus , ex quo
iure ageretur,& quod forſan per populū negatur,cum er
go populus ibi non fuerit in cauſa , licet obtinuerit pro-
pter ſuæ poſſeſſionis cōmodū præſentatus,ab illo ad cau
telam vel conſolationē ſuccūbentiū, papa proteſtatus eſt
quod de ſuo iure patronatus agere poſſent contra popu-
lū,& ſic habemus de quæſtione caſū.itē ſententiā ſupra
ſcriptā.¶ Hoc autem fortificat æquitas,nam & ſi dicatur
contrariā opinionē in laicis nō parochianis procedere,
ceſſat tamen in parochianis,& hoc triplici reſpectu . Pri-
mo,quia participant ex iure parochiali priuationē recto
ris,poſſunt ergo participare creationē,facit de offi. Arc.
ad hoc,in fi.in Auth.de defen.ci.§.non habente.col.3.&
per conuerſum.regula prima.ſupra eod.tit.& ff.e.ti.nihil
tā. Ad primum de ſimo.ſuā.& quod no.de offic.deleg. ve
nerabili.in fin.tertiæ gl.de reb.eccle. non alie. ſi quis. in
glo.pe.& in decre.vt circa.poſt princip.de elect.lib.eod.
Secundo,quia ipſis incumbit ab illo audire diuina & per
cipere ſacramenta,propter quod æquū eſt,quod illorum
propoſito cōgruunt.de poſtul.præ.cap.1.ad fin. & expe-
rientia docet,quod efficacius laborat ad habendum ido
neum,quā illi patroni q parochiani nō ſunt.Tertio, quia
participant dotationē.nam ſicut rector alimentatur ex
datis per patronum,ſic etiam ex obuentionibus, quas a
parochianis recipit,& in quibus conſiſtat,vide quod di-
xi de parochijs,ſuper rubrica,quarū conſideratio habe-
tur etiā interdū in fundatione & dotatione.de ecc. ædifi.
ad audientiā.1.& dixi de con.eccl. cū ſicut.ſuper.1.gl.Et
cōſtat certas eccleſias omni alia dote carere . Quid mirū
ergo ſi ad præſentationis actū poſſidendū & præſcriben-
dū habiles eſſe dicantur abſque eo ꝙ iura vetera hoc per
mittebant eiſdē etiam in eccleſijs collegiatis. 39. diſ. Pe-
trus.47.diſt.de Petro.61.diſt.ſtudij.63.diſt.plebs Aſten-
ſis.& c.Reatina.Itē concluſionē Arch.quæ diſtinguit prę
ſentationem a petitione.dicendo, quod ſimplex petitio
poſſit cōpetere populo.de ſtatu mo.quod Dei timorem.
fateor,cum non poſſidet pręſentationis actū,ſecus in poſ
ſidente,alias tamen petitionē illā ſine vlla poſſeſſione v-
na vetula de parochia facere poſſet.abſurdū eſſet nō plus
dare præſcribenti,quā illi,& non plus toti parochiæ, quā
vni parochiano.Item aduertendum,quod hi,qui tenent
opin.contrariam,concedunt,quod parochiani bene poſ-

ſunt præſcribere patronatum,& tunc licebit eis præſenta
re,& ſic vitiant regulas.Qui poteſt totum & partem. de
off.del.paſtoralis.§.1.cū concor.& cui licet plus & minus.
ſupra eo.cui licet.concedunt enim,quod honorem pro-
ceſſionis & ius alimentorū in caſu inopiæ vna cū actu p-
ſentationis præſcribere poſſint,ſed tertium ſolū non . Cū
tamen ex his tribus coniunctis & potiſſime ex ſecundo
plus grauetur eccleſia. Ex hoc patet,quod illi rigori mul-
tum reſiſtit æquitas,& ſi opponatur,hæc quandoque cō
tingere,vt in exēplis,quæ poſui de transla.c.fin. ſuper gl.
ſed nonne. Reſpondetur per id,quod no.de verb.ſign.p-
3 pterea.in fi.vlti.gl. ſicut ergo non † canonici præſcribunt
actum electionis prælati ſine præſcriptione canonicatus.
de electio.cumana.da cauſa poſſeſ.cum eccleſia. ſic & pa
rochiani ſine præſcriptione patronatus præſcribant ius
præſentandi,quaſi ad id habiles per rationes proxime di
4 ctas,ſic & ſine † pręſcriptione epiſcopatus non epiſcopus
præſcribit aliqua quæ de iur.ad ſolos epiſcopos perti-
nent.de præſcriptio.auditis.& c.cum olim. ¶ Reſtat tol-
lere tria,ſuper quibus fundat Arch. opi.contrariā,quam
tanta operoſitate vſus eſt perſuadēdi,quanta falſitas in-
diget,vt vera videatur,vt Hiero.ad Marcellam.11.¶ Pri
mū eſt,quia dicit liberā inſtitutionē ſacerdotū de iure ad
epiſcopum pertinere,alleg.6.iura.ſcilicet 10.q.1.c.1.16.
q.7.nullus omnino.de offi. Arch.cum ſatis.de capel.mō.
c.1.vbi dicit expreſſum.de hæretici.cū ex iniuncto.in fi.
de reli.do.de xenodoch.Huic dicto reſiſto, & dico nullū
de capitulis allegatis probare id,ad quod inducitur. Pri-
mum dicit quod patronus non eximit eccleſiā a lege dię-
ceſana.Secundum,quod nō eximit dotē a poteſtate epi-
ſcopi. Tertium & quartum dicunt, ꝙ epiſcoporum non
inferiorum eſt committere curam animarum , coniungo
ſextum,quo dicitur, ꝙ epiſcoporum eſt inſtituere & deſti
tuere.hæc duo conſiteor, quod curam animarū commit
tunt , & inſtituunt præſentationes a patronis.de inſtit.c.
1.lib.eo. ſed nullo illorum iuriū probatur, quod habeant
liberam inſtitutionem, vt libere quem volunt inſtituant,
alias ſequeretur,cum illa capitula non diſtinguant quod
etiam in collegiatis eccleſijs libere inſtitueret epiſcopus
quem vellet,contra decre.primam,de ele.& e.tit.poſtq̃.
5 licet fatear,quod † in primitiua eccleſia epiſcopi ad regē-
da loca tranſmiſſi omnia prouidebant.& ſic intelligitur,
quod no.de elect.quamquam.li.eodem,ante mediū ma-
gnę gl.vt ſuper ea ſcripſi.Item ſi decre.cum ex iniūcto.in-
telligeretur de libera inſtōne , ergo & libere deſtitueret ,
quod eſt falſum.16.q.7.inuentum.cum cōcor. Vltimum
vero capitulum dicit,epiſcopos debere eſſe ſolicitos,vt in
hoſpitalibus ſeruetur hoſpitalitas. Reſpondeo ad capitu-
lum primum.de capel.mo.vbi dicit expreſſum,certe,non
ſic aſſeruiſſet,ſi ponderaſſet ibi textum per conſilium mo
nachorum.& decre.vnicam.eo.ti.li.eo. per quā patet in-
tellectus illius.¶ Secundum,ſuper quo fundat opi. illā eſt
ex c.nouerunt.10.q.1.per quod dicit Archi.inducens gl.
6 c.piæ mentis.16.q.7. patronos. † ſecundum antiqua tpa
nil iur.in ipſis eccleſijs habuiſſe, ſed ipſæ eccleſiæ ad ordi
nationē epiſcopi pertinebant. ꝙ fuit poſt modū immuta
tum & gratioſe conceſſum, ꝙ haberent præſentationē re-
ctoris.16.q.7.decernimus. Hoc eſt patenter falſū,quod
patet ex eo, quia illa duo capitula nouerunt , & decerni-
mus.ſimul manarunt in quarto concilio Toletano , vt ex
ipſorum ſubſcriptionibus patet, per quod capitulum,de
cernimus.ibi,offerant epiſcopos ordinandos.oſtenditur,
qualiter intelligatur litera illa ad ordinationē epiſcopi ,
quam ponit capitulum.nouerint. quia ſcilicet ordinabit
a patrono oblatum.i.præſentatum . Fateor ergo, quod
nec olim,nec hodie habuit,vel habet patronus dominiū
eccleſiæ , vel ſuæ dotis,vt in c.nouerint . præſentationem
vero & alia iura tunc habuit,ſicut nūc, vt in c. decerni-
7 mus.alia capitula dicunt,quod non habet niſi † proceſſio
nē,ponitur illa proceſſio pro patronatu.vt no.in c.pię mē
tis.

Digitized by Google

ris. ¶ Tertium ſuper quo fundatur illa opinio, eſt, quod
laici patroni de gratia ſuſtinentur in hoc iure. 16. q. 5. ca.
1. de iur. pa. q̃m. quod eſt etiam annexum ſpiritualitati, a-
lias ergo laicus non patronus illius iuris non eſt capax. &
exaltat vocem in hoc. per. c. ſane. de priui. ad quod cõcor.
hæc regula. De hoc dicto ſatis miror, ſicut enim non con-
cludit hæc propoſitio. Rem alienã vſurpare nõ poſſum, er-
go nec preſcribere, ita nec ſequitur, ſi quid per priuilegiũ
eſt alicui conceſſum, per alium vſurpari non poteſt, ergo
nec præſcribi, cum certum ſit, ꝙ contra priuilegia preſcri
bitur. de priui. accedentibus. & c. ſi de terra. & facilius quã
contra ius cõe, vt no. de præſcriptioni. ca. 1. lib. eo. circa fi.
magnæ gl. & dixi de off. or. conquerente. in gl. per hoc, cir-
ca med. Itẽ conſtat ꝙ qualia certis per priuilegiũ conce-
duntur, talia per alios præſcribuntur. Patet exẽplum in ex
ceptione. de reli. do. cum dilectus. de priuil. cum perſonæ.
lib. eo. in libera receptione ordinum. de præſcrip. veniens,
coniuncto cum ca. cum olim. e. ti. ſic & in ſimilibus, quod
inſeritur de annexione ſpiritualitati non mouet, cum cer
tum ſit hoc ius vt temporale tranſire in hæredes, & per di
uerſos contractus tranſit etiam in extraneos, vt no. de iu-
re patro. cum ſerui. & certum eſt per illos modos laicum
ipſius iur. eſſe capacem, ita ergo erit & iſto, poſſet etiã ad
id, quod de gratia dicitur, reſponderi per dec. cum inter
vniuerſos. de elec. in fi. coniuncta cum decr. poſtquam. eo.
ti. & de poſtu. bonæ. 1. & de reſcrip. nonnulli. in prin. & c.
ſedes. & quod ibi no. in 1. gl. Per hæc autem ſit reſponſum
ad gl. Inn. In decr. cũ uenerabilis. de excep. qui dixit, nul-
lo iure caueri, quod deficiente patrono populus præſen-
tet, concedatur de populo, qui non poſſedit, nec p̃ſcripſit
præſentationis actum. gl. decr. ſacroſanctæ, nõ probat, qđ
aſſerit. & textus ibi a contrario aperte facit contra gl. De-
cre. generali. malis gratibus. Archidia. facit pro opinione
prædicta, nam & ſi concederemus, prout ipſe vult, quod
de patronatu non loquatur, patet tñ ibi, ꝙ antiqua cõſue-
tudo dat laico id, quod de iure non cadit in laicum, & per
hoc ſit reſponſum ad multa ex allegatis, quæ concludunt
8 † laicis nullam poteſtatem in eccleſijs ipſarũque iuribus,
vel bonis conceſſum. Ex prædictis concludo, quod aut cõ
ſtat eccleſiam habere patronos, aut non conſtat. primo ca
ſu, aut parochiani præſentarunt cum patronis, aut ſine, v-
troque caſu proprie præſcribitur contra patronos. de ca-
pel. mona. c. 2. & no. de præſcr. ad audientiam. & ipſorum
patientia † facit parochianos huius iur. poſſeſſores inſtitu
tione ſecunda ad præſentationem ipſorum, iuxta ea quæ
ſatis dixi de reſti. in inte. c. 2. & his caſibus talis patientia
iungatur ad rationes dictas s̃. ver. hoc autem. Si vero non
conſtat, quod poteſt eſſe dupliciter, aut quod cõſtat alios
non eſſe patronos, aut quia neſcitur, & hoc quod neſcitur
30 † dicitur non eſſe. de con. di. 1. ſolennitates. cum certum
ſit, eccleſiam habuiſſe homines fundatores, niſi miracu-
loſe conſtructa fuiſſet. præſumemus eam per populũ fuiſſe
fundatam, potiſſime quia hoc eſt veriſimile, & fieri con-
ſueuit. ſup. eo. inſpicimus. & ſecundum hoc concludam,
quod exercitium vnius actus competentis patrono erat
poſſeſſio patronatus, quod eſt regulare, vbi plures actus
ab aliquo iure dependent. de reli. do. c. 1. & hoc ex quo re
liqui actus non apparent poſſeſſi per alium, nec ius cõmu
ne circa ius illud fundat intentionem alterius, vt ibi dixi,
ſuper glo. pe. & ſic ſoluitur contrarium. de decre. auditis.
de præſcr. vt ibi dixi, ſuper pe. gl. & de capel. mo. dilectus.
vt ibi dixi ſuper vlt. gl. & ſecũdum hoc ſaltem his vltimis
caſibus concedere oportet, tenentes opinionem contra-
riam, cui pro tanto ſic reſtiti curioſe, quia cum dominus
meus, tempore, quo familiaris & conſiliarius ſuus eram,
hanc opinionem ſic vt videbatur plene probatam, & per
ipſius cancellarium maxime factum epiſcopum approba-
tam, iuridicam æſtimans me clamante contrarium hic ſer-
uaret, tandem multorum ciuium nihil ſe lædi putantium,
fuit ab ipſo charitas ſegregata.

S V M M A R I V M.

1 *Faciendum nomine alieno, eundem habet effectum, ac ſi nomine proprio factum eſſet.*
2 *Furioſus, quod non poſſit per ſe quærere per alium quærit.*
3 *Electionis faciendæ qui vocem non habet quauis de cauſa, an poſſit eligere ſi alterius habentis procurator inſtituatur.*
4 *Excommunicatus ad quæ negotia ſit inhabilis in iudicio, & extra iudicium.*
5 *Suſpenſus & irregularis an poſſint eligere.*
6 *Iuriſdictionis quædam ſunt, quæ ſine adminiculo ordinis exerceri non poſſunt.*
7 *Eligere qui non poteſt nomine ſuo, & an idem poterit alieno nomine, & nu. 14.*
8 *Prohibito quopiam, prohibentur & ea quæ id ſequuntur.*
9 *Prætor quos prohibet, in totum prohibet.*
10 *Inferior ſuperiorem iudicare non poteſt.*
11 *Epiſcopus nomine proprio clericos alterius ordinare an poſſit.*
12 *Libertus patronum vocare in iudicium ſuo nomine an poſſit.*
13 *Commiſſio ſpecialis ab homine facta, an plus conferat poteſtatis, quam generalis a lege data poteſtas.*
15 *Pœnæ reſtringendæ potius, quam laxandæ.*
16 *Procuratoris officium onus, non honor.*
17 *Infames procuratores eſſe poſſunt.*

REGVLA LXVII.

Quod aliqui ſuo.

Clement. de regulari. vt profeſſores. dat nouum exemplum huic
regulæ [alieno] ſi dicis, id eſt, per ſubmiſſam perſonam
po. exempla ſecundum Dy. ff. de au. tut. pupillus. §. ſed ſi
per interpoſitam. vbi per ſubmiſſam perſonam non licet
tutori emere rem pupilli. ff de admi. rerum ad ci. perti. l. 2.
§. 1. vbi ſicut non licet decurioni per ſe colere prædia pu-
blica, ita nec per perſonam ſubmiſſam & dicit, quod ad
prædictorum confirmationem venit ff. de contrahẽ. emp.
non licet. C. de hæred. inſti. l. neque. ff. de vſuc. l. Labeo. §. ſi
eum. cum ſimi. ¶ Prima gl. ponit exempla. ſecundo dicit
in maleficijs regulam loqui, alias eius falſitas pateret in
delegato, liberto, & laico. Item locum habet in his quæ
ſunt ordinis. ¶ In glo. 1. ibi [ſi quis id] in fine. Dyn. ponit
per Auth. vt hi qui ob. ſe hab. per. res mi. 4. §. ſi quis. vt ſi-
cut tutor non inquietat pupillum nomine proprio, ita nec
alieno, vt ex iure ceſſo, & ibi [lege quæſitum] ad euitandũ
1 contrarium dicit Dy. regulam loqui, cum faciendum † no
mine alieno eundem habet effectum, quem haberet, ſi fa-
ctum eſſe nomine proprio. & in fi. ſignat etiam Dyn. con-
2 trarium. de l. §. item quærimus. ff. de acqui. poſ. vbi † furio
ſus, qui non poteſt per ſe quærere, quærit per alium. Dyn.
dicit, ꝙ iſtius generalis triplex datur ſolutio. prim. quod
hic regulare, contraria ſpecialia. ſecunda, quod regula in
telligatur de perſona ſubmiſſa, vt dixi in textu, & hęc duo
not. ff. de fur. l. his duobus. tertia, quod aut impeditur per
ſe ratione delicti a perſona commiſſi, aut ratione rei, aut
mixta ratione rei, & perſonæ, aut ratione intelligentiæ.
Primis tribus caſibus locũ habet regula. In quarto locus
eſt contrario, ſic ſoluitur. ff. de vſuc. l. Labeo. de acqui. hæ-
re. l. Antiſtius. §. vltimo.

QVAESTIO.

Hæc regula facit ad quæſtionem, an habens gratiam
cum beneficio acceptandi, poſſit laicum procuratorem
cõſtituere ad acceptandum. de qua vide, quod ſcripſi de
præben. accedens. propter quod, & quia quæſtio fratris
Huberti in argumentis & ſolutione ſatis huic conuenit,
prima omiſſa illam quaſi ad literam proſequar, quæ ſic
3 proponebatur. Quæritur, utrum † is qui ex defectu ordi-
nis, vel alia cauſa vocem non habet in ca. nomine ſuo, eã
habere poſſit, vel debeat nomine alieno, ſi inſtituatur pro-
curator habentis. ¶ Ad negatiuam 9. rationes inducit.
ſecundo ad affirmatiuam quinque, quarum ſecundo mul
tos caſus includit, tertio ſimpliciter ſoluit vnum membrũ
quæſtionis, in alio diſtinguit, & ſubdiſtinguit. Allegat er-

go pri-

Digitized by Google

go,primo ꝙ non,per hanc regulã, cui concordant cano-
nes.46.diſt.ſicut non ſuo.33.quæſt.8.his a quibus.ſed,vt
ponitur in themate quæſtionis, ille vocem non habet ſuo
nomine,ergo nec alieno habere poterit uel debebit. Præ-
terea dicitur in themate,vel ex alia cauſa,ſed pone,quòd
propter excommunicationem aliquis excludatur, nun-
quid alterius nomine admittetur?non, quia ſicut excom
4 municatus † negotia propria tractare non poteſt, maxi-
me ſpiritualia ſiue in iuditio, ſiue extra. de iud. intellexi-
mus..de excep.exceptionem. ſup.eo.li. & eo. titu. pia.de
ap.paſtoralis.in fi.de ſen.ex.ſolet.eo.li.3.q.4. nullus.4.q.
1.c.1.& 2.11.q.3.cum excommunicato.ſic nec procu.al-
terius poteſt inſtitui,extra.de proba.poſt ceſſionẽ. & idẽ
forte poſſet dici quantum ad materiam noſtrã de ſuſpen
5 ſo † & irregulari,maxime in actu electionis,qui licet non
ſit in eis periculum cõis,tamen ab actu eligendi penitus
excluduntur.de cõſue.cum dilectus.de ſen. exc. is qui.in
fi.eo. li. ergo tales nec pro ſe nec pro alijs admittentur.
¶ Secundo ſi ex defectu ordinis ſacri,vel alias debiti ali
quis excludatur,de æta.& qualitate.in conſt. clemen. vt
hi qui.nullo modo admitti poterit nomine alieno, quod
ſic probatur, Ea quæ ſunt ordinis, non habenti ordinem
committi non poſſunt,ſaltem ab aliquo quam a papa,ut
hic in gl.ſed vocem habere videtur eſſe ordinis,vt in præ
alleg.c.vt hi qui.in princip.ergo &c.ſed ſi dicatur, quod
vocem habere non eſt ordinis,ſed non habere eſt pœna
non ordinati, vt bene apparet in præ.dec.vt hi qui.2.re-
ſpon.dico,ꝙ ex hoc adhuc magis concluditur, nullo mo
do debere admitti,nam ſi cõmiſſio ſibi ab alio facta hoc
operetur,ſequeretur,ꝙ priuatus quilibet pœnam ordina
riã iur.poſſet effectualiter remouere,hoc autem eſt incon
ueniens,cum nec iudex videatur hoc poſſe.ff. de abolit.l.
1.canonizata.2.q.3.§.notandum. vbi de hoc, niſi forte
per diſpenſationem, vbi poteſtatem haberet diſ.penſan-
di.de iud.at ſi clerici.de ciſma.fraternitatis.9.q.1.ab ex-
communicato.2.q.2.Lugdu.cum ſi.ergo non eſt dicen-
dum, quod talem commiſſionem admittat capitulum, a
6 quo in pœnã excluditur. ¶ Tertio quẽdã ſunt † quæ licet
ſint iuriſdictionis,adminiculo tamẽ ordinis exercentur,
vt de cauſa epiſcopi criminali cognoſcere.23.diſtinct. il-
lud.3.quæſt.6.hoc quippe.2.quæſt.8.c.1. & 2.Item cleri-
cum deponere.15.quæſtio.7.ſiquis.cũ duobus.c.ſe. Item
clericum cauſa diſciplinæ verberare. 86.diſt. non liceat.
& no.45.diſt.In ſumma,hæc autem & ſimilia, quæ licet
ſint iuriſdictionis, adminiculo tamen ordinis exercen-
tur,demãdati,vel cõmitti non poſſunt ordinem non ha-
benti, niſi ſicut illa,quæ vere ſunt ordinis, vt ſupra dictũ
eſt. Ad quod facit præalleg.c.non licet.86.diſt. & no. ex-
preſſe.95.d.c.1.circa fi.vlt.gl.ſed negari non poteſt,quod
ius vocis capituli & ſi non ſit ordinis proprie,ſed iuriſdi-
ctionis ordinis,cum adminiculo ſaltem qũocũque habiti
exercetur,vt in c.vt hi,qui.ergo demandari non poteſt or
dinem non habenti,ex quo bene concluditur, ꝙ ſi quis
7 † nomine ſuo propter defectum ſacri ordinis, ſaltem non
habiti vocem non habet,eam etiam habere non poterit
nomine alieno.¶ Quarto, ſi iſte excluditur nomine pro-
prio, fortius debet excludi nomine alieno, quod ſic pro-
batur. Certum eſt,quod ſiue ad beneficia,quæ de virtute
charitatis procedũt,ſiue ad actus iure ciuili prohibitos,
prius & potius admittitur quis pro ſe,quam pro alio.Pri
mũ probatur ex eo,quia primo debet quis ſibi ſubuenire
quam alteri,cum formã dilectionis proximi ſumere de-
beat quilibet a ſe ipſo.23.q.5.ſi non licet.de pe.diſt.2.cha
ritas.& di.3.qui vult.no.42.diſt.quieſcamus. Secundum
ſatis patet,nam ſi aliqui prohibentur poſtulare, nihilo-
minus pro ſe admittuntur.3.quæſ.7.§.verum legitur. &
no.de pœ.di.1.nemo.quæ eſt lex poſita.C.de poſtu.bene.
facit ad hoc de iur.iuran.petitio.Item illi,qui alias accu-
ſare prohibentur,pro ſe admittũtur proprias cauſas pro
ſequendo.2.q.1.prohibetur.4.q.vlti.omnibus. Bene er-
go ſequitur,quod vbi quis pro ſe non admittitur, nec ꝓ
alio,ergo cum actus iſte, de quo agitur, ſit prohibitus a
iur.ciuili & canonico poſitiuo,vt no.1.di.ius autem. vbi
quis pro ſe nõ admittitur,multo fortius pro alio non re-
cipietur.¶ Quinto ſi diceretur,talem admitti debere,vel
poſſe,ſequeretur,quod cõcederetur ei vna via, id quod
alia prohibetur,hoc autẽ eſt incõueniens. ergo & primũ.
inconuenientia cõſequentis apparet,de procura.tuæ.hoc
eo.titu.cum quid vna via.cum no.ibidem, maxime cum
in prohibitione iſta legislator reſpectum habuit ad rem
prohibitam tantum,non ad modum,vel viam prohiben
di,vt in prædicta regula no.Conſequentia ſatis patet.Pa
rum enim refert iſta admitti pro ſe vel pro alio, dummo-
do admittatur,& maxime vbi ſimpliciter conſtitutus eſt
procur.nõ data ſibi certa ſpeciali forma, vtpote de certa
eligẽda perſona,tunc enim,cum ſimpliciter cõſtituitur,
liberum habet arbitrium ac ſi iure proprio intereſſet. de
ele.ſi quis iuſto.§.porro.ſup.e.lib.¶ Sexto dicit illa dec.
quod non habeat vocem etiam ſi hoc ſibi ab alijs libere
concedatur.ex quibus verbis ſic arguo. Si de quo magis
videtur ineſſe non in eſt,nec id de quo minus, ſed magis
videtur,quod totũ capitulum poſſit ſibi hoc concedere,
& non poteſt,vt ibi,ergo multo minus vnus per ſuam cõ
miſſionem hoc poteſt facere.Maior probatur.32. quæſt.
5.ſi Paulus.8.q.1.ſi ergo.& c.Moyſes.7.q.1.mutare.quod
autẽ capitulum plus poſſit,quam vnus ſolus,ſatis proba-
tur de his quæ ſi.a ma.par.ca.c.1.ad hoc.63.diſt.c.ult.nõ
ergo unus poterit hoc ſibi concedere,quod totum capi-
tulum non poſſet, & hoc eſt,quod uoluit dicere illa dec.
2.reſpon.ibi,nullo modo uocem in c. habeant &c. quaſi
dicat, nullo quæſito colore,nulla uia pro ſe uel pro alio.
8 ¶ Septimo,cum † quid prohibetur,omnia prohibentur
quę ſequuntur ex illo,de conſt.nam cõcupiſcentiam.hoc
eo.tit.cum quid,cum ſua materia.Item prohibentur om
nia,per quæ poteſt ueniri ad illud,de uita & honeſta.cle.
cum ab omni.hoc eo.tit.cum quid una uia,etiam ſi illud
alias bonum eſſet.31.diſt.denique.63.di.§.uerum.ſed de
bere admitti ut procuratorem alterius, ſequitur ex hoc,
quod eſt habere uocem nomine ſuo, quod ſic probatur,
dicit dec.quod abſẽs in loco,de quo debet uocari impe-
ditus,cõmittat uni de collegio uicẽ ſuam,de ele.quia pro
pter.§.illud.alias autem niſi eſſet de collegio, non tenerẽ
tur canonici illum admittere.ſupra eo.lib.de elec. ſi quis
iuſto.§.abſens.quod intelligo de collegio quantum ad
actum capituli,etiã ſi alias non ſit de gremio, de conſue.
cum dilectus.de elec.ſcriptum eſt.ergo ſi procu.abſentis,
ad hoc ut ex debito admittatur, debet eſſe de collegio,
ideſt uocem habere,ergo admitti ex debito nomine al-
terius.bene ſequitur ex hoc,qđ eſt admitti nomine pro-
prio,uel ſaltẽ ex quo peruenitur ad illud,maxime ubi ſim
pliciter conſtituitur procura.ut ſuperius dictum eſt, per
prohibitionem ergo, quod non habeat uocem nomine
ſuo,omnia prædicta & ſimilia intelliguntur eſse prohi-
bita.¶ Octauo,certum eſt,quod impubes non admitti-
tur cũ aliis ad eligendum.de elect.ex eo.& eſt ratio quia
diſcretione in talibus debita caret,ut ibi dicitur. Nun-
quid ergo admittetur ut procur.alterius?Certe,non,pro
pter eandem rationem,nam procuratoriũ non dat ei di-
ſcretionem,quam naturaliter eum habere non poſse præ
ſumitur.Item ex alia ratione, quia aut eſset iſte procur.
ad lites,aut ad negotia,ſi ad lites,requiritur ætas.25. an-
norum,ſi ad negotia,quod magis uidetur, ut de procur.
c. ul.eo.lib.requiritur ætas 17.an.& e.ti. qui generaliter.
§.ſi.ſed cũ iſte dicatur impubes.in f.14.annum ad neutrũ
procuratorium ſufficientem habet ætatem,unde procur.
alterius nec poterit inſtitui,nec debebit admitti,& quod
de impubere dictum eſt ratione diſcretionis, qua caret.
Idem intelligendum eſt de furioſo, cum eadem ratio ſit
ad hoc.3.q.7.§.tria.15.q.1.§.ut itaque.de ſuc.ab inteſt.cũ
dilectus.de ſpon.dilectus.32.quæſtio.7.neque furioſus. &
nota.

Digitized by Google

nota.in præ.c.ex eo.¶ Nono iura prohibentia non diſtinguunt pro ſe vel pro alio,ſed ſimpliciter dicūt,quod vocē non habeat,ergo nec nos diſtinguere debemus , ſed ſimpliciter dictum ſimpliciter intelligemus.2. quæſt. 5. conſuluiſti.55.diſtin.ſi euangelica.32.q.vlt. non ſolum. in fine.ergo indiſtincte nec pro ſe, nec pro alio admittetur,
9 quos † enim prætor prohibet in totum prohibet.ff. de poſtu.quos prætor.Ex quibus ſatis concluditur , ꝙ qui non habet vocem nomine ſuo,alieno habere non poterit, vel ſaltem non debebit,imo ſi contrarium fiat,non valebit,& talis vox non auget numerum,quia contra legis prohibitionem factum eſt.eo.tit.qui contra iur.10.di.vides. cum ſua materia.¶ In contrarium videtur, quod & ſi admitti non debeat nomine proprio, tamen debebit , vel poterit tanquam procura. nomine alieno,& hoc ſic. Edictum de procuratoribus prohibitoriū eſt,vt is cenſeatur idoneus, qui expreſſe non prohibetur c.1.eodem lib.ff.eo.l.mutus. §.1.vbi de hoc,inſt.per quas perſo.no.acqu.§.vlt.ſicut & de teſte dicitur.ff.de teſti.l.1.& de matrimonio contrahēdo de ſpon.cum apud.30.quæſt.3.qui ſpiritualem.ſed hic de quo agitur nullo iur.expreſſo a procuratoribus prohibetur.& ſi tacite forte dici valeat prohiberi,vt ſupra dicitur,ergo tanquam idoneus procu.alio non obſt.poterit & debebit admitti. ¶ Secundo habere vocem in capi. non eſt malefictum,nec alias de ſui natura illicitū , de quibus tantum locum videtur habere hæc regula,quod alicui. & 46.diſt.ſicut non ſuo.& ideo licet aliquis certa legis ratione non habeat vocem ſuo nomine, non propterea minus admitti poterit & debebit nomine alieno , niſi ei expreſſe prohibitum fuerit,vt eſt dictum. Nam certum eſt , ꝙ hi, qui non ſunt de collegio, non habent vocem ſuo nomine, imo & tacite a contrario ſenſu videtur prohiberi,ne fiant procuratores aliorum,& ſic pro alijs non admittantur,de electio.quia propter.§.illud.ibi,de ipſo collegio & c.quaſi a contrario non alij,& tamen,quia expreſſe non eſt prohibitum,ſi inſtituatur procurator,poterit admitti,vt ibi no.ta.& eſt expreſſum.eodem titulo,ſi quis iuſto.§. vlti. eod. lib. Quod autem in alijs , quam in maleficijs non habeat locum præſens regula,imo verius in talibus poſſit quis alieno nomine,quod ſuo non poſſet, probatur multis iuribus & exemplis , filiusfamil. regulariter per ſe agere non poteſt ſine patris conſenſu.& tamen vt procu.pro alio nō iniuſte admittitur ad agendum.de procur.nō iniuſte. nec in hoc requiritur patris licentia, vt eodem titulo.qui generaliter.§.nedum.ſupra eodem lib.Item minor 25.annorū rem ſuam alienare,vel aliter ſe obligare regulariter non poteſt,& tamen ſupra 17.an. vt alterius gerendo negotia valebit alienatio vel obligatio facta ab eo pro illo, cuius negotia gerit,vt eod.titulo generaliter.§.vlti. Item laicus ſpiritualia pro ſe tractare non poteſt,cum talia habere vel poſſidere non poſſit.de iudi.decernimus.& tamen tam agendo quam defendendo in ſpiritualibus poterit eſſe ꝑcur.alterius.eo.tit.c.1.eo.lib.Item matrimonium carnale per procuratorem contrahitur.32.q.2. honorantur. ſup. e.lib.de procur.c.vl.Sed pone,ꝙ inhabilis ad contrahendum pro ſe inſtituitur procur.vt contrahat pro alio,vtpote ſolenni voto aſtrictus,vel vxorem habens, vel conſanguineus,uel affinis illius,cum quo,vel qua cōtrahi debet, nunquid dicemus,quia iſte ex cauſis prædictis,vel ſimilibus pro ſe contrahere non poſſet, quod pro alio ad hoc non poſſit procura.conſtitui?Non certe,cum hoc non ſit expreſſum,vt ſupra dictum eſt,ſic ergo a ſimili prohibitus contrahere pro ſe matrimonium ſpirituale eligendo poterit nihilominus contrahere pro alio. Similitudo autē iſta bene procedit.de transla.inter.7.q.1.ſicut iur.& c.ſicut alterius.
10 Item inferior † ſuo iur.ſiue nomine ſuperiorem iudicare non poteſt.de ma.& obe.cum inferior.21.diſtinct. inferior.nec ei præponi debet.93.diſt.a ſubdiacono,& tamen alterius nomine,cuius vice fungitur,& iudicabit eū. & præponetur ei.74.diſtinct.Honoratus.93.diſtin.c. vlti.

1 ultimis uoluntatibus, quæ fauorabiliores ſunt, non poteſt caueri, ꝙ leges locũ non habeant. ff. de leg. 1. l. nemo. multominus poterit id in cõtractibus. Item cuiuſcunque arbitri libertas quamuis larga reſtringitur ad id, quod de iure licet. ff. de condi. ind. ſi procur. & quę in fraudem cred. ſi pater filio. & ad munici. l. Lucius. §. pe. C. de mune. non conti. l. 1. §. pro infame. concludit ergo, nullum ſani capitis dicere, quod arbitratori uideatur conceſſum, ꝙ inique pronuntiare poſſit, ſecundum Dyn. uidetur idem placere ſpeculatori. etiam quando interuenit ſuper hoc iuramentum, ut no. in Spe. de arbi. §. 1. uer. ſed pone. & §. fina. uer. item quid ſi compromiſſum. neq. dolus. hic ſatis tractat Ioan. mo. de proba. doli, de quo, ut dicit, iura quandoque dicunt, ipſum dolum ineſſe in ipſa re, quandoq. præſumi, quandoque dolum paſſum ad illum probandũ admitti. Primo caſu tripliciter incidit. aut enim eſt circumuentio in eſſentia rei, & tunc non tenet, qđ agitur. ff. de cõtrahen. emp. l. in venditionibus. §. ſi. aut in qualitate rei, ſeu precij quantitate, & tunc tenet, vt in dicto §. & l. ſe. & ff. de minori. in cauſę. 2. §. Idẽ Pomponius, diſtinguendo tamen, vt ibi no. aut non eſt circunuentio ab initio, ſed ex poſt facto, & tũc eo ipſo dolus ineſt, licet a principio non fuiſſet commiſſus, de doli ex. l. 2. §. ſi qs ſine cauſa. & §. item quæritur. & l. apud Celſum. §. Labeo. & de hoc. ff. de ver. ob. ſi quis. cũ aliter. probatur etiam dolus ex qualitate facti. ſup. eo. li. de renũ. c. ſi. in fin. Secundo, vt dixi, præſumitur dolus, & hoc multipliciter. Primo, quando qualitas facti neceſſario concludit contrarium eius quod agitur, circa illam dat exemplum de l. 1. C. de dolo. ff. depoſi. ſi homi
2 nem. 1. reſpon. ff. de re. iu. Non poteſt † dolo carere qui non obtẽperat imperio magiſtratus & ff. qui. ex cauſ. ma. Item hi qui reipublicæ. Secundo, quando qualitas facti relata ad circunſtantias perſonæ, de cuius dolo agitur, interpretatione iur. dolum continet, vt quando ſciens ſe debitorem, omnia ſua bona alienat, præſumetur, ꝙ in fraudem, cum enim ſoluere debitum ſit neceſſitatis. ff. de mino. ꝙ ſi minor. §. reſtitutio, ergo alienando omnia ſua, qđ non poteſt ſe compati cum eo, quod neceſſario incumbit.
3 ſ. ſoluere, præſumitur † dolus. ff. de his quæ in frau. cre. l. omnes. §. Lucius. his caſibus cum cõtrarium doli præſumpti ſtare non poſſit cum qualitate facti, neceſſario præſumitur dolus. declarat autem iõ qualitatem ponderandã facti & perſonæ, quia ex his iudex informabitur, an præſumere debeat dolum, qui proponitur, nec ne. ff. de accu. ſi cui. §. ijſdem. C. de ſuſc. & arca. l. ſi aliquid. Item probatur dolus, & hoc eſt regulare. ff. de proba. quoti. §. qui dolo. vnde iura dicunt, dolũ intelligi. i. præſum. vel æſtimari. C. de reſcin. ven. l. dolus. ff. de adoptio. nam ei. §. 1. Item argui ſeu agnoſci. ff. de re mil. non omnes. §. a barbaris, cum ſua glo. coniecturari, ar. ff. de verbo. oblig. continuus. §. 1. indicari. i. demonſtrari. l. dolum. nam perſpicuis indicijs probandus eſt, quæ facti qualitatem inducent, ex quibus vir bonus æſtimabit, intelliget, arguet, agnoſcet, & coniecturabitur, vt probant dicta iura, an probatus ſit dolus nec ne. vnde cum ſuper his certa regula dari non poſſit, neceſſario fuit relinquendum iud. arbitrio, vt in l. continuus ff. de iur. & facti igno. l. in omni. quæ autem illa ſufficiant iudicio animi ſui iudicabit, ſicut de mora dicitur. ff. de vſur. mora. in princi. nam diſcutiet iudex, an indicia ſint indubitata, & tunc eis credet. ſup. de hæret. excommunicamus. §. fin. C. de proba. ſciant, ſi ſint leuia, non credet. ff. de minor. l. 3. §. 1. ff. de dolo. l. eleganter. §. fin. Item ſi plura ſint contra dolum quam dolum indicantia, & qualia ſint vtraque. C. arbitr. tut. ſi defunctus. ff. de adopti. nec ei. §. 1. & vlt. quibus iuribus habetur, quæ indicia recipiuntur a iur. & quæ non. & lex, ſi defunctus,
4 ponit † quod indicia non probant, ſed comprobant, ſicut & fama. 4. q. 3. §. non ſæpe. ¶ Prima gloſſ. dicit, vnde ſumpta, & ponit exempla, ſecundo ſupplet de ſcire debente, & dicit in regula principium ponderandum. tertio ponit rationem regulæ, & notat copulam, quarto ſucceſſiue obijcit & ſoluit tria contraria. ¶ In 1. gloſſ. ibi. ſi intelligatur in morbo, vel vitio intelligibili ceſſat edictum. & ibi [§. vltim.] ſtatim cum ſeruus traditus eſt, ſtipulatio committitur, quanti intereſt emptoris. & ibi [§. vl. & pe.] loquuntur de illo, qui intendebat cõtrectare domino inuito, qui tamen volens erat. & ibi [ſi quis ſeruo] ſuaſi ſeruo alieno ut fugeret, & librum auferret, quod fecit nolente dño, & mihi attulit, teneor furti, & ſerui corrupti. ¶ In 1. glo. ibi [l. 1. in fi.] Dyn. de iniuria ponit exemplum per l. 1. ff. de iniur. §. uſque adeo. ubi uendens liberum hominem volentem, non tenetur iniuriarum de dolo, ponit per l. ff. de li. homi. exhi. l. 3. §. ſi quis uolentem.

Digitized by Google

volentem.vbi ſi detineo hominem volentem,non teneor
illi interdicto.& ibi [ex poſt facto] idem Dy.per modum
obiectionis,& ibi, [quam violenter.] idem hic.Dyn.

QVAESTIO.

Hæc regula facit ad quæſtionem hic diſputatam per
Guidonem demũ epiſcopũ Mutin.nunc Concordien.quã
ſic proponebat. Exemptus contrahens in loco exempto
promiſit creditori non declinare forum diœceſani, ſi ſta-
tuto termino debitum non ſoluiſſet,de quo ſoluendo præ
ceptum diœceſani recepit , lapſo termino & debito non
ſoluto diœceſanus ignorans illum exemptum , quia
nec talis communiter putabatur, illum citauit,& quia nõ
comparuit, vt contumacem excõmunicauit. quæritur, an
talis ſententia liget quod vr per hanc regulam, nec enim
poteſt ſe dicere iniuriatũ,qui ſciuit,& conſenſit. Dubiũ
quæſtionis in duobus conſiſtit,quorum primum affirma-
tiue probat quatuor rationibus,& ſm totidem, & vna gl.
æque horum duorum quodlibet probat negatiue,ſucceſ-
ſiue ſoluit vtrunque, rñdens ad contraria,ſubdit demum
diſputationem & diſtinctionem Aegid. an teneatur quis
priuilegium allegare. Et ad hanc partem,ꝙ liget,inducun
tur duo, primum,quia renunciauit priuilegio fori,quod
potuit,ſm, quia dato,ꝙ non potuit,debuit venire,& pri
uilegium allegare. Primũ ſic oſtenditur,iuri & priuilegio
non odioſo, ſed in alicuius fauorem inducto, renuntiare
quis poteſt, ſiue ſit de rebus ſpiritualibus, de renun. ex
tranſmiſſa.& c.in præſentia,ſiue de temporalibus,de pac.
cum pridem.C.de fide inſtru.l.3.ſiue ſi ius conceſſum col
legio & ordini,de priui.ſi de terra.& c.attendentibus.ſi-
ue ſingularibus perſonis,de elect. quod ſicut. de regular.
ad noſtram.& cap. ſtatuimus. nec licet ad ius renuntiatũ
redire.7.q.1.quam periculoſum.22.q.3.ſi illic. & de hoc
vide de elec. eccleſia noſtra.2.in 6.glo.Cum ergo hoc ius
exẽptionis ſit fauorabile,& non odioſum,& reſpiciat pri-
uatam vtilitatem exempti, potuit illi renuntiare conſen-
tiendo in clericum,facit quod no.de offi.le.cap.1. in gl.fi.
non ſic in laicum,de foro competen. ſi diligẽ.& quod ibi
no.& ſi dicatur etiam in clericum conſentire non poſſe ſi-
ne authoritate diœceſa.de foro compe.ſignificaſti. Papa
aũt eſt diœceſanus exemptorum,de priuile.authoritate.
eodem li.& no.93.diſt.nulla.ergo ſine Papæ licentia cleri
5 cus hoc non poteſt. Rñdetur,ꝙ res†de facili redit ad ſui
naturam.35.diſt.ab exordio.quare facilius tollitur actio,
vel exceptio contra ius commune competens,ꝗ iuri con
ſona.ſuper quo vide quod no.16.q.4.cap.vltimo.Iuriſdi-
ctio autem ordinaria eſt conſona, exemptio vero diſſo-
na. Item non habetur ſic de facili copia Papæ per exem-
ptos,ſicut copia ordinarij per non exemptos, & ſic diffi-
cultas permittit alias prohibitum.63. di. cum longe. ad
rationem faciat,de re iud.cap.fin. Item ſi ſubditus epiſco
pi ſine ipſius licentia poſſet ipſius iuriſdictionem effuge-
re, quod poſſet primus,& poſſet ſecundus,& vlterior, &
ſic euacuaretur epiſcoporum iuriſdictio, quæ ratio ceſſat
in Papa.9.q.4 cuncta per mundum. Concedatur ergo exẽ
pto quod non conceditur non exempto, cui conuenit ca-
pitulum,luminoſo.18.q.2.vbi in loco exempto epiſcopus
nil iuriſdictionis exercet,niſi fuerit inuitatus,ergo inuita
tus poteſt. Secundo,quòd renuntiare potuerit, probat de
cret. dilecti.de fo.compe. vbi priuilegium, quod Anglici
circa marc conueniri non poſſunt,non prodeſt illi,qui ci-
tra non promiſit reſpondere,vel ſoluere, & hic diſiuncti-
ue ponuntur,per quod patet, quòd iſte reſpondere coge-
tur, vbi promiſit exemptionis priuilegio non obſtante,
Facit C.de pac.ſi quis in conſcribendo. nec mirum, quia
poteſt ſibi eligere iudicem animæ,quod eſt maius. 12. q.
1.præcipimus.de pę.cum infirmitas, fortius ergo poteſt
eligere iudicem corporis,quod eſt minus.hoc eo.ti.cui li
cet.cum concor.¶Tertio ſi dicatur,quod exemptus non
poſſit expreſſe renuntiare foro,poteſt tamen tacite contra
hendo in loco non exempto.de priuil.c.1.lib.eo. Iſte au-
tem ſponte ſuſcipiendo mandatum de ſoluendo, tacite
renuntiauit foro,de his quæ fiunt a ma.pa.cap. ex ore. &
6 quomodo quædam † licent tacite, quæ non expreſſe, pa-
tet de iura.calum.c.1.1.reſpon.li.eo.& no. de fo.comp. ſi
diligenti.in glo.pe.& facit quod no.Io.11.q.1.inolita.vn
7 de exemptus†permittendo præſcribi contra priuilegium
exemptionis ſpatio 40.an.illi renuntiat,ſicut de alijs pri-
uilegijs dicitur de priuile. accedentibus. facit de capel.
mona.c.2.non tamen eccleſiæ Romanæ præiudicatur,ni-
ſi per ſpatium centum annorum,vt no.16.q.3. voluimus
ſimile,quod de vaſallo dr,de præſcr.ad audiẽtiã ¶Quar
to per eundem modũ dr,ꝙ dato,ꝙ renũtiatio non tenuiſ
ſet in præiudiciũ renuntiantis, vt patet de arbitr.cũ tpe.
facit de re.iu.ſuborta. ſic & ſubmiſſio tenet quo ad ſub-
mittentes,non quo ad ipſius ſuperiorem.quod me.cauſa,
cum dilectus. de don.inter dilectos.ſic & renuntiatio be-
neficij facta in manibus eius, ad quem recipere non ſpe-
ctabat,reuocatur.de renun.ꝙ in dubijs.17.q.2. Conſal-
dus . ſic & abiuratio iurium dignitatis tenet quoad ab-
iurantem,non quoad dignitatem.de inſti.cum veniſſent.
Secundum principale, quod ſupra contra iſtum induce-
batur,erat,quia non venit allegaturus priuilegium,datur
pro regula, quod ſicut quando conſtat citationẽ arctare,
citatus venire tenetur,ita & qũ dubitatur,an arctet, alias
punitur vt contumax.ita no.Io.& Be.de accu.veniens. in
fi.vltimæ gl.& 3.q.2.ſi epiſcopus.15.q.4.placita. in vlti.
gl. in fi.& ff.ſi quis in ius vo.l.2.& de iudi. ſi quis ex alie-
na. In dubio.n.propter bonũ obedientiæ ſemper parẽdũ
eſt.23.q.1.ꝙ culpatur.in fi.& facit 13.q.2.nõ æſtimemus.
& qđ ibi no.41.di.quieſcamus.& de pœ.di.7.c.2.& ſi di-
catur,non eſſe dubium apud citatũ,qui ſcit ſe exemptum,
hoc non iuuat, quia ſcientia iudicis hic ponderanda eſt,
non citati,de ver.ſig cũ olim.facit quod no.de offi. dele.
cũ cã.in 1.gl. Itẽ,qđ plus eſt.no.Io.23.q.8.conuenior,ꝙ ſi
iudex laicus citat clericum,tenetur comparere, & priuile
giũ allegare, & de hoc infra dicam poſt ſolutionẽ qõnis,
& facit quod no.Hoſt.in ſum.de iud.§. ꝗ ſint neceſſaria.
iuxta fin. ver.quod aũt dixi.& facit quod not.in decr. cũ
ordinẽ.de reſcri.in fi.vl.gl.Secundo,ſi iudex probabiliter
errans in facto, & credens ſe iudicẽ,cũ non ſit, procedit,
tenet proceſſus, de app. ſi duobus.Secus ſi erraret in iure.
de offi.deleg.cum ſuper.de conceſ.præb.ex parte. Iſte aũt
diœceſanus probabiliter errabat in facto,quia de ſua diœ-
ce.erat, & præceptũ ab eo receperat,ergo &c. ſic & dr de
procuratore , qui reuocationẽ ſuã ignorat, quia valet qđ
facit de pro.in nr̃a & ca.pe.de iudice vero caſu, vt no.43.
di.tibi dño.& de hoc per Inn.de reſcr.cũ contingat.de cõ
ceſſione præb.qa cũctis.li.e. ¶Tertio videmus,ꝙ in his,
quæ ſunt iuriſdõnis,opinio præiudicat veritati.hoc patet
in ſnĩa ſerui,qui putabatur liber.3.q.7.§.verũ.de off.præ-
to. Barbarius.& occulti excommunicati.de re iud.ad pro
bandum.facit C.de teſta.l.1.C.ad Mace.l.3.& ff.ad Mace
doni.l.3. de iurepatronatus. conſultationibus. de electio.
querelam.de ſententia excõ.ſi iudex.li.eo. ¶Quarto cer-
tũ eſt,ꝙ iudex cognoſcit,an ſua ſit iuriſdictio,de reſcri.ſu
per literis.& ordinarius de exẽptione cognoſcit. & certo
caſu cognitione pendente iuriſdictionem exercet in exẽ-
ptum.de priuileg.cũ perſonæ.100.d.cõtra morẽ.¶Quin
to ad hanc partem inducitur,quod not.Inno.& Hoſti. de
verbor.ſigni.ex parte.in fin. magnæ glo. vbi dicunt,pro-
ceſſum tenere contra exemptum non comparentem,quã
do exemptio non eſt notoria,ſed dubia.¶In contrarium
adducitur illud generale,pacto priuatorum,&c.ff.eodem
titu.neque pignus §.priuatorum.de foro comp.ſi diligen
ti. Sed ius publicum conſiſtit in ſacris & ſacerdotibus. 1.
di. ius publicum.& habet hic locum, ſi tale ius cõceſſum
eſt alicui non in fauorem eius tantum, ſed & alterius, de
ſent.excom.contingit.de immu.eccle. aduerſus. de arbi.

Digitized by Google

cum tempore. Cum ergo Papa habeat in exempto ius dięceſani, vt ſ. prima parte probaui, ſine ipſius conſenſu non potuit in alium conſentire. ¶ Secundo ad hoc facit, quia ſicut clericus ſine licentia epiſcopi ſui non renuntiat beneficio. de renunc. admonet. ſic nec exemptus ſine licentia Papæ. eo. ti. c. ſi. de elec. ſi abbatem. lib. eo. nec ad aliam eccleſiam poteſt ſe transferre, etiam ſi hoc habeat conſuetudo, ſ. de conſuetudi. cum venerabilis, & ſi renuntiat exemptus ſine licentia Papæ, etiam quoad ipſum renuntiatio non tenet. 6. q. 3. denique. & probat textus decre. quod in dubijs. de renunciatio. licet glo. contra. ¶ Tertio conſtat, ꝙ ſicut clericus ſine ſui epi licentia ab alio non recipit ordines, ſic nec exemptus ſine licentia Papæ, de epiſcopali ordine patet 63. di. Salonitanæ. de alijs. de tempo. or. cum nullus. li. eo. niſi aliud ex priuilegio competat. de præſcri. veniens. Si ergo non poſſunt ab alijs ordinari, ergo nec iudicari. 9. q. 2. nullus. de parochi. nullus. ¶ Quarto certum eſt, ꝙ qui conſentit in iudicem non ſuum, ante lit. con. pœnitere poteſt. ff. de iuriſ. om. iud. ſi conuenerit. & not. de iudi. c. 1. vnde diſtinguitur inter pactũ de iuriſdictione adeunda & de non declinanda. primo caſu non tenet factum a clerico ſine licentia epiſcopi. de fo. compe. ſignificaſti. Secundo tenet etiam ſine conſenſu. eo. ti. dilecti. Si ergo pactum non valet, vel ſaltem pœnitere licet ante litem conteſt. pœnitebat autem non veniendo, ergo epiſcopus contra eum procedere non potuit. tamen & ſi veniſſet, nõ fuiſſet coactus ſuſcipere iudicium, ergo nil intereſt iudic. vel partis. ff. de iudi. non vĩ. facit quod no. de do. & contu. ca. fin. ¶ Circa ſecundum vero principale, probato, quòd nõ potuit exemptus in eum conſentire ſine Papæ licẽtia, probatum eſt, quòd citatus ab eo non tenebatur venire etiã allegaturus priuilegium ſuum. cõſtat autem, ꝙ ſicut nulla eſt ſententia a non ſuo iudice lata. de iud. at ſi clerici. cum concor. ſic nec citatio, arguendo de toto ad partem. facit de offi. dele. paſtoralis. in princip. & probatur de fo. com. Romana. in fi. li. eo. Si nulla non conualeſcet per inobedientiam non venientis. eo. ti. non firmatur. & bene facit quod no. de elec. bonæ. 2. in vl. gl. ¶ Secundo conſtat, epiſcopum non eſſe iudicẽ exempti, & hoc ipſum verbum ſonat. 16. q. 1. frater noſter. de ſup. negl. præ. ſicut. de priui. cum capella. niſi in caſibus. de priuile. c. 1. lib. eo. quorum nullus in caſu noſtro concurrit, ergo conſtat, citantem nõ eſſe iudicem, & eo caſu non tenetur citatus ire etiam allegaturus priuilegium. ¶ Tertio non releuat dicere, non cõſtat hoc iudici, licet conſtet exempto, non ſufficit ad notitiam exempti priuilegium perueniſſe, licet ordinarius illud ignoret, de conc. preb. c. 1. li. e. §. nec obſtaret. facit eo. li. de præb. ſi poſtquam, nec etiam releuat, quod iſte communi opinione habeatur non exemptus, licet enim communis opinio hic operetur, ꝙ ea durante ſeruatur ſententia, manifeſta tñ veritate cedet opinio. 8. di. veritate. & ſic declarabitur nullus proceſſus, ſicut no. de ſententia lata per falſos teſtes. de excep. cum venerabilis, & in ſententia excommunicationis lata poſt legitimam appellationem non proſecutam. de ſententia lata, per falſos teſtes. de excep. cum venerabili. & in ſententia excommunicationis lata poſt legitimam appellationem non proſecutam. de ſenten. excom. licet. li. eo. & ſic poteſt intelligi. eo. li. de priuil. cum perſonę. ¶ Quarto conſtat, ꝙ defectus iuriſdictionis annullat ſententiam. de iud. at ſi clerici. cum concor. ergo exceptio, tu non es iudex meus, reddit iudicium nullum, & ſic poteſt opponi poſt ſententiam, ſicut exceptio falſi. procurato. in noſtra. & vide, qđ ibi no. in gl. penu. ¶ Quinto his conuenit, quod no. C. vbi de cri. agi oportet. l. 1. vbi not. Accur. ꝙ qñ iudex eſt talis, ꝙ citatus ſua voluntate non poſſit facere iudicem, non nocet taciturnitas. Facit de præben. dilecto. & quod ibi no. Inn. vt & dixi ſuper 1. gl. Inducitur ad hanc partem, quod no. Gu. in Spe. de citatio. §. 1. verſi. ſed pone ꝙ iudex, & §. pen. in fi. cuius verba ad literam ponit Arch. 15. q. 4. cap. 2. in fine. ¶ Soluit pro hac parte, quòd exemptus priuilegio fori renunciare nõ poſſit expreſſe, vel tacite ſine Papæ licentia, & ſi renũtiat, proceſſus, vel ſententia non tenet, cum etiam ſuperioris fauorem reſpiciat tale priuilegium, ne ſuus ſubditus iudicetur ab alio, facit ad Ro. 14. c. 2. q. 1. nomen, & c. multi. de iureiu. nimis. alle. de arbi. cum tempore. Nec ob. quod ibi no. quòd valet quo ad renuntiantem, quia illud & omnia ſimilia procedunt, quando renuntiatio lædit ius renuntiantis tantum, & non ſuperioris, vel alterius, bene facit ſupra eod. lib. de fo. con. Romana. in princip. vbi enim conſentientibus partibus archiepiſcopus omiſſo appellationis articulo non cognoſcit de principali, ad id quod dicitur renuntiari tacite contrahendo, vel delinquendo. vt ſcripſi præmittendo, illa non fiunt ſine authoritate Papæ, & iur. communis hoc prouidentis, eodem modo reſpõdetur ad decre. vlti. de pę. & re. dicit tamẽ ipſe Guido, quòd exemptus coram ordinario debuit comparere, & ſuũ priuilegium allegare, quod ſi non fecit, excommunicari potuit vt contumax, cui non placet dictum Speculatoris de exempto loquentis, in verſi. ſupra in ſi. allegatis, ſed ſibi placet, quod not. Inno. & ponit Hoſti. de ver. ſig. ex parte. 1. in fin. magnæ glo. & hæc illa ratione, quia in dubio cognoſcit, an ſit ſua iuriſdictio, de priuil. cum perſonæ. li. eo. ergo, cum quo ad illum articulum ſit iudex competẽs, in dubio ceſſant omnia iura, quæ dicunt, proceſſum a non ſuo iudice factum non valere, per quod patet ſolutionem ceſſare, niſi notoria eſſet eſemptio. Non ob. decr. quia cũ dictis, vbi priuilegium, quod excõmunicari non poſſit, ſtatim habeat ſuum effectum, cum ad priuilegiati notitiam peruenit illud quod facit intentio concedentis, volentis adimere cuique, etiam ordinario poteſtatem illum excõcommunicandi ſaluo quod habes, de priuilę. ne aliquid. lib. eodem. In priuilegio exemptionis ; non ſic, vt patet eo. tit. c. 1. Item etiam illo caſu remanet ordinarij poteſtas alios puniendi, vt ibi patet, §. in eos. & vide, quod ibi no. in gl. 2. ¶ Scire volo, ꝙ Aeg. Cremon. poſt Io. de Deo. q. 32. diſputauit in ſua quæſtione hunc articulum ſupra tactũ, an ſi iudex laicus citauit vere clericum, qui cõmuni opinione laicus habebatur, vt ſe defenderet ab accuſatione homicidij, & quia non venit, eum banniuit, an teneat bannum. Inducebatur ad partem ꝙ valeat, quia illum communiter haberi pro laico non procedit, niſi ex quadam conformitate ſui circa mores & actus laicorũ, cenſeatur ergo laicus, cum propter ſimilitudinem qs cenſeatur de illorum numero, quorum in veritate nõ eſt. 26. quæſtione prima, quotquot. 27. di. c. vlt. de biga. nuper. & dignum eſt, vt qui ſimilẽ &c. de ſtat. mo. recolentes. facit de ſen. exc. ſi iudex. li. eo. Item quilibet naſcitur laicus, talis ergo præſumitur, niſi clericus probetur. 2. q. 1. legum. Inducebat etiam alia, quæ includuntur. ſup. parte prima. ver ſecundum principale. vſq. ad ſi. ipſius partis. & quæ inducebat ad partem cõtrariam. ſ. in contrarijs allegationibus ſunt incluſa, vltra quæ inducebat iura deteſtari, ꝙ aliquo modo laicus in clericum animaduertat, vel iudiciũ exerceat. 11. q. 1. nullus iudicum, palea eſt, quæ habetur. de for. comp. c. 2. allegat. eo. tit. ſi diligenti. & dicebat Io. de Deo prædicta intelligi de clerico, qui per admonitionem epiſcopi priuatus nõ erat priuilegio clericali. de ſen. excom. in audientia. & c. contingit. ſoluebat autem ipſe Ioa. ꝙ cũ deliquiſſet incedẽdo ſine tonſura, & ne diceretur eſſe clericus & fuiſſet contumax, potuit per iudicẽ laicum puniri. de priuil. ex parte. 3. Ne furemur Aegidio labores ſuos eſt ſciendum, quod ipſe ad quæſtionis ſolutionem plene tradere voluit materiam illam, quãdo pars teneatur ire allegatura priuilegium, ſic diſtinguens, aut citatus non innititur alicui iuriſdictioni, nec alias eſt notorium, ſcit autem eſſe ordinarium citati, tunc citatus venire non tenetur etiam allegaturus priuilegium, licet in veritate iudex iuriſdictionem habeat ex aliqua cauſa latenti, ar. ff. ſi qs caut. ſi ſeruus. & l. quot. & ſic loquatur gl. ult.

Digitized by Google

vlt.dec.b. nx.2.de elec.qd no.Inn. de of.de le. prudentiã. vt ibi ſcripſi ſuper gl.2.& de app.Romana.§.2.li.eo.vt ibi no.in glo.& ſi citauerint.& quod ſuper ea ſcripſi,ſi aũt in citãdo innititur iuriſdictioni,ſubdiſtinguit,quia aut ordinarie, aut delegate,ſi delegate,& vere eſt delegatus,vt aſſerit,citatus cõparere tenetur,alias valebit ſnĩa contra eũ lata excõicationis,miſſionis,vel alia,& oĩs proceſſus alias legitime factus,ſi vero nullã delegationẽ hẽt, & forte falſum tenorẽ reſcripti trãſmiſſi,tũc licet caute agat citatus cõparendo,tñ licet nõ cõpareat,nil valet proceſſus contra nõ cõparentẽ ex iuriſdictionis defectu, alle.no.p Inn. de dilat.c.2.vt ibi ſcripſi in gl.hoc habes,imo hoc caſu tenetur iudex ad intereſſe citato,vt notatur in decr.prudẽtiã. ad fi.ſcdæ gl.Si aũt iudex innititur iuriſdictioni ordinariæ,vt quia dicit citatũ in ſuo territorio deliquiſſe,vel cõtraxiſſe,vel eſt alias ſecundũ opi.cõmunẽ in numero ſubditorũ,tñ p aliquã exemptionẽ põt iuriſdictionẽ elidere, tunc diſtinguit,ãn citatus reperiatur in iuriſdictione citãtis,an nõ.ſcdo caſu neceſſario ire nõ cogitur,ſic.ſ.ꝙ ſi vadat,poſſit excõicari vel mulctari, nã extra terriorũ &c. de cõſt.c.2.li.e.all.no.de for.cõp.Romana.§.contrahẽtes & p Inn.e.ti.licet. Si vero reperitur in iuriſdõne citantis, tunc ſi ex parte iu.vel citati nullũ ſubeſt impedimentũ iuris,quominus inter eos poſſit eſſe iuriſdictionis exercitiũ. ſiue ſit verũ,ſiue falſum,quod dicitur contraxiſſe ſub eo, vel deliquiſſe,& ſic exẽptus vel nõ,dẽt ire allegaturus priuilegiũ ſuũ,alias procedi poterit contra eum, cũ iudicis ſit cognoſcere, an ſua ſit iuriſdictio,& ſic loquatur lex, ſi qs ex aliena.ff.de iudi.& quod no.ff.ſi qs in ius vo.l.2.& de reſcrip.ſuper literis.ad fi.Sed ſi quæratur inquantũ valeat proceſſus hoc caſu factus contra eũ,qui de iuriſdictione nõ erat,de delegato ſe expedit,ꝙ nil valet, ſi falſum erat,qd ptendebat,ſi verũ,valet,quicquid alias legitime fecerit,ſi aũt ordinarius erat,licet falſa ſit cã, quã ptẽdebat, valet, qd fecit quoad punitionẽ cũtumaciæ,ſed de principali cognoſcere nõ poterit,etiã ſi ſit talis cã,in qua poſſit lit.nõ conte.procedi,tũc & locũ habet,ꝙ ſnĩa a nõ iudice lata nõ tenet.C.ſi a nõ com.iudi.l.fi.cũ concor.nec.n. põt dici citatũ nõ cõparentem iuriſdictionem prorogaſſe, qa abſens cõtradicere vr.ff.de arb.l.ſicuti.de rit.nupti.in eo.§.deinde.ſi aũt ſubeſſet tale impedimentum,ꝙ citans nullo põt modo eſſe iudex,vt quia citans priuatus eſt, vel citatus a laico clericus eſt,tunc dixit quæſtionem ſoluendo,ꝙ ire nõ tenetur de neceſſitate,nec valet tunc proceſſus,ſi fiat contra ipſum,allegat principaliter præ.glo.l.1. C.vbi de cri.agi oportet.& dictũ Speculatoris,quod dixi ſup.in fi.ſecundæ partis.

S V M M A R I V M.

1 *Diſpenſare an poſſit Papa in his quę ſunt legis naturalis, & in præceptis primæ tabulę.*
2 *Monachum contrahere matrimonium an diſpenſare Papa poſſit.*
3 *Caſtitatem etiam ſeruant coniugati,ſi illibatum ſeruant matrimonium,hoc eſt,ſi uterque altero ſolum & honeste utatur.*
4 *Votum ſimplex an tollatur per matrimonium, & num.5.*
5 *Voti ſolennitas in quibus conſiſtat.*
6 *Monachorum vota quanti fiant.*

R E G V L A LI.

Semel Deo. Dy. ponit exemplum in æde ſacra,q̃ ſi deſtruatur,vel corruat, locus tñ remanet ſacer. Inſtitu. de re.diu.§.locus.& ff.de rerum di.intãtum.§.ſacræ. & de contrah.emp.l.ædes ſacra.ob.contrarium.ff.de ver.ob.cõtinuus.§.pe.vbi dicitur,ꝙ poſſibile eſt rem ſacrã fieri prophanã,ſoluit,ꝙ hic cõſideratur iuris poſſibilitas,ibi vero ſummi Põtificis poteſtas,q̃ põt ſacrum reducere ad prophanum,ſed quod illius ſolius poteſtati permittitur reputatur impoſſibile de iure.ff.de le.1.apud Iulianum.§.fi. ſecundum Dyn.nec admireris hoc dictum,nã ſi cõtrarium diceres,nihil eẽt impoſſibile de iu.poſitiuo, cum Papa ſit ſup.illud.& illud immutat, & contra illud diſpẽſat,de cõceſ.præben.propoſuit.cum concor.imo illud ſic reuocare põt,qd habeatur pro infecto.de immu.ecc.c.vno.in cle. ¶ Prima glo.ponit exẽpla,ſcdo dicit ẽt in alia re procedere regulam,itẽ in eadẽ forma,tertio ꝙ in nõ ditatis, non procedit, obijcit contrarium huic & ibi remittit. quarto no.nedum dominium ſed etiam vſum prohibitum. In 1. gl.ibi[§.1.]ſepulchrum alterius conuerſationis vſum nõ accipit.& ibi[auth.præterea]vaſa ſacra priuatis non utuntur niſi conflata,& ibi[ſi rem mobilem]illarum rerum,quę animo vel rõne carent,cõfeſtim amittitur poſſeſſio,hominis aũt retinetur,ſi reuertendi animũ haberet.& ibi[Pomponius.]in prin.lapidũ meorũ in tyberim merſorum naufragio dominiũ retineo,& poſſeſſionẽ non, licet in fugitiuo ſecus,ne ipſa poſſeſſione me priuet.¶ In gl.1. ibi[hoc ius.]& prædicta auth.præterea.& in fi.Dy. In gl. 2.ibi[clericorum]qui & homines ſunt.& ibi[pro humili] benigno,manſueto, & miſericordi, & inhumanitas econuerſo pro feritate,crudelitate,& impietate.ſup.de reſcri. cum ex officii.in princ de cenſi.licet.& in cle.de reli.do. quia contingit,poſt prin.

Q V AE S T I O.

Hæc regula,quæ ẽt ſumi potuit de Leuitico.c.vlt. ad fi. facit ad quæſtionẽ quã diſputaui ſimul cũ quæſtione quã poſui ſuper regula, Actus legitimi.an Papa poſſit diſpenſare cũ monacho ex cã,vt matrimoniũ contrahat? Ad negatiuã inducam 5.ſed quarto & quinto ſtatim rñdebitur, inducã ſex,duos textus, & quatuor gl.in contrariũ ſex rationes & 5.gl.tertio ſoluã,ſed plene interſerã dictũ Thomæ diſtinguens inter clericũ in ſacris & monachũ.Quod ergo nõ poſſit,facit hæc regula,cũ concor.imo nõ videtur quæſtio,cũ ſit tex.expreſſus.de ſta.mo.cũ ad monaſteriũ. in fi.Scdo nõ legimus Beatũ Petrũ talia feciſſe, ſucceſſor ergo talia non attentet,alias ceſſaret Petri priuilegiũ.24. q.1.manet.Tertio monachorũ cõtinentia pendere vr ab vniuerſali ſtatu eccleſiæ,ergo cõtra illud Papa diſpenſare nõ poterit.24.quæ.1.memor ſum.Quarto in votis proprie nõ fit diſpẽſatio,ſed cõmutatio.de voto.c.1.& c.magnæ. ſed in cõtinentia nõ eſt inuenire æque bonũ, in quod cõmutari poſſit.eccleſia.26.c.omnis põderatio nõ eſt digna animæ continentis.facit 32.q.1.nuptiæ.ergo diſpenſari vel cõmutari non poterit,maxime qa votũ tenetur eſſe de iure naturali immutabili.5.di.in prin.In his aũt quæ ſunt
1 † de lege naturæ & in præceptis diuinis non poteſt per hominẽ diſpenſari,& præcipue in præceptis primæ tabulæ,q̃ ordinantur directe ad dilectionẽ Dei,qui eſt vltimus finis præceptorũ,ſed ſ.n hoc implere votum eſt de lege naturæ,& pcepto legis diuinæ,& pertinet ad præcepta legis diuinæ & primæ tabulæ,cũ ſit actus latriæ, & concludit hoc ẽt in alijs votis præter continentiã diſpenſari non poſſe,fortius nec in illo,ſed ad hoc reſpondetur,ꝙ quando eccleſia diſpenſat in voto,non diſpenſat in præcepto iur.naturalis vel diuini,ſed determinat id,quod cadebat ſub obligatione deliberationis humanæ, quæ non potuit omnia circunſpicere,ſicut etiam diſpenſare cõtra legẽ humanã,nõ eſt tollere legẽ,ſed ordinare ex cã,ne liget eo caſu,quo diſpenſatur,& ſic non eſt cõtra. Quinto executio voti fundatur ſuper fidelitate,quã hõ debet Deo, in qua nullus diſpenſare põt.ergo nec in voto præcipue tali. Ad hoc rñdetur, ꝙ ad fidelitatẽ Deo debitã non pertinet, ꝙ qs faciat aliquod malũ, vel maioris boni impeditiuum, ad quod tendit voti diſpenſatio. Sexto ad hanc partem facit 32.di.de illo.25.q.1.ſunt quidam. & quod ibi not. & no.ſup.de cler.coniu.cum olim.de biga.cap.2.in gloſſ. magna.in ult.gloſſ.¶ In † contrarium, quod diſpenſare 2
poſſit,probatur ex generali poteſtate Petro data de ligando & ſoluendo.Mat.16.24.quæſt.1.quodcunque. de ma. & obe.ſolitæ.ad fi.nam de monacho facit clericum ſæcularem.74.di.quorundam. Item diſpenſat cum bigam. 34.diſtin.lector. & facit conſtitutionem contra ius naturale, quo minor 14.ann.doli capax obligatur religiani

Digitized by Google

gioni ſtatuens ne obligetur, de regula.ad noſtrã, & hoc eod.titu.poſtulaſti. Secundo in votis authoritas ſuperio-
3 ris intelligitur excepta, de iureiuran.uenietes. Tertio † coitus cum uxore dicitur caſtitas.31.di.in cœna. per illũ er-
4 go non uidetur frangi. Quarto † ſimplex uotũ tollitur per matrimoniũ.qui cler.uel uo.meminimus, ſolẽnitates aũt uoti ſunt de iure poſitiuo, & ex conſtitutione eccleſiæ, de uoto, c.uno, l.eo, ergo contra ſolenne uotũ poterit diſpenſare. ¶ Quinto Papa abſoluit a iuramento, per quod iurans Deo & homini obligatur, de iureiu. quanto. uer. de hoc. & 15.q.6.authoritate. ergo fortius a uoto, quod obligat ſoli Deo. Facit ſu.de cele.miſ.de hoie. Sexto in profeſſione religionis ultra uotũ cõtinẽtis continetur uotũ paupertatis & obedientiæ, ſed in his duobus diſpenſatur, ut patet in religioſo, qui fit epiſcopus.18.q.1.c.uno. ergo & in tertio, de quo loquimur. Septimo in uoto abſtinentiæ, ſi uergat in corporale periculũ uouentis, diſpenſatur. Facit de obſer.ieiu.c.2.§.pe.& ult. pari ratione & in uoto cõtinentiæ, ſi in eius periculũ uergat diſpenſabitur. Octauo, ad hanc partẽ faciunt, quæ Io.no.25.q.1. quæ ad perpetuam, 27.q.1.nuptiarũ, & Bar.Brix.32.di.de illo. Inno. & Hoſt.de uoto.c.1.de ſtat.mo.cum ad mon. ¶ Solutio aũt patet ex his, quæ ibi poſt eos ſcripſi, ampliatis aũt uerbis
5 dicamus cum Thoma & theologis. In uoto † continentiæ tria conſiderari, uoti materiã.ſ.continentiã. Secundo ipſius perpetuitatem, ad quam ſe aſtringit. Tertio ipſius ſolennitatẽ, aliquibus aũt vr̃ ſolennẽ votũ continentiæ indiſpenſabile, pp ipſam continentiã, quæ non recipit condignã commutationem, vt primo dixi ꝑ authoritatẽ eccl. & pro ratione dicunt, ꝙ per continentiã homo triũphat de domeſtico inimico, vel quia per continentiã homo perfecte cõformatur Chriſto ſecundũ puritatẽ corporis, & animæ, quia bona animæ, vt contẽplatio, & oratio ſunt meliora bonis corporis, & magis nos Deo conformant, & tñ in voto contemplationis & orationis diſpẽſari poſſet, vñ abſolute reſpicere ad ipſam continentiam non vr̃ ſufficiẽs rõ prohibendæ diſpenſationis, præſertim cum apoſtolus, 1.ad corin.7.ad continentiã per contẽplationem inducat, dicẽs, ꝙ mulier innupta cogitat quæ Dei ſunt. ad idẽ. de cler.cõiu.diuerſis. Finis aũt potior eſt his, quæ ſunt ad finẽ, alij ponderant ſcdm perpetuitatẽ dicentes rõnẽ eſſe, quia votum continentiæ non põt prætermitti, niſi per directe contrariũ, quod in aliquo voto non licet. hoc eſt patenter falſum, quia ſicut vti carnali copula eſt continentiæ contrarium, Itẽ abſtinere a carnibus, vel vino, eſt directe contrariũ, comedere carnes vel vinũ bibere, & tñ in his votis diſpenſatur. Tertij ponderant tertium, ſ.ſolennitatẽ voti, ſumentes rõnem ex hac regula, dicentes aliquẽ prælatum eccleſiæ non poſſe id, quod Deo ſanctificatum eſt, ad humanos vſus conuertere, niſi id quod ſanctificatum eſt ſanctificationem amittat, & hoc etiam in reb. inanimatis, vnde non poteſt facere quin calix cõſecratus maneat conſecratus ſtans integer, multominus hoc poterit de homine conſecrato. Solennitas † aũt voti cõſiſtit in qua-
6 dam cõſecratione, vel benedictione vouentis, & ideo nullus prælatus eccleſiæ hoc põt, ꝙ votum ſolenne emittens deſiſtat ab eo, quod eſt conſecratum, puta ꝙ ſacerdos nõ eſt ſacerdos, licet poſſit prælatus ob aliquam cauſam executionem ordinis prohibere, ſimili ratione non poſſet Papa facere, quin profeſſus ſit religioſus. Et deridet Thomas opi. Vin. & Io. contrariam. Eſt ergo, ſecundum Tho. conſiderandum, an continentia ſit eſſentialiter annexa ei, ad quod votum ſolennizetur, an non. Primo caſu non poſſet manere ſolennitas ſine debito continentiæ, ſecũdo poteſt, per quod dicit, ꝙ cum votum continentiæ non ſit eſſentialiter annexũ ordini ſacro, ſed ex ſtatuto eccleſiæ per eccleſiam diſpenſari poterat, vt contrahat conſtitutus in ſacris, & vide quod ſcripſi de conuer.coniu. placet, in fin. ſed debitum continentiæ eſt annexum eſſentialiter profeſſioni religionis, per quam quis renunciat ſeculo, ſe totaliter Dei ſeruitio mancipando, quod non poteſt ſtare cum matrimonio, in quo incumbit neceſſitas alendæ, & regendæ coniugis, prolis & familiæ, & rerum quæ ad hoc requiruntur. vnde 1.ad corin.7. qui cum vxore eſt, ſolicitus eſt, quæ ſunt mundi, quomodo placeat vxori, & diuiſus eſt. Vnde nomẽ monachi ab vnitate ſumitur per oppoſitum ad diuiſionem prædictam, quare in voto ſolennizato per profeſſionẽ non diſpenſat eccleſia, quod voluit ſecundum Thomam dec. cum ad mon. in fi. dicens quod caſtitas annexa eſt regulæ monachali &c. hoc proſequitur ſecunda ſecundæ quæſtione 88. articulo 11. vbi etiam ipſe reſpondet ad illa duo, quę vltimo allegaui ad partem affirmatiuam, dicens falſum eſſe, quod religioſus factus epiſcopus abſoluatur a voto paupertatis, & obedientiæ, vnde nihil habet proprium, licet epiſcopatus bona diſpẽſet, & quod acquirit non ſibi, ſed epiſcopatui acquiſiuit: vt in contrario, & ſupra de priui. cum olim.2. Item licet per accidens obedire non teneatur, ſi ſuperiorem non habet, ſicut nec abbas, non tamen per hoc ab obedientia abſoluitur. De hoc vide quod no. 16.q.1.c.3. Ad id, quod dixi de voto abſtinentiæ, reſpondet, quod cibus directe ordinatur ad conſeruationem corporis, vnde ſi abſtinentia directe vergit in corporis periculum, votum abſtinentiæ diſpenſationem recipiet, ſed coitus non ordinatus directe ad conſeruationem perſonæ nõ vergit, ſed ſi per accidens ex ea aliquid perſonale accidat, ſubueniri debet per abſtinentiam ciborũ, vel alia corporalia remedia ſine peccato. Facit de pę. & re. cum infirmitas. in fi. ſed vt ſcripſi poſt Inn. & Hoſt. de voto. c.1. & in decr. prædicta, cũ ad mon. ſuper vlt. glo. vbi votum continentiæ ſolenne eſt impedimentum maioris boni, poterit Papa diſpenſare, nã bonum commune melius eſt quam bonum vnius. Poſſet aũt per vnius continentiam bonum multitudinis impediri, vt ſi per matrimoniũ alicuius ſolenniter vouentis et monachi poſſet pax patriæ procurari, vel patria infide-
lis ad finem conuerti, vel his ſimile, abſit † ꝙ his caſibus monachelli continẽtiam præferamus tanto bono, vt plene ſcripſi, & ideo plus non inſto, in præ. decr. cum ad mõ. ſuper vl. gloſſ. & reſponſiones ad contraria ibi vide, & in præ. dec. vnica. de voto. ſuper vlt. gl. bene probat hęc dec. vnica. de voto. eo. li. In dec. autem, cum ad mon. quæ mouit Thomam ad prædictam diſtinctionẽ, certũ eſt nulla verba Papæ poſſe tollere, vel detrahere poteſtati ſucceſſoris, quia par in parem &c. de elec. innotuit. cum concor. 6

SVMMARIVM.

1 *Accuſandi ius ademptum notatis de calumnia.*
2 *Teſtium & inſtrumentorum eadem uis in litibus dirimendis.*
3 *Inſtrumenta documentorum appellatione an contineantur in probandis criminibus.*
4 *Mulier an in criminibus recipiatur teſtis.*
5 *Teſtium & inſtrumentorum an diuerſa ſit fides.*
6 *Puniri ne quis debeat, ſi non ſit cõuictus de crimine per teſtes, vel confeſſionem propriam.*
7 *Lis dictio, ut accipiatur, quid ne ſignificet.*

REGVLA VIII.

Semel malus. Facit hæc regula ad quęſtionẽ de notario, qui fecit vnum inſtrumentum falſum, an valeat poſtea confectum per ipſum? Quam ponit Gul. in Spe. de inſtr. edi. §. reſtat. ver. quod ſi tabellio. Prima glo. ponit exempla. ſecundo quo hæc præſumptio põt dici hominis, facti, vel iur. ſed non de iur. Circa præſũptiones duas remiſſiones interſerens, & conuertens regulam ſubdit vnde procedat hæc præſumptio. tertio dat ſimile de paupere, & remittit. quarto dicit quandoq; hãc præſumptionem ad filios tranſire. ¶ In prima glo. ibi [l. 3.] calumnia

Digitized by Google

ni † notatis accuſandi ius ademptum eſt. & ibi [& eos]
vide de ord.cog.c.2. in gl.pe.& ibi,[quod ita] ſequitur,
ſanatum eſt, vt in priſtinum ſtatum reſtitueretur, perinde
haberi debet, ac ſi morboſum non fuiſſet.& ibi [§.rogo]
meritus dicitur qui non offendit, & ibi [a Barbaris] Re-
diens ab hoſtibus reſtituitur, ſi probat ſe captum euaſiſ-
ſe, non transfugiſſe, & ſi bonus miles primus æſtimatus
fuit, aſſertioni eius creditur.& ibi[ſi aliquid]li.10.nullus
ſuſceptor vel arcarius interuertiſſe conuictus illud gerat
officium, in quo ante dixit.& ibi[ex perſona]collegæ aui
mei non conuenior, ſi probo illum tempore depoſiti offi-
cij fuiſſe ſoluendo.& ibi[ſi magiſtratus] pupillus non hẽt
docere tutores non fuiſſe ſoluendo, ſed magiſtratus habet
docere illos tunc idoneos, & ibi[ſi creditores]in fi.credi
tores habent probare hæredem inopem a quo ſatiſdatio-
nem petunt.& ibi[quod mancipia]vide ſupra.eo.lib. de
temp.or.c.1.in glo.de qua.In 1.glo.ibi.l.4.& l.ſi cui. §. ijſ-
dem.& ibi[præſumitur bonus]& licet hęc præſumptio ſit
iur.& naturæ accedens, tamen huic contrarium remouet
effectum præſumptionis, & quamuis fortior videatur prę
ſumptio naturæ, quam actuum, qui ſunt naturæ cõtrarij,
tamen poſteriora hic prioribus derogant, nec eſt illa de
iur.naturali immutabilis, ſecundum Dyn. qui etiam hic
ſoluit, qualiter præſumitur quis eſſe in actu poſſeſſionis
malitiæ, in quo ſemel fuit, cum non præſumamus quem
eſſe in poſſeſſione rei, licet olim poſſederit.C.de proba.ſi-
ue poſſidetis. & dicit finaliter hoc eſſe, quia poſſeſſio au-
ferri poteſt facto alterius ſine voluntate poſſidentis, non
ſic in animi vitio. hac ſo.non eges, ſi tenes quod dixi de
reſtitut.ſpo.cum ad ſedem. ſuper.3.glo.& ibi [corrupta]
inducit Ioan.mo.illud Sap.17.Perturbata conſcientia ſẽ
per præſumitur ſæua, & ibi[prona]vnde ponit Io. mo. il-
lud Senecæ, quod ſcripſi de ſent.excom.cum volũtate. in
fi.& ibi[ſi creditores]& ff.qui ſatis.co.ſi vero.§.1.& ibi.c.
vno.& vide ſupra eo.li.de elect.ſi forte.in gl. qui etiam.

QVAESTIO.

Huic regulæ congruit quæſtio prima, quã poſt doctora
tum diſputaui, an per inſtrumentum directe probetur cri
men, directe dico, quia, puta, adhibitis teſtibus rogatur ta
bellio cõficere inſtrumentũ de vulnere, homicidio, adul-
terio, incendio, vel his ſimilibus, quæ commiſiſti, & tabel
lio ſic facit, quod poſtea contra te producitur, & placuit
tunc quæſtio & ſolutio Ia.de Aret.per Bõ.tranſeũti, qua
re ſcripſit in ea, cuius verba ponit Cynus ad literã. C. de
probat.ſciant cuncti. Ad affirmatiuam inducam ſex rõ-
nes, & ſex gl.In contrarium totidem rationes, & quatuor
gl.tertio ſoluam diſtinguendo, & ad contraria prius ſin-
gulariter, demum communiter reſpondebo. Quod probe
2 tur, videtur primo, quia in † exercendis litibus parẽ vim
obtinent teſtes & inſtrumenta de fide inſtr.cum Io.C.eo.
tit.in exercendis, & vndecunque crimina claruerint, pu-
nienda ſunt.24.q.3.ecce. ¶ Secundo non eſt in crimina-
libus reſtringenda probationis forma, cum publice vtile
le ſit, ne crimina remaneant impunita, 23.q.4.eſt iniuſta.
fin.& ff.ad l. Aquil.ita vulneratus. ¶ Tertio multi cano-
nes dicunt, crimen per documenta probari.2. q. 7. pleri-
que.ibi, publicis documentis.& c. ſi quis epiſcopus. 2.q.
8.ſciant.quæ eſt lex.C.de prob.ibi, apertiſſimis documen
tis, 23.q.4.forte in populo.in fin. ibi, ſi veris documentis
3 teſtibuſque conuincitur.ſed ibi patet, quod † documen-
torum appellatione inſtrumenta continentur, cum ponã-
tur vt diuerſa a teſtibus, probatur etiam id de prob. quo-
niam contra.& C.de eden.ſi quis in aliquo. ¶ Quarto ad
hanc partem facit de reſtit.ſpol.cum ad ſedem. verſ. nos
prioris.de do.& con.veritatis.C.quorum ap.non re. l.ob-
ſeruare.ibi, teſtibus productis, inſtrumentis prolatis &c.
¶ Quinto vr̃ caſus, quia periuriũ & falſum probatur per
inſtrumentum, eodem lib.de iur.iuran.cap. vltim. vbi de

hoc, de his quæ fi.a præla.quanto.& conſpiratio, quæ ma
gnum crimen eſt, probari videtur per ſcripturam.de ver.
ſi.c.2.eod.lib.vbi de hoc, & ſciſm.eo.lib.de ſciſma.c.vno.
Item dilapidatio rerum eccleſiæ, de rebus eccl. non ali. ſi
quis presbyterorum.& facit C. de eden. is apud quem.
Sexto inducitur etiam lex 2.ff.de ſer.in fi.vbi per aſpectũ
æſtimatur iniuria.ſic ergo reſpectu notarij & teſtium po-
terit inſtrumentum confici & probari per illud. Ad hanc
partem facit quod not.Hu.7.quæſt.2.c.1.Bertran.1.q.7.
plerique.Io.facit.2.quæſt.1.iudex.Hoſt. in de reſtit.ſpol.
cum ad ſedem.Guil.in Spe.in appa. de vſur. quamquã.&
in Spec.de inſtr.edit.§.reſtat.ver.ſed ſi alij.an.fi. Acc.ff.
ad Turpill.in ſenatu.in prima glo.& C.ad l.Aqui. contra
negantem, in 1.gl. ¶ In contrarium conſtat, quod cautius
agendum eſt, vbi maius periculũ imminet.42.diſt. quie-
ſcamus.7.q.1.c.fi.ſupra eod.lib.de elec.vbi periculum.in
princip. & ff. ad Car.l.1.§.2.vel 3. propter periculum
autem cauſarum criminalium, in quibus quandoque de
ſalute hominis agitur. C.de app. addictos.non recipitur
procurator in ill.de accu.veniens.eadem ratione non re-
cipietur probatio inſtrumentalis. Secundo patet etiã diſ-
4 ſimilitudo, quia in criminalibus mulier † non recipitur
in teſtem, de verb.ſi.forus.nec minor.20.an.4.quæſt.3.
in teſtimonium.quæ eſt lex.ff. de teſt. ſed in inſtrumento
forſan ſcriptus eſt minor 20. cuius viuæ voci non crede-
retur, multominus mortuæ, ergo inſtrumentum repella-
tur, cuius repellitur author. de teſti.licet ex quadam, &
5 alia † eſt fides teſtium, & alia inſtrumentorum, & non te-
ſtimonijs, ſed teſtibus eſt credendum.3.quæſt.3.§. itẽ vbi
alia.ff.de teſt.l.3.§.3.& ſæpe talia ex mala fide ſcribũtur.
ff.de cuſto.& exhib.re.l.diuus.Tertio conſtat, quod accu-
ſatio eſt odioſa.2.q.7.ſi quis epiſcopus.C.de iu. properã-
dum.ergo in ea probatio non dilatetur, ſed potius reſtrin
gatur.ad hoc ſupra de teſt.co.dilectorum. vbi in ciuili &
non criminali coguntur teſtes. facit hoc eodem ti.odia.
C.de nup.l.neque.Quarto multum facit, quod in crimi-
nali cauſa teſtes exhibentur coram iudice. in Authen.de
teſti.§.multæ.verſi.in criminalibus.C.de fide inſtrum. iu
dices, & authen.apud eloquentiſſimum. facit 5.q.5. *illi*
ergo non ſtabitur inſtrumento, niſi teſtes exhibeantur.
Quinto ſi abſens accuſari non poteſt.ff.de pœ. abſentem.
3.q.9.cap.1.2.& 3. multominus conuinci, vt ibi, & 2. q.
8.perſcripta.& c.1.ff.de requi.re.l.2.Sexto facit.2.q.1.iu
dex.& cap.primates.vbi dicitur, quod non debet punire
6 † niſi conuictum per teſtes vel propriam confeſſionẽ.15.
q.vlt.c.vlt.in fi.& l. ſciant. inducta pro prima parte facit
pro iſta, cum ibi dicatur, probationes in crimina*libus de*
bere eſſe apertiſſimas, & luce clariores. Pro hac parte fa-
cit quod notat. B.de ma.& obe.cum in *eccleſijs. &* quod
ibi no.Inno.24.q.2.ſane.2.in glo.ſed quod *ſi.&* quod no.
Gu.in Spe.de accu.§.1.ver.quod ſi accuſatus. ¶ Soluẽdo
dixi per inſtrumentũ directe non probari crimen per vl-
timo allegata, nam & video, etiam in contractibus nota-
rium non poſſe, me non mandante, contra me conficere
inſtrumentum, in Auth.de tabell.ad fi.1. colum. coll. 4.
hæc vera, niſi per me volente & mandante conficiatur
inſtrumentum, per quod ipſo facto crimen meum probe-
tur.24.quæſt.2.ſane.88.diſt.neque.ff.ad l. Corn.de fal. ſi
quis legatum.& l.qui duobus. C. de his qui ſibi aſcr. per
totum. & per hoc ſit reſponſum ad decr.vlt. ſupra eo-
dem lib.de iur.iur.& ver.ſupra ſequentes.l. is apud quẽ.
loquitur de actis cauſæ, non de inſtrumentis. ſicut præ.
decre.vlt.de iur.lex 2.de iniu. loquitur de iudice, qui ſuo
non alieno aſpectu habet æſtimare atrocem iniuriam.
Redeundo ad principium allegationum non ob. quod
7 dicitur, in exercendis litibus &c. quia verbum † litis,
non criminalem ſed ciuilem cauſam deſignat. ff. de
verbor. ſignificat. l. litis. vnde quod de vno concedi-
tur, de altero negatur. 25. diſtinct. qualis. Item fateor
crimen puniendum cum claruerit, ſed nego directe cla-

cere

Digitized by Google

pere per inſt. 2.c.forte.& lex,obſeruare. coniungũt teſtes & inſtr̃a, vt ſ.patuit,& ſic non ſunt contra. Poſſet ẽt aliter ad illa & alia rñderi, ꝙ inſtr̃a bñ probãt indirecte crimẽ, vel coadiuuant criminis probationẽ. Pone,accuſo,ꝙ incendiſti domũ meã,per teſtes probo incendiũ,per inſtrm probo dñium,accuſo te de pace fracta,induco inſtrm pacis,accuſo te de periurio,induco inſtrm,ꝙ iuraſti,accuſo Titium de adulterio, probo, ꝙ mulier fuit vxorata , & eo ſciente,per inſtrm contractus mr̃imonij,in quo ipſe inſcriptus ſit. ſic ẽt loquatur gl.in l.contra negantẽ.fateor ergo bene probari indirecte crimen per inſtrm.veniant no.per Inn. & Ho.de accu,ſuper his.& ſ n hoc vltimo dicta procedunt,in Auc,vt li,ma,& auiæ.ad fi.§.his quoque,col.8, ex qua ſumpta fuit auct, ſi quis ei.cuius verba poſui,de coha,cle,& mu.c,2, denuntiationes enim factas conuerſanti cum vxore mea bene probabo per inſtrumentum,

S V M M A R I V M.

1 *Matrimonium contrahens cum meretrice, quam credit non deſinere meritricari, peccat.*
2 *Matrimonium intermedium legitimationem an impediat.*
3 *Præſcriptio eſt acquiſitio dominij.*
4 *Clerici beneficiati quas domi ſua mulieres poſſint habere.*
5 *Concubinarij an ad ordines poſſint promoueri,*
6 *Ius naturale quid ſit.*
7 *Spurij quare, & vnde ſic dicantur.*
8 *Naturales filij cur ſic, & vnde ſic vocentur.*
9 *Concubina & vxoris differentia quæ ſit.*
10 *Naturales quomodo legitimentur,*
11 *Naturalis prius natus, licet poſt legitimatus, an ius habeat in ſucceſſione primogenituræ. & num.13.*
12 *Conſuetudo duo requirit.*
14 *Subdiaconus an in epiſcopum poſſit eligi.*
15 *Conſuetudo an nos lędere, vel iuuare poſſit.*
16 *Statuta & conſuetudines an ligent clericos &c.*
17 *Conſuetudine an teneantur clerici, ſi ſit eis oneroſa.*

REGVLA XXIII.

Sine culpa. Prima glo.ponit exẽpla regulæ & exceptionis, reddit rõnem 1 Pe, & remittit.In gl.1.ibi, ſi procura. putans arborem in loco,quo non erat iter, nõ tenetur, quia non diuinare tenebatur,aliquem tranſiturũ. & ibi, ſancimus.vide in regula nõ dẽt aliquis.ſu.proxi.in ordine textus.¶ In gl.1.ibi,tua,quod dic, vt ibi ſcripſi.& ibi de nox. in prin. Dy. ponit exemplũ cum fauore publicæ vtilitatis res aufertur poſſeſſori, & datur militi, ꝙ virtuoſe ſe habuit ff.de eui, Lucius,de re.iu.verũ.Ita vulneratus.ff.ad l.Aql. Item cum torquetur ſeruus vel ẽt liber teſtis propter alterius delictum pandẽdum.ff.qui & a qui.l.proſpexit.ff.de qõ.l.ex libero.ſed ibi ſubeſt cã,quia facto interfuit. Item culpa,quia vacillabat,alias ſi quod prædictorum deeſſet, non dẽt torqueri, vt ibi.Itẽ ponit exemplũ,per l.C.de pci. imp.of.l.1.& pro quib.ca. ſer.præ.lib.acci.l.1.vbi propter laudabilis fidei exemplum ſeruus admittitur ad vindicandam necem dñi. & pro præmio libertatem cõſequitur,& ſic præſens dñs perdit dominiũ ſine culpa. ad idẽ. ff.de adul.ſi poſtulauerit.& qđ no.de calu.l.pe.& ibi,nec pęna.ad hoc induc,Io.mo.Illud Deute.25.in prin.ibi,pro menſura peccati erit plagarum modus.Item, vt dicit,pœna dicitur a pendendo, i.ſoluendo debitum per culpam.

QVAESTIO.

conſuetudinis quo ad caſum propoſitum non apparet.
Modo eſt ad contraria reſpondendum, & primo ad §. re-
liqui. & dico, quod mens literæ ſonat ſolum hic, quod ſi-
cut a principio legitimis defertur ſucceſſio, ſic & legiti-
matis, nec dicit litera, quod cenſeantur ab initio legi-
timi. vide ſupra de ætate, & qualitate, multis. in fin. ſubdia
14 conus † eligitur in epiſcopum, ſicut diaconus, vel ſacer-
dos, non per hoc fingitur diaconus, vel ſacerdos, vel ali-
ter illud, vbi iur. repugnantia nõ impedit talem fictionẽ,
ſecus vbi impedit, vt in terminis noſtris, vt ibi dicam re-
ſpondendo ad tertium argumentum. Vel dic quod lex nõ
ponit prærogatiuam in ſucceſſione ex ordine filiationis,
vnde vocatur ſicut ab initio legitimus, cum hodie vterq.
naturalis & legitimus, nec iur. communi curamus quis
prior. Sed cum quæris, quis prior, procedit ſolutio & ca-
ſus prædicti, quibus non quærimus de excludendo ſecun
do, ſed poſtponendo, facit ad prædicta, quod recitare ſo-
leo, de in integ. reſtit. conſtitutus. aliter enim iudicamus
de temporali præſcriptione, quam præuidet ius, quam
de illa quam nõ præuidit, puta ſi inducta ſit per conſuet.
& ibi, vel per conuentionem, vt not. ff. de minori. Aemi-
lius, & per eundem modum poteſt reſpõderi ad §. ſi quis.
ibi, nihil a legitimis. Vel dic, quod nihil differunt, vt ex
nunc, & in ſucceſſionibus, quæ nondum pro alijs erant
effecta, & ſi ſtemus gloſſellæ ibi, ex hoc. ſ. tempore, habeo
propoſitum cui conuenit decr. tanta, ibi, poſt cõtractum
matrimonium, & quod recitare ſoleo poſt Hoſt. de elect.
innotuit. quod legitimatio ſuperueniens per parentum
coniugium non ratificat electionem prius factam de le-
gitimato. Ad l. ex placito. dico, quod facit pro, cum ibi
conſideretur vt ex nunc tempus, quo concurrit vtrumq.
naturale ſcilicet, & ciuile. Ad l. filio. reſpondetur primo
ſic, quod illa lex inducitur pro, nam ibi exhæredatio de
naturali emancipato nõ impeditur per arrogationẽ, qua
recidit in poteſtatem, vt ſic vinculum ciuile non tollat
impedimentum medij temporis ſuper naturali iur. fun-
datum, ſic & hic ius, quod competit naturali primo legi-
timo, quod exhæredat illum naturalem tantum, non tol-
latur propter ciuilitatem vel legitimationem ſuperueniẽ-
tem. Item illa lex loquitur de filio ſemper naturali, & le-
gitimo, & a principio in poteſtate, qui poſtea iur. legitimo
priuatus fuerit per emancipationem. Vnde per adoptio-
nem potius dicitur recuperare ius legitimum amiſſum,
quam de nouo quærere, vt ff. de pac. ſi vnus. §. quod ſi nõ.
tamen improprie ſic dicitur, quia illud in iur. eliſo non
perempto. ff. de ſol. qui res. §. aream. vel ſic ponderata ra-
tione licet ille foret emancipatus, vere tamen, & efficaci-
ter filius quoad ius exhæredationis ſaltem de iur. præto-
rio. ff. de inof. teſt. Papinianus. §. 1. & C. eo. l. 2. Non fuit er
go tantæ potentiæ adoptio, vt ita eum nouum filium fa-
ciat, ſicut fieret extraneus, & per id extinguitur ius natu-
rale per ius ciuile, vt ſicut facta exhæredatio de nouo fi-
lio non nocet illi filio facto. ff. de bon. poſ. contra ta. non
putauit. §. ſi quis emancipatum. Item facta de emancipa-
to non noceat adoptione ſecuta, quia vere filius fuit. l. 1.
de conſulibus. facit pro, in princip. inquantum ibi dici-
tur, quod prius dignitatem adeptus eſt prior, ſicut & hic
prior adeptus legitimitatem. in fine facit contra, in quã-
tum ille prior conſul ſecundo patriciatum adeptus præ-
fertur ſecundo prius patritiatum adepto, ſi ſequeremur
ſecundam lecturam, quam ibi ponit glo. negaretur caſus,
& ſic non eſſet reſpondere neceſſe, quia faceret pro, ſed
ſecundum communem caſum prædictum etiam quem
approbat gl. ſolue, quod ibi ex ordine conſulatus debeba
tur magiſtratus. facit ff. de mu. & ho. reſcripto. ſi ergo ali-
ter factum fuerat, ex quo primus adeptus eſt magiſtratũ,
merito præferendus illi, cui in adipiſcẽdo præferri debue
rat, vel hẽbat ibi cõſuetudo cõſulatus, ꝙ habet conſuetu-
do multarum eccleſiarum, quod inter canonicos eiuſdẽ

ordinis non inſpicitur prioritas in ordine, ſed in conſtitutione, vel canonicatu eccleſiæ, ſic inſpiciebatur prioritas in conſulatu tantum inter magiſtratus habentes. Vel dic, quod caſus ille non conuenit iſti, ibi de ſede, hic de ſucceſſione, ſed ibi ex ſolo cõſulatu habebat conſul ſedẽ, ſed ex magiſtratu maiorem, hic ex ſolis natalibus nil iur. habebat in ſucceſſione, vnde probamus per legem illam, quod habens purum ius ad canoniam, licet ſecundo recepitus præfertur ſecundo impetranti, licet prius recepto, vel canonicatum adepto, vt de reſcr.tibi qui.lib.6. vbi in apoſtil.de l.illa mentionem feci, & ibi videas. Ad aliorum ſolutionem eſt ſciendum, quod logicus habenti aſinã cũ pullo, de quo nunc eſt ſermo Euangelicus in ramis palmarum, per fallaciam accidentis probat, quod illa aſina eſt ſua mater, & ſic iſta aſina eſt tua. quod conceditur. Itẽ eſt mater, & hoc conceditur propter pullum, concludit ergo coniungendo iſta, ergo eſt mater tua. recte ſic faciũt aliqui argumenta contraria, quia dicunt, iſte eſt primo natus & hoc conceditur. Item eſt etiam legitimus, & hoc etiam conceditur, coniungunt ergo eſt primo natus legitimus, hoc negatur. Licet ergo aliqua prædicare diuiſim, quæ non licet coniungere, vt hic vides ad ſenſum, quod hoc non ſequitur. Ego ſum primus canonicus in eccleſia, & ſum ſacerdos, ergo primus factus ſacerdos. Concedo ergo quod dicebatur in primo argumento, eum primo natum, ſed non eum primo legitime natum, quòd requirit conſuetudo, quæ ſubdebatur de tempore, quo defertur hæreditas, inſpiciendo fateor, vbi prius ius non cõpetijſſet illi per conſuetudinem, ſaltem ad rem, & tale, q afficit, & impedit patris poteſtatem, vt dixi in fine quinti argumenti ſecundæ partis, & per hoc fit reſponſum ad totum ſecundum argumentum, excepto ipſius fine, ad quem reſpondetur, quod illud verum in eodem inſtanti, alias conſtat, quod diuerſis temporibus eadem res diuerſo iur. cenſetur. Quod ſubdebatur in primo argumento, quod conſuetudo debet aliquid operari in iſto. hoc verum ſi eſſet ille, quẽ iuuet conſuetudo. Quod in fin. dicebatur. Idem de toto quod de parte, verum, ſi eodem iure deberetur vtrumque, ſed de iur. debetur pars, quia legitimus, de conſuetudine totum, quia primus legitimus. Cũ ergo non ſit eadem vtrunque &c. ¶ Ad tertium argumẽtum de retrotrahendo, reſpondeo, quod in fictionibus, quæ ad principium trahi debent, oportet, quod eadem cauſa, & eſſentia perſeueret, alias ſi ex poteſtate filia ſit emancipata, fictio ſuam naturam immutat, patet C. de rei vxo.act.l.vna.§.videamus. Cum ergo pro tempore, quo pater habuit legitimam uxorem, & ex ea filiũ, concubina non potuerit eſſe uxor, ergo fictio mutabit naturam & ad id tempus non trahetur, nec enim trahi debet ad tẽpus, quo ſequi poſſet iuris repugnantia ff. de uſuc. ſi is qui. C. de inoff. do.l.2. & de dona. inter vir. & vxo.l. donationes. ſecundum illos, qui dicunt, quod non trahitur ad dominium. Item nec fictio trahitur ad princip. mutata cõditione perſonæ, vel quando res poſſet vitiari. C. de teſta.ma.l. 1. ff. de teſt.mi. ſi certarum. §. fi. ff. de cap. in bello, §. codicilli. plus videtur, quod fictio locum non habeat cum alterius præiudicio, quod ſic probatur, vt dixi in fin. argumentorum ſecundi membri, primæ quæſtionis, actio de dote, quæ non competit conſtante matrimonio, facto diuortio competit. & reintegrato matrimonio definit competere iam inchoata, vt l. ſi mulier diuertit. ff. ſo. matrimo. & alijs ll. ibi allegatis, ſed licet hoc ex fictione, quæ fingitur non diuertiſſe, uel non competijſſe, procedat, quando debetur ſoli mulieri, uel mulieri & patri, non tamen procedit, quando debebatur extraneo, ut patet ff. de iur. do. ſtipulatio de dote. ff. ſo. mar. in inſulam. §. fi. in illius enim præiudicium non procedit illa fictio, licet ergo quo ad parentes contrahentes & ipſum filium procedere poſſit fictio, non tamen quoad præiudicium primogeniti legitimi habentis efficax ius ad rem, ut dixi. Si ergo ponere-mus patrem habentem legitimos uxore mortua, ex concubina habuiſſe filium, cum qua poſtea contrahit, hic nulla iuris repugnantia, uel alterius præiudicium *impedit* fictionem ad principium trahi, & ſic etiam procederet §. reliqui. ut ſupra dixi. Ad id quod dicitur, proli fauorem deberi. Fateor, ſed non contra aliam prolem, ad perimendum ipſius ius, ſicut nec priuilegiamus dotem contra dotem, ut dixi in primo arg. ſecundæ partis. Ad ultimum, quod de beneficio dicebatur, dico, quod nedum ſacramẽtum matrimonij, ſed nec etiam ſacramentum baptiſmi, quod maius eſt, tollit ius actionis, uel exceptionis alteri competens, ut no. 16. di. demum. 28. q. 1. ſi quis. & de diuor. quãto. in ult. gl. beneficia ergo licet ita large interpretemur, non tamen ſic large, quod alterius ius perimant, tamen quod ſic aliquid conferant, iſtud autem multũ confert, quod honoribus fungitur ut legitimus, ceſſante conſuetudine in parte ſuccedit. Item deficiente illo primogenito, ad alios eum ſequentes haberet ius primogenituræ. Plus, caſus eſt, quod legitimatus naturalis non ſuccedit in feudo, & ſic beneficium non recipimus latiſſime. in li. feu. ſi de feu. cõtro. fu. c. naturales. ſoleo tamẽ dicere in c. tanta. id loqui de legitimato non per matrimonium, ſed per principis beneficium, in quo id nõ exprimitur, ut ibi no. tales autem diſpenſationes natalium ſunt odioſæ, & ſtrictam habent interpretationem, de fil. presb. c. 1. *li.* eo. & ſuper hoc uide, quod plene ſcripſi in c. lator. *ſuper* 1. gl. ¶ Quia in præcedenti articulo mihi ipſi uideor *fuiſſe* prolixus, hunc ultimum, qui eſt, an poſito, quod clericus ſit ille ſecundogenitus, & alter habet ius primogenituræ, an ſibi præiudicet conſuetudo, breuiter expediam. Et cõtra clericum inducã quatuor, ſecundo pro ipſo alia quatuor, & opinionem, tertio datur ſolutio, ſaluatur opinio per q̃ contrarijs reſpõdetur. ¶ Et quod præiudicet, videtur per gl. legum expeditum, quærunt enim glo. ff. de legi. de quibus. C. quæ ſit lon. con. l. 1. conſuetudo, quod monachus non ſuccedat, extendatur ad regularem canonicum, ponunt ergo glo. illæ pro indubitata conſuetudine illã non ſolum clericis, ſed & monachis præiudicare. ad id glo. vl ti. in authen. hoc ius porrectum. C. de ſacroſanctis eccleſ. licet communiter non approbetur. Secundo conſtat, q̃libet vſus feudorum iuxta quod verbum ſonat, ſunt conſuetudines feudorum, & tamen per illas conſuetudines clericus non ſolum non ſuccedit in feudo, ſed etiam illud perdit per clericatum, vt de vaſ. qui ar. bel. depo. c. uno. ſi de feu. contro. fue. c. qui clericus. de beneficio fœminæ. cap. vno. in fin. & an mutus, vel alias imperfectus. ca. vno. & ſic patet per has glo. & caſus per tales conſuetudines clericis præiudicari. Tertio ſuadet hoc æqualitatis *ratio*, cum enim ipſi tales conſuetudines recipiant *pro ſe*, tenentur illas accipere contra ſe. de vi. & hone. cleri. ca. ſi. cum concor. præcipue cum conſuetudo talis ſuper æquitate fundetur, ſcilicet ne patrimonia annihilentur. Facit, quod poſt Hoſtien. ſcripſi de uoto. capit. licet. facit ſupra de præben. maioribus. de pig. ex literis. de conceſ. præben. cap. fin. verſic. quanto. lib. eod. ff. de exercito. ne in plures. & appetit reſpublica ſubiectos fore locupletes, in Aut. vt iudi. ſine quoquo ſuffra. §. cogitatio. coll. 2. ſi ergo fatemur conſuetudinem æquam, fateamur etiã, quod ipſius uirtus ligat priuilegiatos, ſcilicet clericos, ſicut priuilegiatos minores & pupillos. unde conductor, quia poſſeſſor, ad tributa tenetur, & non dominus. ff. de vſuf. hactenus. & de impenſis in rebus dotalibus factis, neque ſtipendium. C. de annon. l. 1. libr. 10. de agric. & cen. litibus. §. hoc de redditibus. & de coll. fun. pa. omnes. lib. 11. ſed conſuetudo, quod domini teneantur & non poſſeſſores, ligat etiam minores, ut patet ff. de admi. tu. ſine hærede. §. Lucius. Idem probat decre. ex eo. de elect. coniũcta cum decret. ult. de conſuetu. eod. lib. cum ergo conſuetudo detrahat ſingulorũ patrimonijs. ff. cõmunia pd. uenditor. §. ſi conſtat. patet etiam in ſucceſſione feu. inter laicos.

Digitized by Google

laicos.ſi de feu.contro.ſue.c.mulier.& c.ſi filij.& de ma-
trimonio ad morga.cōtracto.c.vno.fateamur, ꝙ huic cle
rico præiudicet in portione ſibi alias de iure debita, nam
videmus, quod priuilegium Anglicis conceſſum prodeſt
clericis.de foro compe.dilecti.Sic & conſuetudo eos liga
bit, cum in iure iſta æquiparemus.9.q.3.conqueſtus. de
offic.ord.duo ſimul.de iud.nouit.ver.non enim,cum cō-
cord. Item videmus,quòd de iudicato in foro eccleſiaſti
co excipitur in ſeculari,& econuerſo.de excep.c.2.li.eod.
Multa exempla de virtute conſuetudinis ſcripſi de cōſue.
cap.fin.ſuper gloſ. & quam. Quarto, probatur hoc etiam
ab originis principio, vt dicamus, ꝙ quorum eſt eadem
origo,ipſorum eadem ſit ratio.Facit de cler.peregri. ca.1.
de deci.ex parte 2. & cap. cum in tua ſucceſſione. patet.
C.de liber.præteri.l.finali.de legi.hæredi.l.lege 12. inſtit.
de exhæreda.liber.§.noſtra.de legi.ag.tu.§.cæterum. & §.
ſequentibus.Sed conſtat,quod B. & C.ambo nati ſunt lai
ci & nudi.47.di.ſicut.vnde nec clericatus confertur infan
ti, vel illiterato.de tempo.ord.c.ſi.li.eo. ipſum ergo in na-
tiuitate ſua,& prius,ſi fas eſt ſic loqui,ligauerat conſue-
tudo,quæ primogenito detulerat ius primogenituræ,quo
ſibi debebantur bona,etiam patre inuito,vt dictum eſt in
primo membro clericatus, ergo ſubſequēs illud ius prius
quæſitum primogenito auferre non potuit,ſicut nec abſtu
lit baptiſmus,vt dictum fuit in proximo membro in fi. &
ſic de his concluditur contra clericum. ¶In contrarium
pro clerico allegatur æquiparatio legis ad conſuetudinē.
ff.de legi.l.de quibus. Sed ita eſt,quod lex non ligat, niſi
ſubditos,de ſent.exc.a nobis.de pœn. & remiſ. quod aūt.
de conſt.c.2.eo.li.& in l.cunctos populos.in principio.C.
de ſumma trin. ergo nec cōſuetudo ligabit non ſubditos.
Conſtat autem, quod aliud eſt clerus quam populus. de
præben.c.1.de ver.ſignifi.ex parte.de ſen.excom. quod ſi
ſententia.lib.eod.inde eſt,quod plebiſcita olim non liga-
uerunt nobiles. ff. de origi.iur.l.2.§. deinde. de iure nat.
26 gen.& ciui.§.plebiſcitum.Item nec † ſtatuta vel conſue-
tudines populi ligant hodie clericos, qui nobiles ſunt.C.
vt nemo priu.l.1. & quomodo militibus æquantur, ſatis
dixi ſupra in tertio membro primæ quæſtionis.¶Secūdo
clerici ſunt maiores,ſtatuta ergo minorum vel conſuetu-
dines illos non ligant.21.diſt.inferior.de ma.& obe.cum
inferior.Item etiam ſponte non poſſunt clerici ſe ſubijce-
re iudicio laicorum.de fo.compe.ſi diligenti.eo.tit. ſigni
ficaſti.¶Tertio pro clerico faciunt textus.96.diſtin.bene
quidem.de conſti.eccleſia ſanctæ Mariæ.& c.quæ in eccle
ſiarum.de re.eccle.non alie.c.ſi.hoc de l.vel conſtitutione
27 de conſuetudine patet,quod ex quo † oneroſa eſt eccleſijs
vel clericis,non tenet de conſuetudine.c.1.& c.cum inter.
de iud.clerici.& de re iu.cū cauſa.C.de ſacroſ.eccl.auth.
caſſa.& maxime in terminis quæſtio. quibus loquitur de
conſtituto in ſacris,qui a ſtatu clericali non poteſt diuer-
tere.de electio.cum ex eo.eod.lib.Sint ergo immunes a lu
cratiuorum inſcriptionibus.C.de ſacroſan.eccle.l.penul-
tima.¶Quarto negatur verum eſſe,quod allegabatur pri
mo, hanc conſuetudinem eſſe rationabilem,imo iniqua,
& irrationabilis videtur, quæ aufert alteri, quod ſibi de-
betur, de conſuetudine.c.penul.& filios, qui non habita
prioritatis ratione debēt æqualiter patri ſuccedere, vt di
xi in proximo membro. in ſo.contrariorum, facit ſumme
inæquales, vt ſ.alteri totum,alteri nihil debeatur, contra
id 16.quæſtio.7.cap.1. Item priuat iſtum legitima, quod
pater expreſſe non poſſet, de teſtamen. Raynu.& ca. Ray-
nal. ergo dato quod valeat inter laicos, & inter eos de fa-
cto ſeruetur,non tamen noceat clericis,& hāc partem te-
net Iac.de Ra. vt notat Cy. C. quæ ſit longa conſuetudo.
l.2.in fi. loquendo in communi de conſuetudine. & Hoſt.
in ſum. de conſuetudine.§.fi.ver. Sed pone,& quod poſt
eum ſcripſi, de for. compe. poſtulaſti. ad fi.magnæ glo.
Sed puto in terminis quæſtionis conſuetudinem cleri-
co præiudicare, per alleg. in prima parte, & maxime in
fi.Coadiuuatur hoc, quia alias conſuetudo in illis parti-
bus non procederet propter remedium fraudis paratæ
Secundogenito circa clericatum ſuſcipiendum, & dam-
noſum munus eſſet primogenito , ſi nobiliorem quotam
hæreditatis ſibi per primogenituram non ſolum debitæ,
ſed affectæ per fratris vnius vel plurium clericatum amit
teret, tales autem fraudes non amplectimur.de diuor.quā
to,in fi.cum concor.ff. de rei ven.cum in fundo. hoc etiā
coadiuuat,quia ſic ſe habet in partibus illis, vbi viget,in-
terpretata eſt conſuet.quæ optime etiam interpretatur le
gem.de conſue.cum dilectus.ff.de leg. ſi de interpretatio-
ne.ſed eſt ſciendum,quod opi.Hoſt.& Iac.poſita in fi.par
tis cōtrariæ nihilominus vera eſt extra terminos noſtros,
quando.ſ.quæritur de præiudicio, quod inchoaret con-
ſuetudo in iam clericum,per quod dici poſſet,quod ſi ve-
ra eſſet in articulo proximo opinio contraria.ſ. quod legi
timatus haberet ius primogenituræ , cum tempore huius
iur.quæſiti ille iam eſſet in ſacris,vt ponit thema, ſibi nō
præiudicaret conſuetudo, & per hunc modum ſoluendi
ſunt concordata contraria.Ioan.And.

SVMMARIVM.

1 *Vſucapere an poſſimus ignorantes.*
2 *Præſcriptio quæ exigat antequam ſit completa.*
3 *Dominium alicuius rei inſolidum eodem tempore acquiri a duobus an ſit poſſibile.*
4 *Præſcriptio quæ nam nunquam currat abſenti.*
5 *Poſſidenti ciuiliter intra quot annos præſcribatur.*
6 *Interdictum, vti poſſidetis, cui detur.*
7 *Actor quomodo ex reo fit.*
8 *Reis fauorabiliores eſſe debemus, & quare.*

REGVLA III.

Sine poſſeſſione præſcriptio non procedit.

Exponit Dy.i. non inchoatur,
licet quandoque inchoata ſine
poſſeſſione continuetur, nam
hæreditas iacens non poſſidetur. ff. ſi quis ex teſtam. lib.
& c.l.1.§.Sceuola.& tamen vſucapit.ff.de vſuc.l.cœptam.
& l.nunquam.§.vacuum.& l.iuſto.§.nondum aditæ.ſatis
inſtat ad hoc finaliter dicens,quod poſſeſſio, quam ha-
buit defunctus,apta eſt continuari in hærede, qui eſt ea-
dem perſona iuris fictione.ff.de vſuc.l.hęres.ſi non ſit per
alium occupata, tunc enim impediretur prædicta conti-
nuatio.ff.de acquir.poſſ.Pompon.§.quæſitum.& de vſuc.
l.poſſeſſio teſtatoris. ſi vero per alium occupata non eſt ,
pro continuata debet haberi,arg.ff. de teſt. l. filius. ff. ex
quib.cau.ma.cum miles.circa princip.& pro hærede.l.2.
§.filium.& ideo procedit præſcriptio . ¶ Prima gl. dicit,
vnde ſumpta, & ponit & ſpecificat exempla , ſecundo de
multiplici poſſeſſione remittit . Tertio, qualis poſſeſſio in
præſcriptione requiratur. Quarto, quæ poſſeſſio dēt eſſe
continua.Quinto,de quaſi poſſeſſione.Vltim.gl. præmiſ-
ſa ratione regulæ ponit duas opi.legales,quas ſoluit.¶In
1. gl. ibi [ſine poſſeſſione] ergo non procedit vſucapio.
¶ In gl.2.ibi[l.3.]vide in ſequenti gl.¶ In gl.3. ibi [l.2.]
1 in † peculiaribus receptum,vt ignorantes vſucapiamus.&
idem.§.Celſus.& ibi[ſeruus]clam facit,qui æſtimare de-
bet queſtionē ſibi moturam,licet non æſtimet, ne ſtultus.
&c.& ibi,[quamuis]vide in c.contingit.in 4.gl.& ib [le-
ge vna]vide in c.is qui.ſtatim allegato in glo.2.¶ In glo.
1.ibi [ciuilis poſſeſſio] prolixe tractat hic Dyn. quod ad
2 præſcriptionem † requiritur ciuilis & naturalis poſſeſſio,
vel ciuilis tm̄.ſ.quæ animo retinetur, ſed naturalis tātum
nō ſufficit, vbi alius ciuiliter poſſidet, quod ſufficiat ciui
lis, probat per ll.dicentes,quod abſens,quem conſtat ſo-
lam ciuilē animo retinere,poſſidet quoad continuādam

Digitized by Google

vſucapionem.ff.de furtis.l.ſerui & filij.l.vlti.de diuer.&
tem.præſcrip.de acceſſion.de acquir.poſ.l.1.§.per ſeruũ,
qui in fuga.ad id,quod ſola naturalis non ſufficiat. ff. de
acquir.re.do.l.acquiritur.§. vlti. ad exhiben.l. Celſus.§.
Iulianus.& de acquir.poſ.l.1.§.per eũ.ſequitur hoc ẽt ne
ceſſario ſecundum eũ,ex quo ponimus ciuiliter poſſiden
tem præſcribere, vt probatum eſt, nã ſi diceremus idem
de poſſidente naturaliter, ſequeretur iuris impoſsibile,
3 qđ duo alicuius rei dominiũ † inſolidũ eodẽ tẽpore acqui
rerẽt,quod eſse non poteſt.ff.commo.ſi vt certo.§. ſi duo
bus.& de caſt. pecu.l.hæreditate.§. pater. & de reg. iur.
ꝙ contra.§.vni duo.ſed opponitur,ꝙ ſcđm hoc cõtra ab
ſentẽ non curret præſcriptio,q̃ nõ currit contra poſſiden
tem.C.de præſcr.30.ann.l.2.Itẽ tẽpus non eſt modus per
dendę poſſeſſionis.ff.qui.mo.vſusfr.l.mulieri.ergo cõtra
4 † abſentẽ ciuilem poſſeſſionem animo retinentẽ nunquã
curret præſcriptio.Reſpondet,quod licet tempus non ſit
modus perdendæ poſſeſſionis,eſt tamẽ modus inducen-
di obliuionem,& obliuio eſt modus inducendi diſpoſi-
tionem animi,& diſpoſitio animi eſt modus perdendæ
poſſeſsionis,vt legitur,& notatur de vſucapio.l.furtum.
5 §.fundi. ſi ergo ciuiliter † poſſidens neglexit naturalem
poſſeſsiooem per decem annos,uel ultra,illa negligentia
priuat illum poſſeſsione ciuili , ſicut negligentia in adi-
piſcenda uel recuperanda poſſeſsione inducit amiſsionẽ
ciuilem.ff.de acquir.poſ.ſi ideo.§.ſi forte.Concludit ergo
contra ciuiliter poſsidentem præſcriptionẽ non inchoari
duabus rationibus ſupra dictis,inchoabitur autẽ ex quo
ciuilem perdiderit ut eſt dictum,& dicit,quod glo.in l.1.
C.de ſer.fugi.uoluit hoc dicere,ſed non plene.¶ Propter
prædicta uero incidenter tractauit aliam quæſtionem,an
ſint duæ poſſeſsiones ſpecie differentes,an una tantũ di-
uerſificata per accidentia,quam plene proſequitur,tenet
autem opin.Ioan.quod ſint duæ. per l.ff. de acquir. poſs.
l.3.§ Nerua filius.& pro hærede.l.2.§. quod vulgo. & in
fin.idem Dyn.qui de hoc formauit obiectionem ad vlti-
mum alleg.ff.ſi ſeruit.vend.ſi quis diuturno. & de aqua
plu.arcen.l.1.§.denique.& l.2.in prin.de ſeruitu.& aqua
lege prima,& ſecunda.de pręſcriptio.long.temp.lege vlt.
6 dat etiam ſimile de † interdicto vti poſs.quod nõ datur ni
ſi poſsidenti.ff.vti poſs.l.1.§.interdictum.& tamen ſicut
datur pro tuenda naturali poſſeſsione rei corporalis im
mobilis, ita datur pro quaſi poſſeſſione tuenda rei incor-
poralis,quæ de numero immobilium reputatur.ff.de ſer-
ui.l.penul. ſi ſeruitus ven.lege ſicuti.§. Ariſto. & vti poſ.l.
fin.¶ In glo.vltima ibi, [ſed lex] idem Dy.& ibi [ſolutio]
idem dicit hic Dy.

QVAESTIO.

Hæc regula facit ad quæſtionem quam diſputaui poſt
Io.de monte Murlo,quam ſic propoſui. Ioanni diœceſano
epiſcopo petenti quartam decimarum opponit eccleſia
præſcrip.q̃ritur,quis habet probare.¶ Pro epiſcopo duo
allegauit diſputans, quæ fortifico,ſecundo contra ipſum
alle.quatuor.quæ etiam fortifico.3.ponitur ſolutio diſpu
tantis. oſtenditur difficultas ſolutionis,ponuntur euiden
tialia,datur ſolutio diſtinguens,& contrarijs reſpondẽs.
¶ Quod eccleſiæ excipienti incũbat probatio, ſic arguo.
Certum eſt, petitionem epiſcopi circa quartam fundatã
eſſe iure cõi.10.q.3.vnio.ſup. de off.or.conquerẽte. ſupra
de præſcri.de quarta.de deci.quoniam.&c.dudum.habet
ergo probare ipſius aduerſarius.100.diſt.contra morem.
Item præſumptio facit etiam pro epiſcopo,quod diligẽs
fuerit in exigendo, & quod non iactauerit pecunias ſuas.
ſt.de proba.cum de indebito.de ſol.c.fi. ergo probet eccle
7 ſia.¶ Secundo reus † in excipiendo quo ad onus probandi
ſit actor.ff.de proba.exceptionibus.C.eodem.l.1.de exce.
pia.li.eo. & habet probare etiam ſi excipiat negatiue. de
renũ.ſuper hoc.de prob.tertio. de teſti.cum literis, de his
quæ ſi.a præla.quanto.& generaliter allegans præſcriptio
nem habet illam probare,eod.tit.veniens.& c.cum olim.
& c.auditis.de cauſa poſ.cum eccleſia.ſicut & *allegãs cõ-
ſue*.de conſue.cum dilectus.& ſi eccleſia probare non *po-
teſt*,hoc nocere non debet epiſcopo,qui probauit, *ſed di
cetur* eccleſiæ deficere non ius ſed probatio ſecundũ *Io.*
de mon.¶ Fortificatur primum ſic,ius commune,& præ-
ſumptio quodlibet per ſe transfert probationẽ in aduer-
ſarium & negantem, vt ĩ.probabitur,fortius vtrunq;con
iunctim.facit de reſt.ſpo.audita.de pur.ca.inter. Item ſi
prædicta transferunt probationem, fortius impediũt, ne
ex vi negatiuæ transferatur probatio in epiſcopum, cum
plus ſit transferre,& minus impedire.ad hoc.15.q.1.c.fi.
de iureiu.quemadmodum.Secundũ fortifica. per no.poſt
Inn.& Hoſti.de accu.ſuper his.vbi tenent,quod excipiẽs
contra electum in tali negatiua,quæ probari non poteſt,
per hoc non transfert in ipſum onus probãdi, vbi videas
& ꝙ talis negatiua non transferat,probat l.cum de inde-
bito.& decre.is qui.præal.ſic inductæ. Certum eſt,ꝙ re-
petens indebitum,quod ſoluit,habet neceſse probare,qđ
fuit non debitum, ſed hic, ſi nunquam fuit debitum, im-
poſſibile eſt probari aliter, quam per confeſſionẽ aduerſa
rij,quod patet,& dicere ſoleo,ut lit.non cont. quoniam.
ſuper vlt.gl. de reſcrip.nonnulli, & ca.ex parte 3. *non ta-
men* per hoc transfertur probatio in aduerſariũ. *ad idem*
de priuil.cum perſonæ.eo.li.c.3.vbi probat allegans præ-
ſcriptionem & conſuetu.& negatiuam.ſ.quod non ſubeſt
epiſcopo, & ꝙ non requiſiuit eps̃ conſilium cap. ſatis ta-
cit ad idem C.de fun.patr.l.fi.ad fi.li.11.vbi allegatur pręſ
ſcriptio 40.an.in canone non ſoluto,quam approbat alle
gans ibi.40.an.poſſeſſio teſtatur,ad idem C. de ſerui.l.fi.
vbi allegatur præſcriptio 20.an.contra non vtentem ſer-
uitute,ex quibus concluditur,qđ probet excipiens.¶ Qđ
probet epiſcopus, ſic oſtenditur,dicẽs habet probare, nõ
is qui negat. ff.de prob.l.2.C.e.actor.6.q.fi. ſi actor. & eſt
virtus puræ negatiuæ transferre probationem in aduerſa
rium, no.de ele. bonæ.etiam ſi huic negatiuæ aduerſetur
iudex, vt patet de probatio,quoniam contra. Secũdo pro
batur per l.plures.C.de fi.inſtru.cuius conſilium alias eſ-
ſet inutile, ſcilicet, quod datur domino de recipiendo in-
ſtrumẽto ſolutionis ſibi factæ a colono, vel emphyteuta,
ne contra ipſum allegetur 30.an. præſcriptio in non ſoluẽ
do,ac ſi diceret.l.cum allegans talem præſcriptionẽ pro-
pter negatiuam,quæ ineſt, neceſſe habet probare contra-
rium,ne ſuccũbat. Tertio, quia inutiliter emanaſſet decr.
de præſcri.de quarta,quæ dicit,hanc quartam præſcribi,
ſed hoc eſſet,quod præſcribens haberet probare,& pro-
bare non poſſet,nec valet, ſi dicis, ꝙ probare poterit per
poſitionem. de confeſ.c.1.li.eo. quia adhuc illud ius non
8 emanauerat.Quarto † iuuent clericos,quia rei ſunt fauora
biliores,& pugnant pro libertate. ſupra de probat. ex li-
teris. de re iud.c.fi.Secundum Ioan.de mo.Fortificat pri-
mum, qđ no.Accu.C.de non num.pec.l.2.ſcilicet,negati
uam puram probatam hoc ipſo, quod non probatur con
trarium. Ad ſecundum optime facit ſup.de teſt.ſignifica
uit.vbi cõſulitur producenti teſtes in caſu publicationis,
quod de requiſitione aduerſarij confici faciat publicũ in
ſtrumentum, ac ſi dicat apparentibus atteſtationib. ſi ne-
garet aduerſarius ſe citatum,producenti incumbit proba
tio,habeat igitur inſtrumentum ad id. Ad tertium facit
quod lex non debet eſſe inutilis,& de verbo tantum,nec
impoſſibilis.4.di.erit autem.ſupra eo.lib.de ele.commiſ-
ſa.§.porro.C.communia de leg.l.2.in fi. ex quibus cõclu-
ditur,quod epiſcopo competit probatio.¶ Solutio, ſi non
allegatur titulus obtinet epiſcopus,licet nil probet, ſi ve-
ro allegat eccleſia ti. præſcriptionis, puta conceſſionem
epiſcopi,ſine conſenſu capituli, vel cõfirmationem papæ
in communi forma, vel alium ſufficientem, vel probat ſe
alijs hanc quartam ſoluiſſe ſpatio 40.ann. vel hanc quar-
tam alias petitam ab epiſcopo, & denegatam, vel ſimiles
per

Digitized by Google

per quod apparet, eccleſiã fuiſſe in poſſeſſione, & ſic præſcripſiſſe, & tũc ſuccumbet eps, niſi probet poſſeſſionem, & interruptionẽ per præ. c. auditis. & per l. plures. C. de non nu. pe. ſi ex cautione. & l. aſſeueratio. & iura, quæ dñr, ꝙ probat negans, loquuntur, qñ præſumptio eſt cõtra ipſum, & iura quæ dicunt probare ipſum, qui præſcriptionem obijcit, loquũtur in affirmatiua, ſm Io. de Mon. Mihi vr̃, ꝙ huius qõnis ſolutio ſedeat tremula inter duas fortes contrarias æquitates. Si. n. dicimus, epm dr̃e probare, ſequitur, ꝙ ſuccumbet, niſi probet, quod vr̃ iniquiſſimum, ſ. ꝙ ex ſola verbali allegatione presbyteri nil probantis ſuccũbat eps, cuius petitionem fundat ius cõe, & formaliter eſt impoſſibile ſolutionem probare, licet facta fuerit pp familiam epatus mortuam vel mutatam, vt eſt moris, vel incendiũ palatij, ſi extabant inſtra, vel his ſimilia. Et diſcutiat quiſq; qua conſcientia poteſt iudex hic eccleſiam abſoluere, & ſuper quo fundetur hæc abſolutio. In cõtrariũ ſi dicamus, eccleſiam debere probare, ſequitur, ꝙ ſuccũbet, ſi non probet: ſed fingamus, ꝙ eccleſia vere præſcripſit non ſoluendo, nec exiſtat aliquis modus probãdi hoc; quia nec fuit interpellata, nec alteri ſoluit, qua conſciẽtia condemnamus eccleſiam, q̃ non reperitur in aliqua culpa, cũ iſtud ſit tale negatiuũ, in quo durante præſcriptione ad nil tenebatur eccleſia, i. nõ occurrit, ꝙ aliquo modo circa hoc ſibi debuit, vel potuit prouidere: quia nec inſtra nec teſtes poterat rogare. Nam & ſi ſingulis dieb. præſcriptionis rogaſſet notariũ vel teſtes ſuper ſolutione non facta, alijs horis eorundẽ dierũ ſoluiſſe potuerat, & fatue feciſſet, epm interpellando, pp quæ dubius ſum in caſu. & puto ſic fuiſſe dictum per D. Io. quod ſatis colligo ex verbis ſolutionis. ¶ Ad declarationem tñ dicendorũ eſt ſciẽdum, ꝙ circa negatiuam facti principaliter duo quæruntur, licet plura incidenter. Primo, an debeat probari, ſcđo an poſſit probari. Ad primum vtriuſque iur. doctores cõcordant, ꝙ negatiua probari non dẽt, niſi in caſib. Primo, qñ præſumptio eſt contra negantẽ, inducunt Inn. in dec. cũ in iure. de of. dele. & alij decr. vnicã. vt ec. be. de ſucceſ. ab inte. c. ſi. de prob. poſt ceſſionem. C. de codi. nec codicillos. de do. int. uir. & vxo. l. ẽt. de iniu. ſi non conuitij. de ſi ca. l. 1. Secundo ſm Legiſtas in grauibus delictis. C. de aboli. fallaciter. in ſi. ſed mixti Legiſtæ, i. qui viderunt ſcripta iuris noſtri, intelligunt illam l. de infamatis. & hoc placet 6. q. vl. c. vl. Tertio, qñ probatur negatiua per facẽm ex cõmiſſione iuris vel iudicis, exempla ſ. n leges patent. C. de his qui ad ec. confug. præſenti. vltra medium, cũ ſuis concord. de teſti. præſentium. & c. pe. de ſen. ex. ſi vero. de ele. vt circa, & c. nulli. li. e. cũ ſi. Quarto, qñ negatur vera ſcriptura, vel probatio actoris, ſu. de teſt. ex tenore. C. de cõſt. prin. optimam. ¶ Circa ſ n, quo quęritur, an poſſit probari: Rñdetur ꝙ non, niſi cũ reſoluitur in affirmatiuam, vel æquiualentem, de renun. ſuper hoc. ff. ad l. Aqui. inde Neratius. §. ſi. vel cum includitur aliquod affirmatiuum, quo probato probatur negatiua. q mat. accu. poſ. c. ſi. ff. de his qui ſui vel alien. iur. ſunt. l. filium. & bene facit quod no. e. ti. præſumitur. Item qñ hẽt determinationem, vt præ. dec. ex tenore. & l. optimam. Item qñ pp determinationẽ, vel coarctationem cadit intellectui teſtis, vel ſubiacet inſpectioni oculorum, quo caſu probari poteſt ẽt directe, vt ſatis ſcripſi in dec. bonæ. de ele. ſuper gl. negatiue. Ex his vr̃. concludendum iuxta priu. dicta, ꝙ cum ius & præſũptio ſit contra negantem, probare debuerat eccleſia, ſed iura adhuc inducta ſup. uer. 1. qñ loquuntur in negatiua, quæ poteſt probari, vt patet per ſingula exempla ipſorum iurium, & ſit ẽt rñſum ad alia iura ſuperius inducta in prin. Propter quod ſoluendo dico, ꝙ aut allegat eccleſia conſuetudinem gñalem in loco, aut ſpecialem ſuam præſcriptionem. Primo caſu probet eccleſia, ꝙ aliæ eccleſiæ loci non ſoluunt hanc quartam, quo probato per clericos, & rectores eccleſiarum loci qui ſuo negatiuo facto ad iſtius commodum deponere potuerunt, tuta erit, niſi contrariã conſuetudinem huius eccleſiæ probet eps, per decr. vl. de of. arch. & ea quæ ibi ſcripſi, & ſic intelligo ff. de pub. l. ſi publicanus. in ſi. & l. licitatio. §. earum. vt ſi conſuetudo eſſet, ꝙ de libris vel pannis ſericis non ſoluatur vectigal. Secundo caſu, aut eccleſia allegat præſcriptionem nomine alieno, puta alicuius epi, cui ſoluit quartam, quo caſu probet pp affirmatiuam, ad hoc de præſcri. cũ ex officij. & ſic loquitur dec. cum perſonæ. ſ. non ſum tibi ſubiectus, quia ſum alteri immediatus. Aut proprie, tunc aut all. præſcri. 40. an. aut tanti tpis, cuius initij non eſt memoria, vel contrarij. ſi. 40. tm̃, probet titulum, qui præceſſerit inchoatã præſcriptionem, quo probato transfertur onus in epm ex hac præſumptione ex vi negatiuæ, & fortius ſi cum titulo probaret denegationem. Secundo caſu probet, & ſi nõ titulũ, ad quod non aſtringitur, ſaltem communem opi. & famam, iuxta ea, quæ no. ſup. e. li. de præſcri. c. 1. in vlt. gl. & in Spe. de proba. §. 1. ad ſi. quo probato transfertur in epm onus probandi, vt ſup. facit e. li. de præſum. quia veriſimile. de hære. filij. & tunc vtilis eſt epo apoca ſolutionis, vt in l. plures. & in dec. ſignificauit. vel loquitur decre. in actis iudicialibus, in quibus negatiua transfert, vt in dec. qm̃ contra. & ſic intelligo l. ſi ex cautione. & aſſeueratio. C. de non nu. pec. vt ſ. non ex vi negatiuæ tm̃, ſed ẽt ex præſump. qua debitores egentes conſueuerunt ſe ſic obligare ſub ſpe futuræ numerationis, transfertur probatio in creditores, nec multũ in hoc grauat eps, cui ſatis erit probare ſemel ĩ. 40. an. in primo caſu, vel a tpe cuius non eſt memoria, in ſcđo quartam fuiſſe ſolutã, & ſic temperetur æquitas ſupra pro epo all. de præſcri. illud. & c. auditis. ſi vero neutrum iſtorum in altera dictarum præſcriptionũ probet eccleſia, ẽt ſi probaret quartã petitã & denegatã, ex quo titulũ in prima, vel cõem opi. in ſecunda non probet, ſuccumbet, diœceſano etiam nil probante, ſi tñ eſſet talis præſcriptio, quæ non requireret titulũ, poſſet eccleſia probare, ꝙ non ſoluit per poſitionem negatiuam, ſi confiteretur ipſam eps. de confeſ. c. 1. ſu. e. li. per quam dec. ſatis poſſet attentari, ꝙ ſola negatiua non transfert onus probandi ſi probari non poteſt per negãtes, alſs nõ video, quare fuiſſet neceſsaria vel vtilis prouiſio illius iuris noui, ex quo aduerſarius ſic negans haberet neceſse probare, concurrente vero præſumptione, ſecus, vt dixi, poſset ẽt probare per libros rationis, ſi ſuper his exiſtant, & ita probatur apud nos aliqui non ſoluiſse decimas papales, & eo caſu intelligo præ. l. ſi. C. de fun. pa. debent. n. illi collectores libros habere, per quos de ſolutis rationem reddãt, & per illos probari poterunt ſoluta & non ſoluta: & facit ꝙ dixi de prob. qm̃ cõtra. ſuper ſi. vl. gl. Per modum aũt dec. tertio. non puto negatiuam caſus noſtri poſſe probari, nã illa loquitur de actu alienationis, quæ non poteſt expediri, niſi per tractatũ & deliberationem collegij. illi ergo, q fuerunt etiam de neceſſitate in illo tractatu, bene poſsũt probare, quid fuit ibi tractatum & firmatum, affirmatiuũ uel negatiuum. Sed ſolutio quartę epalis eſt actus, qui per ſolum prælatum uel diſpenſatorem eccleſiæ ſine ſcientia uel tractatu capituli poteſt fieri licite, & ſic longe diuerſus, & ſic etiam reſpondetur ad dec. cum literis. & decre. quanto. in dec. 3. de conſue. li. e. negatiua probatur per affirmatiuos actus, quib. coarctata bene cadit in intellectũ teſtium, qui percipere potuerunt exercitium illorum actuum capitulo non uocato, nec conſulto per epiſcopum expediuntur, per hæc ſic diſtincta, & addita puto ſingula contraria partim concordata & partim fore ſoluta.

REGVLAE IVRIS CIVILIS SIVE DIGESTORVM.

huius literæ S. ſunt hæ.

Vlpianus. *Lex* IX.

Semper in obſcuris, quod minimum eſt, ſequimur.

Paulus. *Lex* X.

Secundum naturam eſt, commoda cuiuſque rei eum ſequi,

Digitized by Google

ſequi,quem ſequuntur incommoda.

Pomponius. Lex XIX.

Si filiusfa.ſub conditione ſtipulatus,emancipatus fuerit, deinde extiterit cõditio,patri actio cõpetit,quia in ſti pulationibus id tempus ſpectatur,quo contrahimus.

Vlpianus. Lex XXXV.

Semper in ſtipulationibus,& cæteris cõtractibus id ſequi mur,quod actum eſt.Vnde ſi non apparet quid actum eſt,conſequens erit,vt id ſequamur, quod in regione, in qua id actũ eſt,frequentatur.Quid ergo ſi neque re gionis mos appareat,quia varius fuit.Ad id quod minimum eſt,redigenda ſumma eſt.

Pomponius. Lex CXLII.

Sicuti in pœna ex delicto defuncti hæres teneri non debet,ita nec lucrum facere,ſi quid ex ea re ad eum perueniſset.

Caius. Lex LVII.

Semper in dubijs benigniora præferenda ſunt.

Idem. Lex LXI.

Semper,qui non prohibet pro ſe interuenire, mandare creditur. Sed & ſi quis ratum habuerit, quod geſtum eſt,obſtringitur mandati actione.

¶ Si librarius in tranſcribendis ſtipulationis verbis erraſſet,nihil nocere, quominus, & reus & fideiuſſor teneantur.

Vlpianus. Lex CV.

Si in duabus actionibus alibi ſumma maior,alibi infammia eſt,proponenda eſt cauſa æſtimationis.Vbi autem æquiparentur famoſa iudicia,& ſi ſummã diſparem ha beant,pro paribus tamen accipieda ſunt.

Paulus. Lex CXVI.

¶ Si quis obligatione liberatus ſit,poteſt videri accepiſſe.Non poteſt videri accepiſſe,qui ſtipulatus poteſt ex ceptione ſubmoueri.

Vlpianus. Lex CXLII.

¶ Si nemo ſubiit hæreditatem,omne ius teſtamenti ſoluitur.

Celſus. Lex CXLVIII.

¶ Si quis prægnantem vxorem reliquit,non videtur ſine liberis deceſſiſſe.

Modeſtinus. Lex CLVIII.

¶ Semper in conuentionibus non ſolum,quod liceat,cõſiderandum eſt,ſed quod honeſtum ſit.

Caius Lex CXC.

Semper ſpecialia generalibus inſunt.

Vlpianus. Lex CCIX

Seruitutem mortalitati fere comparamus.

Paulus. Lex XIX.

Seruus reipublicæ cauſa abeſſe non poteſt.

Vlpianus. Lex XLIX.

Sub litera T.ſequitur hæc regula.

Toties in hæredem damus actionem de eo, quod ad eum peruenit,quoties ex dolo defuncti conuenitur, non quoties ex ſuo.

S V M M A R I V M.

1 *Vtile non debet per inutile vitiari. Limi.nu.2.*
3 *Reſcripti pars an poſſit approbari, et reliqua impugnari.et n.4.7.*
5 *Vitioſa coniunctio ſæpe totum improbat.*
6 *Excommunicati conſuetudo & vſus,num iure probibeatur.*

R E G V L A XXXVII.

1 Vtile non debet. †¶ Prima gloſſ.ponit exempla,ſecundo vltra 3.exempla all.ad hanc partem broc.22.iura, ad partem cõtrariam al.10. ponit ſolutiones. Bar.Brix.demũ plenius ſoluit, rñdens ad ſolutionis cõtraria.¶ In 1.gl.ibi(ſi ex falſis.) loquit, cũ tranſlatio hẽat plura capi, & vnũ ſolũ deciſum eſt ꝑ falſa inſtra, & ibi[ſi orator] inf.declaratur.& ibi(facilis) vt qa mãcipia sũt cõiuges, vel parẽtes,& liberi vel fratres, vel iuramẽta ſunt paria, vel eſt triga vel quadriga, hęc vo lunt illæ leges.& ibi[l.plane]in prin.ſi teſtator legatũ mihi factum in alium tranſtulit,mihi non debetur, ẽt ſi ille capax non ſit,& ibi[§.ſed ſi mihi] ſtipulor Pamphilũ pro mittis Stichum nõ Pamphilũ,inutilis adiectio non vitiat vtilẽ. & ibi [quæ extrinſecus] adiecta ſtipulationem non vitiat, vt ſi ſtipulanti rñ. Arma virumq.cano, ſpondeo. & ibi,§.2.donatio facta coniugi & extraneo, ſi eſt inſeparabilis rerum vel perſonarum cã,valet tota,ſi ſeparabi lis,cætera valent,donatũ coniugi non valet. ¶ In gl.1.ibi [non tenet]Dy.ponit exempla per l.ſi duobus.§.hæres.de leg.1.vbi debetur legatũ,ad ꝙ pręſtandum damnatus eſt hæres & nõ hæres,& ibi,vſuræ,immixtæ ſorti.& ibi, Pedius.alias inci.parum refert.& ibi,regulariter.idẽ Acc.in præ.l.Pedius.ſed dicebat Dy.ſolutionem nõ ſufficere, niſi ad caſuum exceptorũ ſpãlis rõ reddatur. & ibi, inſeparabilia.idem Io.mo.hic & ibi,cum ſuper. & per l. Pedius. & ibi,& integra vicino.ſed in l. Pedius. non fiebat inſolidũ cõpromiſſum,quia tunc ſecus, vt in l.ſeq. ſed cum ita.
2 Dy.diſtinguebat tres caſus,nam qñq. † concurrunt ad cõ firmationẽ vnius actus,quorũ vnũ eſt vtile,alterũ inutile, & tũc ſi vnũ per ſe ſufficeret,valet,quod agitur, vt l.præ. quod cũ fal.tu.& ſi vtrũq. requiritur non valet, vt in l.Pedius. Secundus caſus, qñ vnum ſolũ eſt factũ ex pluribus commiſtum,quorum alterũ vtile,alterum inutile,& tunc locũ hẽt diſtinctio de ſeparabili ab inſeparabile. *Tertius* caſus, qñ plures ſunt actus prorſus diſtantes & ſeparati, quorũ ſecundus accedere vr̃ ad reuocationem primi, tũc ſecundus oĩno inutilis non tollit primũ , ſi vero aliquid vtilitatis licet non perfecte contineat,tollit primum. ff. ſi cer.pe.l.certi condictio.§.qm̃.Inſti.qui.mo.tol.ob.§.præterea.ff.de le.1.ſi ſeruus legatus.§.ſi ſeruus.de iniu.rup.te. l.2.de his quib.vt in.l.cum quidam.de le.1.l.plane.in pri. & de adi.leg.l.legatũ.§.patri.& l.licet.dicit aũt, ꝙ tres l. vltimæ allegatæ videntur ſolutionem deſtruere, ſed non deſtruunt,quia ademptiò legati quę per eas inducitur,po terat vtiliter procedere ſeparatim ſine tranſlatione, & eo dem modo rñdetur ad l.Iulian.§ minor.ff.de fun.inſtr. ſecundum Dy.hanc materiam Dy. proſequitur in l. ſancimus.C.de do.vbi ẽt ponit dictũ Iac.de Are.quod fuit tale. Aut vtile cauſatur ab inutili, & tunc vitiatur.ff. de ver. ob.l.1.§.ſi quis ita.& de fideiuſ.l.cũ lex. & C. de leg.non dubium. fallit ſecundũ eũ, qñ primũ eſt inutile reſpectu ciuilis vinculi, ſed vtile reſpectu nãlis. C.de cõtra.ſtip.l. nuda.de pac.ſi pacto, aut cauſatur inutile, & trahitur ad vtile.ff.de cõtr.em.l.fundũ.& ſic põt loqui.ff. de do.inter vi.& vx.ſi ſponſus.§.gñaliter. ꝙ verũ, niſi expreſſe per l. prohiberetur.ff.de vſu.vſuras. aut vice mutua vnum eſt alterius cã, & tunc vitiatur vtrumq. vt in l.Pedius.& ff. ſa. er.in hoc iudicio.aut neutrũ eſt alterius cã, & tunc non vitiatur vtile,ſi ſeparari poteſt, ſi ſeparari non põt vitiatur, ſed agenti culpa poſſit aſcribi.Inducitur §.itẽ q̃ritur. & §. Trebat.ad ſecundũ caſũ obſtat.ſ.e.lib.de ele. ſi confirmationẽ, ppꝙ tẽ̃erari poteſt illud,deinde ꝙ trahitur inutile ad vtile ſupplendo, vel ſaltem vtile non vitiatur, vt ibi.

Q V AE S T I O.

Huic regulæ conuenit qõ.D.Superant j de Cingulo epi Teruiſ.quã proſequar abbreuiando, & erat talis A. & B. litigantes in curia ſuper receptione teſtiũ vtriuſq. reſcriptũ impetrauerunt ad partes corã receptore, opponit A. teſtes B. recipi non debere, cum reſcriptum pro ipſius parte ſit nullum,quia excõicatus erat maiori excõicationi tpe datæ.q̃ritur,an hoc ꝓbato reſcriptũ ex toto valeat, vel ex parte illius A. tm̃. an vero in nullo valeat. ¶ Ad primum all.3.rationes.ad ſecundum 3. regulas. & vnam rõnem,ad tertium quatuor rões,demũ ſoluit excludendo caſus non dubios, & ad negatiuam diſtinguit . ¶ Ad partem, ꝙ in totũ valeat,inducebat de arb.contingit.& c. per tuas. vbi cõmiſtio habilis, & inhabilis facit valere, quod non valeret geſtum ſolũ ab inhabili , licet ergo reſcriptum a ſolo excõicato impetratũ non valeret.ſupra.e. lib.

Digitized by Google

lib.de reſcrip.c.1.valebit tñ pp commiſſionẽ. Ad idem,
quod dicit auctoritate præſtita per verum & falſum tuto
res.ff.quod cũ fal.tu.l.1.§.1.vnde vnitum cũ duobus reti
net conditiones, quę ſunt meliores in altero.C.com. de
le.l.2.no.16.q.1.& tpis,ne ſe.va.c.1.facit 33.q.1.non eſt
culpandus,de ſpon.inter opera.& prodeſt maiori cõio
quã hẽt cũ pupillo.ff.quemad. ſer. amit.ſi cõem. & vide
quod.no.ſup.e.lib.de iu.pa.c.vlt.in vlt.gl.ſic ad validan-
dũ reſcriptum proſit excõicato cõio non excommunica-
ti,cũ non ſit nouum, quem per aliũ conſequi,quod per ſe
conſequi non poſſet.de conce.prę.c.pen.cũ concor.¶ Se
cundo,certũ eſt reſcripta impetrata de conſecutiuis iudi
cii diſtingui ab his,quæ ſunt principaliter impetrata, vt
patet,ſup.de reſcr.ex parte decani.vbi valet primũ eo ca-
ſu,quo non valeret ſecundum, vt ibi patet in ſummario
intellectu,ſed iſtud de conſecutiuis iudicii,& in iudicio,
& intra litem impetratum fuit,cum teſtiũ receptio, & ip
ſius receptionis commiſſio ſint de litis proceſſu.Patet pri
mum,de prob.quoniã contra.& ſecundum,ſup.eo.lib.de
teſt.præſentium.ſed actus iudicialis cum excommunica
to habitus,ẽt ſi ſit actor,valet,donec opponatur excepti.
ſu.e.lib.de excep.pia.ergo valuit impetratio, ex quo non
fuit exceptum.¶ Tertio,in effectu ſatis eſt,ꝙ valeat ex p
ſona non excommunicati, nã ſi ſolus impetraſſet reſcri-
ptum talis formæ,aduerſarius vteretur illo,ſunt enim re
ſcripta cõ nunia, ſaltẽ poſt citationẽ, de quo ſatis ſcripſi
de reſt.ſpo.ex cõqueſt.facit ad id.de mu.pe.c.1,& 2.ſup.
e.lib.de reſcr.ſtipẽdia.§. reus quoq. C.de temp.in integ.
reſt.l.petendæ.ſicut qñq. vnius partis priuilegium alteri
participatur.C.de fruc.& li.ex.l.ſi.poterit ergo ipſe excõ
municatus ſuos teſtes coram receptore producere,& ſic
non eſt diſputandum,an valeat quo ad eum. ¶ Quarto,
ſi hoc dicatur dubium,debemus illã partẽ eligere, vt po-
tius res valeat.ſup.de ver.ſig.abbate.& quæ minus ſit ca
ptioſa.ff.eo.ti.l.quoties. & in iudiciis æqualitas ſeruanda
eſt.ſup.eo.in iudiciis.& c.nõ licet.eſſet autẽ inæqualitas,
vnius tantum teſtes recipere,ꝙ ſi fieret,oporteret nouam
commiſsionem fieri.Melius eſt ergo partes hic expediri
compendio,quam per quandam ſubtilitatẽ cum partiũ
diſpendio cãm prorogari.ſup.de re iud.abbate ad fi.Reci
piat ergo A.contra ſe,quod pro ſe approbat,4.q.3.ſi quis
teſtibus,nec illud ſolum in parte reſpuat.de conſ.di.2.cõ
perimus.cum concor.potiſsime quia perſonam ipſius B.
cum quo impetrauit,approbãdo ſibi deinceps opponi
non poterit.facit ſup.e.lib.de ele.nulli.cum cõcor.¶ Ad
partem,ꝙ ſolum pro non excõicato valeat,facit hæc regu
la, vt vtile ſeparabile ab inutili,quale eſt iſtud,per ipſum
inutile non vitietur, ex quo ſequeretur,quod ſi grauaretũ
quis alterius odio contra regulam.ſup.e.non dẽt, & puni
4 retur culpa carens cõtra regulam,ſine culpa.ſup.eo.¶ Se
cundo,quòd poſſit † reſcr.in parte valere,& in parte non
valere,patet ſup.eo.lib.de reſcr.ſi eo tpe.nec mirũ, cũ in
ſnĩjs,collationibus,teſtamẽtis,legatis,& cõtractibus idẽ
habeatur, vt patet.ſup.de arb.cũ tpe.de præb.dilectus.
de teſta.Ray.& c.Rainaldus. ſic & contractus pro parte
tantum valet & claudicat,de deſpon.impu.de illis.& ibi
cõcor.Item ſi relinquitur capaci & nõ capaci,valet in par
te capacis.ff.de le.2.ſi Titius.& de leg.2.plane.§.ſi coniũ
ctim.& l.ſi duobus.ſic & in propoſito teneat reſcriptum
pro parte capacis ad impetrandum.Ad tertiam partem,
ꝙ in nullo valeat,inducitur,quia ſi A.& B.impetrauerũt,
negari non põt B.excõicatum impetraſſe,quia licet alter
impetrauerit,tñ & ipſe.ff.de ritu nup.illud. ſed dec.dicit,
reſcriptum ab excõicato impetratum ipſo iure nõ valere,
vt tenetur de reſcri.c.1.& iſtud eſt tale.ergo &c. facit ad
hoc e.ti.in to.& c.plus ſemper.Secundo,ſæpe coniunctio
5 † vitioſi totũ improbat, vt patet 9.di.ſi ad ſacras,& 16.
c.1.vnde ſi ex comedis,quadrigis,vel ſimilibus vnum eſt
in caſu redhibitionis,oẽs redhibentur,ſi non ſingulare,
ſed cõe fuit precium eorum. ff.de ædi.edic.cum eiuſdem

vnde ſi in teſtimonio,vel inſtrumẽto ſit aliqua falſitas,to
tũ vitiatur,vt 3.q.9.pura.de hęr.fraternitatis.vbi ſatis de
6 hoc poſt Inn.Tertio,cõmiſtio† ſcienter facta de excom-
municato in actu electionis,illam vitiat,vt not.9.qu.1.in
hominem.& ſup.eo.lib.de ele.ſi qñ.in gl.fi.ad idem ff.de
arb.Pedius.vbi non valet cõpromiſſum factum in liberũ
& ſeruũ in ſnĩis,& in iudicialibus proceſſibus latis vel fa
ctis ab habili & inhabili,probatur de re iud. ad proban-
dum.de of.dele.cum ſuper.idem in cõſtõne ſindici,de p
cu.c.fi.Quarto cõio excõicati peccatũ eſt,& qñq. morta
le,vt ſatis ſcripſi,quod me.cã.ſacris,in vlt.gl.ergo pp de
lictum impetrantis cum excõicato,ẽt quo ad ipſum non
valeat reſcriptũ,vt puniatur,in quo peccauit, de immu.
ecc.c.fi.cum conco. Ad primam & ſecundã partem facit,
quod ſcripſi poſt Inn.de of.dele,prudẽtiã.§.6.in glo.no.
hic.Soluẽdo primo proponit qõnem non dubiã,vel in il-
7 lis† caſibus,in quibus ẽt ſolus excõicatus impetrare põt,
exceptis in præ.c.1.de reſcr. idem ſi in prædicto iudicio
excõicatus erat reus,qui põt oĩa facere ad ſui defenſionẽ
pertinentia,de iud.intelleximus.de excep.cum inter,re-
manet ergo dubiũ, qñ ille excõicatus erat actor primæ
cauſæ vel litis.& tunc dixit in totum valere reſcriptũ de
conſecutiuis iudicij impetratũ, ex quo non fuit exceptũ
per allegata poſt prin.1,patris.verſ.2. certũ.ſed ſi adhuc
eſt excõicatus,licet exceptio non obſtet reſcripto,obſta-
bit tamen productio teſtium,q̃ facit ut actor,iſicut obſta-
ret coram delegante.Extra thema ad declarationẽ mate-
riæ qñ excõicatus cũ non excõicato impetrauit reſcriptũ
non de conſecutiuis iudicii,ſic diſtinguit,aut ſimul impe
trauerunt ut actores cõtra tertium, aut unus ex eis actor,
alter reus.Primo aũt caſu, aut ius ipſorum erat diuiſibi-
le,vel utriq; inſolidum competens ẽt quo ad exercitium
aut indiuiſibiliter utrique cõe. Primo caſu pro non excõi
cato ualebit,ſi reſcriptum pro excõicato erat caducum.fa
cit ff.de le.2.ſi Titio & mihi. ſcđo caſu qñ indiuiſibiliter
eſt utriq.cõe,inſeparabilitas uitiat reſcriptum, per ea q̃
hic plene no.in gl.ſup ea,qñ uero unus ex eis actor eſt,al
ter reus,ſi excõicatus erat actor,nõ ualet reſcriptum, per
præ.decr.primã,de reſcr.cum reſcriptum a uitioſo & pro
hibito traxerit originem,ut ibi no.ſi vero excõicatus erat
futurus reus,qui cũ actore conuenit de iudice & loco,ut
eſt moris,tunc cum non ab ipſo reſcriptum originem du-
xerit,ualebit in totum,ad hoc C.de cad.tol.l.una.§.in pri
mo.facit qđ no.de prob.licet.in gl.bñ tñ. uerſ.itẽ ſi con-
ſtat.non tãtum per illud audiretur reus excõicatus agere
uel recõuenire uolens,uel aliquid facere quod ad defen-
